NOTÆ

IN

IPHIGENIAM IN AULIDE.

NOTÆ

PHILOLOGICÆ ET GRAMMATICÆ

IN

EURIPIDIS TRAGŒDIAS;

E

VARIIS VIRORUM DOCTORUM COMMENTARIIS

MAXIMA EX PARTE SELECTÆ,

ET

TEXTUI MATTHIÆANO ACCOMMODATÆ.

IN USUM PRÆLECTIONUM ACADEMICARUM ET SCHOLARUM.

[by G. T.]

TOMUS II.

IMPENSIS

GEO. B. WHITTAKER, LONDINI:

J. PARKER, OXON.: ET J. ET J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ.

MDCCCXXVIII.

LONDINI:
EXCUDEBAT R. GILBERT,
ST. JOHN'S-SQUARE.

NOTÆ

IN

EURIPIDIS TRAGŒDIAS.

IN IPHIGENIAM IN AULIDE.

Vers. 1. Ex hac fabula Ælianus (De Animal. VII. 29.) duos versus cum dimidio citat, quos tantum abest, ut inter ea, quæ supersunt, invenias, ut ne locum quidem, ubi commode exstare potuerunt. Ii sic se habent: Ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις Κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν Σφάζειν θυγατέρα. Hæc dubitari non potest, quin a Diana enunciata sint; cujus persona cum prologo, in hac præsertim Tragœdia, convenientissima sit, versenturque hi versus, ut et multi apud Euripidem prologi, in prædictione rerum futurarum, magna exinde oritur suspicio, fragmentum hoc ex vero prologo, quem proinde nunc desideramus, desumtum esse. Accedit etiam, quod systema anapæsticum nusquam alibi ab Euripide in initio Tragœdiæ positum sit: nam Rhesi quidem prologus itidem intercidit, testante fabulæ argumento, prout in MSS. exhibetur. Obstat tamen, quod Diana, cujus personæ unice accommodata est oratio, et Agamemnonem alloqui videatur, et eo sermone utatur, qui de summo rei exitu omnem et curam et dubitationem sustulisset. Verum isti scrupulo non magnam vim tribuo. Fieri enim potest, ut, quæ citat Ælianus, ad Agamemnonem vel absentem, vel non audientem, dicta sint; cujus rei cum multa exempla apud alios auctores, tum nonnulla apud Euripidem, habemus: vide Hecub. 55. Androm. 222. Iphig. in Taur. 368. Habet porro aliquid in hanc partem momenti, quod vox ἄθραυστα, quam ex hac

fabula citat Hesychius, nuspiam inter ea, quæ supersunt, compareat. Neque enim Hemsterhusio, viro summo, assentiri possum, pro ἄριστα, v. 57. ex hac Hesychii glossa reponenti ἄθραυστα. Sed de hoc suo loco. Scholiastes in Aristophanis Ranas 1345. ἔστι δὲ τὸ προεγκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι. Versus, quos ibi interpretatur, hi sunt: Ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης Κύμασι στωμύλλετε Τέγγουσαι νοτεροῖς πτερῶν Ῥανίσι χρόα δροσιζόμεναι. Hæc in superstite fabula frustra quæras. An locum habuerunt in Chori παρόδῳ ante versum 154? Musgr.

3. Pro πεύσει legit Porsonus σπεῦδε in Advers. p. 248.

7. De septem Pleiadibus vide Eustath. ad Iliad. p. 1155, 47. et Didym. ad Homer. Il. VI. 486. Sic Orest. 996. legitur ἑπταπόρου Πελειάδος δρομήματα· ubi Schol. monet: ἐξ ἑπτὰ γὰρ ἀστέρων ἡ πληϊάς. Sic Rhes. 525. ἑπτάποροι Πλειάδες. De v. ἀΐσσειν quatenus de stellis adhiberi solet, vide Spanhem. ad Callim. H. in Del. 38. p. 354. Arati Diosem. 194. κ̀ διὰ νύκτα μέλαιναν, ὅτ' ἀστέρες ἀΐσσωσι. Cf. Virg. Georg. I. 368. Hopfn. Pro Πλειάδος autem Πτωκάδος mavult Musgravius; quia Sirii constellatio non est in *Pleiadum* vicinia, sed *Leporis*. Hesychius: πτῶκες· δειλοὶ, λαγωοὶ, δορκάδες, ἔλαφοι, νεβροί. Cf. Theoc. Idyl. I. 109.

Σείριος, alibi Κύων, *Canis major*, in parte occidentali est Orioni vicinus, in parte orientali navi Argo. Prope partem orientalem tangit eum via lactea. Fingitur aut stans in pedibus posterioribus et quasi exsultans, aut sedens. Propter stellam primariam in ore canis, maxime lucidam inter stellas fixas, valde in oculos cadit. Atque hæc ipsa stella primaria a luce et fulgore plane insigni Σείριος dicitur, nam σειριάειν est *eximie splendere, fulgurare*. Cæterum vide Arati Phænom. v. 326. Etiam Homerus Il. X. 26. hoc sidus novit tanquam canem Orionis, lucidos ejus radios prædicat, ipsumque splendidissimum vocat. De fabula, quæ ipsum inter stellas collocatum narrat, vide Eratosthen. Cataster. c. 33. Hygin. P. A. 2. 35. Apollodorum II. 4. 6. Quod ad *Leporem* attinet, hunc vere canis persequitur in tabula Astronomica. Secundum Eratosthenem in utraque aure unam, in corpore tres, in utroque pede posteriori unam, ideoque omnino *septem* stellas habet. Mihi vero nondum obvenit epitheton ἑπτάπορος de *lepore* adhibitum, quippe quod solenne est *Pleiadum* sideri, quam in rem loca nonnulla jam laudata sunt. Ex Eratosthene simul patet, fabulam septem filiarum Atlantis, nympharum Dianæ consecratarum, venationem amantium, atque, cum

Orion ipsas persequeretur, a Jove in columbas (πελειάδες, hinc πλειάδες) mutatarum, illi inter stellas translocationi ansam præbuisse. Hopfn.

8. Hesychius: μεσσήρης· ὁ μέσος οὐρανὸς καὶ ὠκεανὸς τόπος. Sic Ion. 909. Apollinis oraculum dicitur esse in *mediis* terræ sedibus, Ion. 223. ubi μέσος ὀμφαλὸς legitur: cf. Sophocl. Œdip. Colon. 413. Brodæus vertit: *mediam adhuc cæli partem adscendit.* Hopfn.

10. σιγαὶ δ' ἀνέμων κ. τ. λ. *Silentia ventorum (tranquillum) continent Euripum:* i. e. altum ventorum silentium regnat in hoc Euripo; scil. Chalcidico, qui Eubœam a Bœotia modico spatio separat. Est autem juxta Aulida, ubi jam Agamemnon cum Græcis castra metatus est, ventum præstolans. Unde Lucan. L. V. *Euripusque trahit, cursum mutantibus undis, Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulin.* Conf. infra v. 164. *Chalcis* est oppidum Eubœæ, et Aulis portus et regiuncula Bœotiæ, (quæ inter Atticam, Locridem, Phocidemque est sita): ita tamen se invicem attingunt, ut ab Euripo tantum separentur. Hinc Plin. Hist. Nat. L. IV. c. 12. et 7. *Eubœa et ipsa avulsa, Bœotiæ tam modico interfluente Euripo, ut ponte jungatur.* Adde Diodor. Sic. XIII. 47. Liv. XLV. 27. Barnesius hanc in rem citat Lloydii Lexic. Geograph. Poët. in v. *Chalcis.* Vide et Strabon. p. 308. Liv. XXXV. 37. Hopfn. σιγὴν δ' ἄνεμοι κ. τ. λ. corrigit Blomfieldius in Museo Critico, T. I. p. 186.

12. Editor Lipsiensis reponit ἐκτόσθ' αἴσσεις. Nam apud Atticos αἴσσω sive ᾄσσω et ᾄττω dissyllabum est. Piers. ad Mœr. p. 301. Hopfn. Vide ad Hec. 31.

14. ἡσυχία. Sc. ἐστι. *Omnes adhuc dormiunt.* Hopfn. τήνδε pro τῇδε mavult Blomfieldius, ut τόνδε Εὔριπον, supra v. 11. Cf. etiam infra v. 82.

15. ἀκίνητοι. Subintell. εἰσί. Ponitur autem φυλακαὶ pro φύλακες, *custodes nocturni.*

18. Bene cum his Barnesius contulit illud notissimum λάθε βιώσας, item Ovidianum, Trist. 3. [*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit; et intra Fortunam debet quisque movere suam.*] Mediocritate tutius posse aliquem vivere, quam in splendida fortuna, vide Med. 123. Hippolyt. 1016, 1107. Sæpius quoque vera hæc atque egregia sententia a poëtis aliis passim traditur. Hopfn. Trist. III. 4. 25

19. ἧσσον ζηλῶ. Stobæus Serm. LVI. pro ζηλῶ habet ἐπαινῶ, ut noster Hippolyt. 263. Οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ τοῦ μηδὲν ἄγαν. Markl. De verbo ζηλῶ vide ad Alcest. 884.

20. ἐνταῦθα. Δηλονότι ἐν ταῖς τιμαῖς. Brodæus.

21. σφαλερόν. *Res lubrica;* ut Suppl. 508. *quod fallit, cui non satis certo fidem habere potes:* quoniam honores non vere hanc nobis voluptatem præbent, quam videntur. Hoc sequentibus accuratius exponitur.—τὸ φιλότιμον. *Cupiditas gloriæ, honorum, imperii.* Hoc poni videtur Musgravio pro ἔντιμον ut infra 331. ubi Heathius per φιλοτιμούμενον, *objectum ambitionis,* interpretatur. Hopfn.

23. γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον. Hunc versum παρῳδεῖ Macho Comicus apud Athenæum VI. 10. p. 244. A. monente Porsono in Advers. p. 248. Ὁ Χαιρεφῶν δὲ, καὶ μάλ', ὦ βέλτιστ', ἔφη, Γλυκὺ μὲν, προσιστάμενον δὲ λυπεῖ πανταχῆ.

27. Est διακναίειν *vexare, molestia afficere: γνῶμαι, judicia hominum: δυσάρεστοι, quibus difficile est respondere, placere.* διέκναισαν, eodem modo quo antea ἀνέτρεψε, explanandum per *solere:* vide Viger. Idiotism. Græc. p. 592. Adde Cel. Ernest. ad Xenoph. Memorab. II. 4, 7. Valckenær. ad Hippolyt. p. 163. in Fragm. Sic Eurip. Suppl. 226. Orest. 696. Subintel. βίον seu ἡμᾶς. Hopfn.

28. οὐκ ἄγαμαι κ. τ. λ. *Non laudo talem in principe,* seu *forti et magno imperatore, mentem.* Jam ostendere ei vult, vitam humanam multis et gaudiis et ærumnis mixtam esse, neque unum sine altero postulari posse. Quam quidem sententiam egregie et alibi a poëtis Græcis expressam legimus, ut Trachin. Sophocl. 126. Plures ejusmodi sententias reperies in Plutarch. ad Apoll. Consol. vide et Proverbia *Homo bulla* et *Optimum non nasci:* cf. Herc. Fur. 1285. Pro eo *non ut gaudia tantum consequaris, natus es,* dicit senex, non ideo tantum, ut solis bonis fruereris (ἐπὶ ἀγαθοῖς) te genuit Atreus. Cf. Proverb. *Cum Deo quisque gaudet et flet;* et infra v. 161. Hopfn. Ceterum legendum ἀρίστεως. Vide Porson. ad Med. 5. et de constructione Matt. Gr. Gr. §. 373.

29. Valckenærius in Annot. ad Phalarin, p. XV. comparat ad hunc locum Phalarid. Ep. XX. p. 102. 10. γεννᾶται ἕκαστος ἡμῶν ἐπὶ μυρίοις κακοῖς. Similiter noster in Suppl. 573. Jacobs.

32. κἂν μὴ σὺ θέλῃς, κ. τ. λ. Huc refer illud Senecæ: *Ducunt volentem Fata, nolentem trahunt.* Barnes.

33. τὰ θεῶν κ. τ. λ. Idem est τὰ βουλόμενα quod τὸ βουλόμενον, v. 1257. id est, τὸ βούλημα· *Deorum voluntas ita habet; Dii sic volunt.* Markl. Vide Matt. Gr. Gr. §. 285.

34. ἀμπετάσας. *Aperiens, accendens lucernæ lumen.* λαμπτὴρ Suidæ est *fax,* et *lucerna in domo accensa.* Idemque lo-

cum affert ex Soph. Ajace.—δέλτον. *Tabulam*; h. l. *epistolam*. Cf. infra 109. 154. 295. 880. 883. et v. 98. δέλτου πτύχαι. Euripides mandata per epistolam ad Clytæmnestram data de arcessenda Iphigenia filia tribuit Agamemnoni ipsi; Dictys vero Cretensis Ulyssem clam Agamemnone Mycenas profectum tradit, falsas litteras, tanquam ab Agamemnone missas, ferentem. HOPFN.

37. συγχεῖς. *Confundis, deles.* Suidas: συγχεῖ· ἀφανίζει, συμμιγνύει. HOPFN.

38. σφραγίζεις. *Obsignas*; unde Sophocl. Trachin. 117. σφραγίς· pro quo alibi τύπος σφραγῖδος et σφραγιστῆρος, σφενδονῆς. Vide Valcken. ad Hippol. 857. λύεις. sc. σφραγῖδα. Hippolyt. 859. ἐξελίξας περιβολὰς σφραγισμάτων. HOPFN.

39. πεύκην. Non *tædam*, ut interpres; sed *lariceam tabellam*, cera oblitam, cui epistola pro more ejus ævi inscripta erat. Lariceam dico, auctore Euripide Hippol. 1246. nam Theophrastus, si recte verba ejus capio, Hist. Plant. III. 13. *abietem* ἐλάτην potius, quam *laricem* πεύκην, huic usui inserviisse tradit. Cera oblitas fuisse has tabellas liquido patet ex v. 37. cui adde Herodotum in fine Polyhymniæ. MUSGR. [Vide ad Hippol. loc. cit.] Huc respexisse videtur Ovidius Metam. IX. 522. qui locus omnino dignus qui conferatur cum nostro. *Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram. Incipit et dubitat; scribit, damnatque tabellas; Et notat et delet; mutat, culpatque, probatque: Inque vicem sumtas ponit, positasque resumit. Quid velit ignorat: quidquid factura videtur, Displicet: in vultu est audacia mixta pudori. Scripta soror fuerat; visum est delere sororem, Verbaque correctis incidere talia ceris.* Veteres autem scribere solebant stilo (στύλῳ, γραφείῳ, σμίλῃ) cujus altera pars extrema acuta erat, altera lata et hebes, ut literæ aut verba falsa illâ incisa deleri possent. Vide Montefalcon. Palæogr. Græc. p. 25. HOPFN.

41. τῶν ἀπόρων. *Eorum*, scil. *quæ homines, in ἀπορίᾳ constituti, facere solent.* MUSGR.

46. Non mutarem τότε in ποτὲ contra omnia exemplaria. Vide Helen. 99. Orest. 99. Supplic. 743. Sophocl. Ajac. 664. 1262. Aristoph. Thesmoph. 13. MARKL.

47. φερνήν. *Me illi famulum una cum cæteris rebus ad dotem pertinentibus addixit.* Sic infra v. 858. χῶτι μ' ἐν ταῖς σαῖς φερναῖς ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ. BRODÆUS. πέμπει corrigit Porsonus in Advers. p. 249. Augmentum in Anapæsticis omitti posse non patet.

48. συννυμφοκόμον. *Qui sponsam comitatur, ejus curam habet.* Infra v. 1074. occurrit v. νυμφοκόμος, quod tamen alia significatione gaudet. Alibi νυμφοστόλος, νυμφαγώγος. HOPFN.

49. Hic est quasi Prologus, in quo exponitur totius hujus fabulæ argumentum et occasio. Eadem fere repetit infra v. 580. Chorus. HOPFN. Censet Blomfieldius, fabulam ex hoc versu revera incipere debere; omnia vero quæ præiverunt, pariter cum istis, quæ ex hac Iphigenia citata hodie non ibi comparent, ex alia hujus fabulæ διασκευῇ desumpta esse. Vide supra ad v. 1. et cf. Prologos Iphigeniæ Tauricæ, Iûs, et Herc. F. Ubinam vero referemus vv. 109. 110. si supra vv. 35. seqq. sint adempti?

50. ξυνάορος. Antea ἄλοχος. ὁ καὶ ἡ· *maritus* Orest. 1129. et *uxor,* ut sæpius apud Nostrum. HOPFN. Vide ad Alcest. 841.

53. φθόνος. *Invidia.* Ita ex Marklandi conjectura edidit Matthiæ. Vulgo φόνος, quod gravius et melius videtur.

56. δοῦναί τε, μὴ δοῦναί τε. Expressum videtur ex Æsch. Supp. 384. Ἀμηχανῶ δὲ, καὶ φόβος μ' ἔχει φρένας, Δρᾶσαί τε, μὴ δρᾶσαί τε, καὶ τύχην ἑλεῖν. MARKL.

57. ἅψαιτ' ἄριστα. Huc refert Hemsterhusius, vir incomparabilis, Hesychii Glossam: ἄθραυστα, ἀπρόσκοπα. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ ἐν Αὐλίδι: legitque adeo ἅψαιτ' ἄθραυστα, *uteretur fortuna inoffense.* Ego vero, fateor, nondum concoquere possum ἄθραυστα de aliquo dictum, qui caute res administrando offensas hominum vitat. Commodius usurpari potuit de corporibus solidis, quæ alia solida sine collisione transeunt, ut cum navigia scopulos, aut currus offendicula quævis prætervehuntur. Hæc enim nihil prohibet et ἄθραυστα dici et ἀπρόσκοπα. vide Lycophron. v. 890. ubi locus talis plane est, qualem fingimus. Quare existimo, glossam Hesychianam ex hujusmodi loco desumtam esse, qui ad Prologum fortasse pertinebat, cum in reliqua fabula non compareat: vide supra ad harum Notarum initium. MUSGR. εἰσῆλθεν νιν τάδε. Pro quo Cyclop. 410. εἰσῆλθε μοι τι, *venit in mentem.* De v. εἰσέρχεσθαι usurpata de cogitationibus et affectibus animum subeuntibus cum tertio et quarto casu, copiose disputavi ad Eurip. Cyclop. l. c. HOPFN. Cf. vv. 482. 512.

58. ὅρκους συνάξαι. *Jurare, juramento se obligare.* Sic Phœn. 1241. Alibi ὅρκον ὀμνύω (infr. 380.) κατομνύω (Hel. 835.) δίδωμι (infr. 735.) πήγνυμι (infr. 385.) De hoc jurejurando, vide Pausan. Lacon. p. 103, 36. conf. infra 79. et 380. et Apollodor. Bibl. III. 9. qui omnium Helenæ pro-

eorum nomina recenset, et totam hanc rem fuse persequitur. Cæterum Stiblinus h. l. relegat lectorem ad Prov. *Phocensium exsecratio.*—δεξιὰς συμβαλεῖν. *Jungere dextras;* quod signum erat jurisjurandi, atque omnibus in fœderibus et pactis contrahendis adhibebatur. Dignus est locus Schol. MS. ad Aristoph. Nub. 81. p. 70. ed. Brunck. qui hic adscribatur: Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις εἰς βεβαίωσιν τῶν συνθηκῶν· κ̀ Ὅμηρος (Il. Z. 233.) χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην κ̀ πιστώσαντο. Hoppn.

59. ἔμπυρα. Dicebantur *victimæ* seu potius *intestina* ejus, quia ab igne consumebantur, (V. Suid. h. v.) atque in quibus quædam observari solebant signa eventus rerum futuri. Sic in Antigona Sophoclis divina, v. 1005. et Electra, 405. Vide Potter. de sacrificiis. Cæterum hic mos, quo sacrificiis oblatis solemni modo jurejurando homines pacta inibant, apud antiquissimos populos obtinuit. Invenimus eum fere eodem modo jam in primo Mosis libro, c. xxi. v. 27. xv. 10. Hoppn.

60. σπονδὰς καθεῖναι. Heath. *pacisci.* Brodæus: *immolatis hostiis fœdus inire.* σπονδὴ (alias λοιβὴ) est *libatio;* et quia pacta et fœdera libatione diis facta contrahebantur, inde et *pactum, fœdus* ita dicitur. Multa de h. v. monui, atque idem ex antiquitatibus Græcis illustravi ad Cyclop. p. 184. adde Potter. Archæol. 1, 2. p. 508. sqq. Hoppn.

63. τὸν ἔχοντα. *Maritum;* quemadmodum definitur, Joan. iii. 29. ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν. Vide Andromach. 952. Markl.

66. ἐπιστώθησαν. *Fidem dederant, voverant.* Hoppn.

72. κρίνας. Paris. Cf. infr. 563. ubi diserte nominatur. Vide Androm. 274. et infr. 1276. Hoppn. Clem. Alexandrinus Pædag. III. 2. citat Ἀργείων pro ἀνθρώπων, vere, ut mihi videtur: *ut narrant Argivi* vel *Græci,* nempe, qui eum viderunt. Non dubito quin ἀνθρώπων sit ex Interpolatione eorum qui acceperunt μῦθος pro *fabula.* Markl.

73. ἀνθηρὸς. *Florens,* i. e. *florido* (h. e. *variis coloribus picto*) *vestimento* seu *ornatu indutus.* Comparandus cum h. l. est ille Euripidis Cyclop. v. 182. ubi de Helena dicit: ἣ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους Περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα, κ̀ τὸν χρύσεον Κλοιὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα, Ἐξεπτοήθη, Μενέλεων ἀνθρώπιον Λῷστον λιποῦσα. Στολὴ sæpissime simpliciter notat *ornatum;* ut Æschyl. Pers. 19. Eurip. Bacch. 783. Electr. 970. ut Arnald. observavit, quem vide. Hoppn.

77. οἰστρήσας μόνος. Par. Codd. omnes pro μόνος (quod ni-

hili est, utcunque incrustatum in Versione, *desertus a conjuge)* habent μόρῳ. Latet aliquid. Proximum est πόρῳ vel πόρον, ut οἰστρήσασα κέλευθον, eodem sensu, Æschyl. Prometh. 835. Edidi μόρῳ, MSS. lectionem, ut aliorum opinationibus sit locus. Markl. Toupii conjecturam πόθῳ memorat Porsonus in Advers. p. 249.

78. μαρτύρεται. *Provocat ad jusjurandum.* Sic fere Med. 20. βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς πίστιν μεγίστην, καὶ θεοὺς μαρτύρεται. Hopfn.

80. αἴξαντες δορί. Marklandus δόρυ mavult, subintellecta præpositione εἰς. Et hanc suppletam habemus in Elect. 848. εὐθὺς ᾖξαν εἰς δόρυ. Vulgata Crotone saniora censet Porsonus. Cf. Arist. Lysist. 1153.

84. κἀμὲ στρατηγεῖν, κᾆτα κ. τ. λ. Sensui et metro satisfaceret, κἀμὲ στρατηγήσοντα, Μενέλεω, κ. τ. λ. ut Herodian. VII. 23. τὸν υἱὸν αὐτοῦ, στρατηγήσοντα δὴ τοῦ πλήθους, εἵλοντο. Vel, στρατηλατοῦντα, quod verius puto. Ceteræ conjecturæ, κάρτα, δῆτα, ἀλλὰ, πᾶσι, pro κᾆτα, omnes sunt æque incertæ. Sensus loci est satis perspicuus. Markl.

87. ἀθροίζεσθαι. *Colligi; se congregare.* Sequens συνεστῶτος eodem redit, cum jam omnes adsint. Hopfn.

88. ἀπλοίᾳ χρώμενοι. Cum non possimus ex hoc loco navigare, cum adverso vento utamur; unde addit ἥμεσθα, *hæremus.* Hoc Noster Iph. Taur. 15. sic expressit: Δεινῆς δ' ἀπλοίας, πνευμάτων τ' οὐ τυγχάνων. Hopfn. κατ' Αὐλίδα. Semel alibi, nisi fallor, (Iph. Taur. 26.) inveneris hanc terminationem Αὐλίδα in Euripide. Quin et ibi Metrum ferret Αὖλιν. Markl.

89. Vulgo κεχρημένος. Emendat Hemsterhusius, vir summus, κεχρημένῳ, Not. ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 69. Lenius et, ni fallor, melius quoque Heathius, κεχρημένοις, sc. Græcis: confer v. 93. Musgr. Calchas μάντις vel ex Homero pueris notus. Hopfn.

90. Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ' ἐγώ. Ita quidem putabat Agamemnon, se nempe Iphigeniæ patrem fuisse; nonnulli tamen statuunt, illam non ex Clytæmnestra, sed ex Helena, nec ab Agamemnone, sed a Theseo, genitam; ut Euphorion Chalcidensis, Alexander Pleuronius, et Stesichorus Himeræus. Vide Pausan. Corinth. p. 65, 10. Idem testatur Antoninus Liberalis Metam. c. 27. Vide infra ad v. 1584. Barnes. Hes. Ἀνεῖλεν· ἔχρησεν, ubi conf. Arn. et Ald. Beck. Apud Æschylum (Agam. 210.) Atridæ, audito hoc vatis jussu, tam vehementer commoventur, ut sceptris terram pulsent atque lacrymas fundant. Tunc major natu durum esse ait Diis non

obedire, durum etiam filiam occidere, sed tamen facinus audet. Vide infra ad v. 1246. HOPFN.

95. εἶπον. *Jussi;* ut in Hecub. 549. Iph. T. 85.

100. Pro πέμπειν Marklandus mavult στέλλειν, quia ἔπεμψα praecessit. Laudat vv. 119. 351. Soph. Phil. 499. Œd. C. 392. HOPFN.

103. λέχος et λέκτρον est *uxor:* unde *lectus* Poëtis Latinis. *Felix Admeti conjux*, et lectus *Ulyxis:* Propertius II. 5. i. e. *Penelope*. MARKL.

105. Vulgo ἀντὶ παρθένου. Reiskius ἀντιπαρθένου, quod esset *propemodum virginis*. Lego ἀμφὶ παρθένου, ut sic in constructione ordinentur: πειθὼ γὰρ εἶχον τήνδε πρὸς δάμαρτ' ἐμὴν ἀμφὶ παρθένῃ, ψευδῆ συνάψας γάμον. MUSGR.

108. ἔγνων. *Decrevi;* ut alibi saepius: vide Viger. p. 226. De conjunctione vv. αὖθις πάλιν vide Viger. p. 428. et Suid. αὖθις. Sic Alcest. 188. HOPFN.

109. κατ' εὐφρόνης σκιάν. Phœn. 727. legitur εὐφρόνης κνέφας. *Umbra noctis* pro *nocte umbrosa* seu *opaca*. Quæ forma loquendi nec Hebræis ignota est. Nox autem εὐφρόνη dicitur ab εὐφρονεῖν (*bene sapiendo*), ut jam Stiblinus monuit: vide Proverb. *in nocte consilium*. HOPFN.

112. Xenophon Cyropæd. lib. iv. ἀναγνῶναι δέ σοι, ἔφη, καὶ ἃ ἐπιστέλλω, βούλομαι, ἵνα εἰδὼς αὐτὰ, ὁμολογῇς, ἐάν τίς σε πρὸς ταῦτα ἐρωτᾷ. MARKL.

116. Vulgo σύντονον vertitur *contentum: vehemens* (Trach. 923.) a τείνειν *tendere;* sed h. l. est *consonum* (τόνος, *sonus*), *congruum, conveniens*, quam notionem in pluribus Lexicis desidero. HOPFN.

118. ἔρνος· τέκνον, θυγάτηρ. Sic quoque Soph. Œd. Col. 1108. Proprie quidem h. v. notat *germen*, βλάστημα, (Suid. φυτὸν); item κλάδον (Eurip. Cyclop. 608.) vide Hesych. Sed deinde etiam, quod multis in Lexx. frustra quæras, adhibetur ut σπέρμα, (Soph. Tr. 304.) θάλος, (pro *filia* Homer. Od. Z. 157.) ὄρπυξ et στάχυς, (Orpheus 213. 216.) καρπὸς, etc. Sic apud nostrum Phœn. 192. Troad. 770. legitur. Vide Ruhnken. V. C. ad Homer. H. in Cer. p. 9. et Ill. Harles. ad Theocrit. 7. 44. HOPFN.

119. Est ἶνις (ὁ καὶ ἡ) *filius*, (Troad. 574.) h. l. *filia*. Suidas: ἶνις· νέος, υἱός. vide et Hesych. Volunt derivare ab ἴς, ἰνὸς, *fibra*, *robur*, (vide Foësii Œcon. Hippocrat.) quoniam liberi quasi robur sint parentum: vide Etymol. HOPFN.

120. Brodæus: " κολπώδη πτέρυγα. *Sinuosum tegmen;* id est, portum undique a ventis tutum." Sed quæro adhuc,

unde Aulis, quæ erat in Bœotia, appellatur πτέρυξ *(ala)* Eubœæ? Sic enim video doctos Interpretes intellexisse, quasi vox Αὖλιν esset appositiva ad πτέρυγ' Εὐβοίας. Sed puto non ita esse: et duo loca hic, opinor, significantur, Chalcis in Eubœa, et Aulis in Bœotia. *Ne adducas tuam filiam ad Chalcidem et ad Aulidem:* quasi scriptum fuisset (et, credo, scriptum fuit) Καὖλιν ἀκλύσταν· adeo enim vicinæ erant hæ urbes, Euripo solum discretæ, ut ponte jungerentur, et quod ad *hanc* factum erat, ad *illam* factum fuisse dici posset; (confer Matt. xv. 39. cum Marc. viii. 10.); sed non ideo Aulis in Bœotia recte appellari videtur *ala Eubœæ;* non magis quam Chalcis in *Eubœa* dici potuit *ala Bœotiæ.* Πτέρυξ est quicquid procurrit ultra reliquum corpus, sicut *alæ* in avibus: vide Salmasium ad Tertullian. de Pallio, p. 58, 59. et Hesychium v. Πτέρυγες et Πτερύγια. Hinc *alæ* in exercitu dictæ putantur (Gellius xvi. 4.) *quod circum legiones dextra sinistraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur.* In hujusmodi vero terræ prominentiis, sive πτέρυξι, conditas fuisse tum Chalcida in Eubœa, tum Aulin in Bœotia, certum est, quia inter eas angustissimus esset Euripus, ponte διπλέθρῳ junctus: Strabo lib. IX. p. 615. Ubicumque autem terra hoc modo in mare procurrit, *sinus* fere efficitur: inde κολπώδης πτέρυξ. Eadem Metaphora, qua Chalcis hic appellatur *ala* Eubœæ, Enna dicitur *umbilicus* (ὀμφαλὸς) Siciliæ, Callimacho Hymn. in Cerer. v. 15. et Ætna Siciliæ *frons* (μέτωπον), Pindaro Pyth. I. et Salmydesso (qui sinus est in Ponto, Stephan. de Urb.) attribuitur γνάθος, *maxilla,* apud Æsch. Prometh. 725. et Cithæron mons appellatur (Phœniss. 802.) ὄμμα Ἀρτέμιδος, *oculus Dianæ.* MARKL.

121. ἀκλύσταν. Interpretor: *tranquillam, non agitatam.* Incertus in Antholog. p. 123. ἀκλύστων ἐκτὸς ἄγειν λιμένων. Plutarchus: λεῖον δὲ καὶ ἄκλυστον στόμα, de ostio fluvii: vit. Mar. p. 756. Ed. Steph. MUSGR.

123. δαίσομεν ὑμεναίους. Erasmus legit διοίσομεν et vertit: *siquidem tædas virginis aliud nunc in tempus producemus.* Scilicet hic erat mos in nuptiis Veterum, de quo videas velim Nostri Helen. 723. Hesiod. Scut. Herc. 275. Homer Il. Σ. 490. Ego nostrum δαίσομεν longe præfero lectioni Erasmi laudatæ, quippe solemnior et difficilior quoque ista forma loquendi, ac prorsus Homerica est, ut jam notavit Barnesius. Nimirum δαίειν τινα est: *convivio aliquem excipere,* (Orest. 15.) *epulum alicui præbere,* (Herod. L. I.) Unde δαίειν γάμον (Il. T. 299. Od. A. 226. Δ. 3.) vel γάμους (infr. 697. 710.)

celebrare nuptias: cf. Athen. Deipnos. V. 1. et Polluc. Hoffn.

125. ἱπαρεῖ θυμὸν corrigit Porsonus in Advers. p. 249.

130. ἐπεφήμισα. Ut v. 1335. ubi Achilles dicit, Ἥν ἐφήμισεν πατήρ μοι, *Quam pater mihi nuncupaverat.* φατίζειν hoc vocat v. 135. 925. προσειπεῖν πόσιν τινὶ, Iphig. Taur. 360. ἐκλήθης πόσις, infra hac Fab. v. 897. ad Achillem: quod est *maritus nuncupatus*, Apuleio Milesiar. IV. κατονομάζειν, Hesychio v. Τάλις· ἡ μελλόγαμος παρθένος, καὶ κατωνομασμένη τινί. Lucianus in libello *Prometheus es in verbis*, p. 13. τὸν σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπιφημίζεις αὐτοῖς, *sapientissimi istius Titanum* (i. e. Promethei) *nomine appellas eos*, sc. sermones. Ex qua locutione discimus quid sit ἐπιφημίζειν τὴν παῖδα (vel θυγατέρα) τινὶ, nempe, futuri *mariti nomine eam appellare* et distinguere, ita ut post hanc patris nuncupationem, illa non amplius Iphigenia *simpliciter*, sed Achillis Iphigenia ab omnibus vocetur: quod est, opinor, Hesychii κατωνομασμένη τινὶ, *denominata alicui*; ἡ ὀνομασθεῖσά τινι Suidæ, τῇ λεχθείσῃ δάμαρτι σῇ, v. 893. Τὸ ὄνομα τὸ σὸν κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς, dicunt Fœminæ ad Virum, Esai. iv. 1. Vide Plutarchum in Gracch. p. 825. D. E. et Demetr. p. 912. A. Hunc morem respicit Penelope apud Ovidium Heroïd. I. 83. *tua sum*, TUA DICAR *oportet*: PENELOPE CONJUX *semper* ULIXIS *ero*: quæ est plena locutio, *Penelope Ulixis conjux.* Ejusdem formæ est Hectoris Andromache apud Virgilium: et sic Marcia petit a Catone Lucan. II. 383. ut sibi *liceat tumulo scripsisse*, CATONIS MARCIA. Ita ἡ Κλεισθένεος Ἀγαρίστη, Herod. VI. 31. et probabiliter Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, Joan. xix. 25. Hujusmodi ἐπιφημισμένας *coronari* solitas esse discimus ex v. 894. vide Paschalium De Coron. II. 16. MARKL. Polyb. παρθένον τῷ βασιλεῖ κατωνομασμένην. p. 388. B. MUSGR.

131. Hic νύμφειος adjectivum eodem sensu accipitur, quo νυμφίδιος in Med. 986. et Apollon. Rhod. I. 1031. *nuptiarum conciliatrix vel præses.* Cf. v. 821. hujus dramatis. Vide Pierson. ad Mœr. p. 269. ἀγκὼν proprie est locus, ubi ossa componuntur seque curvant, *cubitus*; hinc omnino *complexus.* Εὐνή, *cubile et coitus.* Hæc omnia circumscribunt ideam *connubii.* HOPFN.

132. Vulgo ἐνδώσειν. Scribo ἐκδώσειν, proprium vocabulum in hac re; exempla ubique sunt; multa in hoc dramate. MARKL.

134. τῷ. Subint. υἱῷ, quod tralatitium est. Achilles Thetidis filius (Homer. Il. A. 280. Hesiod. Theog. 1006.) quem fugiat? HOPFN.

135. Δαναοῖς. *Pro* Græcis, i. e. in eorum commodum, ut navigare possint; vel etiam *ad* Græcos ducebas, seu potius, ducere volebas. Σφάγιον h. l. i. q. θυσία, ἱερεῖον, *victima*. Alibi quoque pro σφαγείῳ, *vase quo sanguis victimæ excipitur*, (Cyclop. v. 394.) adhiberi solet. Hopfn.

136. γνώμας ἐξέσταν. Orest. 1014. et Bacch. 340. 805. additur φρενῶν.—ἐξιστάναι, *extra se esse positum*, dicitur de vehementi animi commotione, cum quis sui non amplius conscius est. Latini dicunt: *discedere a se* vel *a mente*. Cic. de divinat. L. 2. *excidere mente*. Hopfn.

137. ἄταν. *Damnum, infortunium*. Hopfn.

141. κρήνας ἀλσώδεις. *Fontes in nemoribus*, ideoque *opacos*; epitheton fontium satis usitatum. Unde *fons umbrosus*, Ovid. Ep. 21, 177. ἄλσος enim quod infra legitur vv. 183. 1524. 1548. est locus arboribus consitus, aquam habens, diisque sacratus, *lucus*: inde quivis alius locus sacer, etiamsi arboribus non consitus. Hesych. Hopfn. Vide Blomf. Gloss. ad Æsch. Pers. 115.

141. μήθ' ὕπνῳ θελχθῇς. Hoc dicit Agamemnon, quia questus erat Senex (v. 4.) se *somnolentum* esse. Markl.

142. εὔφημα θρόει. *Bona verba, quæso!* Quare ita respondet Senex? Quia vox ὕπνῳ terruit eum, utpote *infausta* et *mali ominis*. Nam *Somnus* et *Mors* Fratres existimabantur: Pausanias Laconic. p. 195. unde *Mors* χάλκεος ὕπνος, Homero; *ferreus somnus*, Virgilio. Ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν· et alibi, Ὕπνῳ κασιγνήτῳ θανάτοιο. Vide Plutarch. Consol. ad Apollonium, p. 107. et Val. Flaccum VIII. 74. Plautus Amphit. I. 42. *hic pugnis faciet hodie ut* DORMIAM: et mox, *Quid si ego illum tractim tangam ut* DORMIAT? i. e. moriatur, εὐφήμως: non enim dicere amabant *mortuus est*, sed *dormit*. Poëta apud Stobæum, Tit. CXX. Πᾶς γὰρ λέγει τις, ὁ μακαρίτης οἴχεται, Κατέδαρθεν εὐδαίμων· *abiit beatus iste*, OBDORMIVIT *felix*. Hinc *Nox* quoque inter δύσφημα, notante Strabone lib. iii. p. 222. Nox enim *Mater* erat *Mortis* et *Somni*, Hesiod. Theogon. 211. *Nutrix*, Pausan. Eliac. prior. p. 321. Markl. Exemplis Marklando allatis adde Hesiod. Theog. 758. et de propria ac solenni h. v. notione vide Spanheim. ad Callimach. T. II. p. 58. sq. et 676. Hopfn.

144. μή τίς σε λάθῃ. Sc. ἀπήνη, quod sequitur: vide Iph. Taur. 67. Aristoph. Av. 1191. Markl.

146. ἀπήνη. *Vehiculum, quod mulæ trahebant:* antiquissimis temporibus usitatum atque honestum. Vide Homer. Od. Z. 57. quem addas velim citatis a Spanhemio de

Usu et Pr. Numism. diss. 8. qui plura de ea re notavit. Hoffn.

149. ἀντήσῃς. Accusativum verbo huic subjectum vide Soph. Antig. 992. Musgr.

150. De vocibus ἐξόρμα, v. 148. et ἐξορμάσεις hoc loco, vide Cl. Grævium ad Lucian. Solœcist. p. 741. Markl. πάλιν ἐξόρμα, σοῖς χαλινοῖς, probabiliter conjecit Blomfieldius, in Mus. Crit. T. I. p. 186. Soph. Elect. 712. ἡνίας χεροῖν Ἔσεισαν.

151. Κυκλώπων. Architecti hi fuere, qui Prœtum ex Asia reducem comitati sunt: vide Strabon. p. 373. Ed. Paris. Inter alia opera, quibus Græciam ornarunt, Mycenarum mœnia fuere, prout testantur Pausanias, p. 232, 39. et Hesychius in Κυκλώπων ἕδος.—θυμέλας. *Atria:* vide ad Electr. 717. Musgr. ἐπὶ, cum accusativo, *versus*, ut Matth. xii. 49. Luc. iii. 2. Hoffn. Vide ad Orest. 941.

155. τήνδε. Defendi potest ex licentia, de qua disseruimus ad Androm. 641. Musgr. λευκαίνει. Λευκὸν ποιεῖ. Hoffn. Vulgo τῇδε. Ceterum vide notam ad Androm. loc. cit.

156. λάμπεις. Active exponi potest, ut Hel. 1131. δόλιον ἀστέρα λάμψας. Musgr. Vide ad Phœn. 226.

157. τέθριππον· ἐκ τεσσάρων ἵππων ἅρμα. Alibi τέθριππος adjective adjunctum habet ὄχος, (Hippol. 1219. Troad. 851.) vel τέθριππον ἅρμα, (Suppl. 501.) et plur. ἅρματα τεθρ. Phœn. 1562. Sed omitti substantivum ἅρμα, patet ex Alcest. 442. Suppl. 928. Cæterum constat, Soli currum tribui. Vulgo, ut Luna, *bigis* equorum vectus Sol proponitur a poëtis, ut Schol. Soph. Ajac. 685. monent, qui eosdem equos Λάμποντα et Φαέθοντα appellant. Sed *quadrigas* quoque passim ei adscribi nemo nescit: vide Phœn. ibique Schol. et Valckenær. Hoffn.

158. Jam discedit senex, atque Agamemnon solus gravissimam illam sententiam profert, quam omnis antiquitas sæpe celebravit, atque inprimis Sophocles et Noster in dramatibus egregie lectoribus inculcare solent. Hoffn.

159. θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδείς. Vide Sophocl. Œdip. T. 1554. Trachin. 1. Eurip. Androm. 100. Supplic. 268. Et Horatius dixit: *Nihil est ab omni parte beatum.* Idem fere Hercul. F. 103. Οἵ τ' εὐτυχοῦντες διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς. Barnes.

162. Chorus in scenam prodit, atque accuratam nobis loci apparatusque bellici Græcorum descriptionem exhibet. Conferri autem hic debet Homerus Il. B. inprimis inde a v. 494.

sqq. qui inscribuntur, *Catalogus navium;* in quem Apollodorus duodecim volumina scripsisse fertur, quæ tamen temporum culpa interciderunt. Vide et Strabon. Geogr. I. Macrob. Saturnal. V. 15. Dionys. Halicarn. περὶ συνθέσεως, §. 16. Thucydid. I. 10. *Pope's Observations on the Catalogue,* P. I. Riccii Diss. Homer. 20. et Virgil. Æn. VII. 641. ubi multa cum arte Homerum est imitatus. HOPFN.

164. Suid. χεῦμα· ῥεῦμα ὕδατος.—De Euripo vide supra v. 11. HOPFN.

168. τὰς κλεινὰς Ἀρεθούσας. Notæ in Homerum sub Didymi nomine laudatæ ad Odyss. N. 408. Ἀρέθουσαι δὲ τέσσαρες, ἐν Συρακούσῃ, ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλκίδι, καὶ ἐν Ἰθάκῃ. Proclus: καίτοι πολλαχοῦ κοῦφον μὲν ὕδωρ ἐστὶ, πονηρὸν δὲ, ὡς ἐν Χαλκίδι Πλούταρχος ἱστορεῖ τὸ τῆς Ἀρεθούσης. BRODÆUS. De Arethusa, fonte Siciliæ, vide Suid. h. v. Cic. Verr. 4, 52. Ovid. Metamorph. 573. Virgil. Æn. III. 692. De nostra vide Plin. IV. 12. HOPFN.

171. ἡμιθέων. Defenditur ex Hesiod. Op. et Dier. 159. Nihilominus, multo plura sunt quæ mihi persuadent Euripidem hoc loco scripsisse Ἠϊθέων, *juvenum.* MARKL. Et ita Musgravius.

172. Est ἐλάτη proprie *abies,* item *hasta,* vel *cymba ex eo confecta.* Infra v. 1302. classis dicitur ἐλάτη πομπαία.—χιλιόναυς, *mille navibus extructus.* Sic Orest. 342. Hoc loco sine omni dubio redundat altera etymologiæ pars, quippe quæ jam in v. ἐλάταις latet, atque tantum numerus, idea multitudinis hic spectanda. Poëtæ autem, in primisque Tragici, ubique pro numero incerto rotundum usurpant. Proprie enim eorum numerus erat MCLXXXVI. HOPFN. Vide ad Androm. 106.

173. Menelaus vocatur ξανθὸς, i. e. *pulcher.* Hesychius vertit h. v. per καλός. Nam flavi capilli apud Veteres inter præcipuas pulchritudinis partes numerabantur. Sed in eorum sententiam cedo, qui omnia ejusmodi epitheta, quod inprimis de compositis valet, ubi fieri potest, in versione accurate in linguam vernaculam transferunt, atque adeo nova vocabula conficiunt, ut bene respondeant Græcis. HOPFN.

175. Agamemnon nominatur εὐπατρίδας, pro quo alibi εὐγενής, γενναῖος, et similia. Vide ad Cyclop. 41. Infra v. 1064. legitur quoque εὐπατρίς. HOPFN.

177. Εὐρώτας. Flumen Laconiæ a Sparta decurrens, quam ab ortu præterfluit: vide Suid. h. v. Polyb. V. 22. Liv. XXXIV. 28. Is memoratur Troad. 133. Alius Eurotas

est sub Olympo; vide Sylburg. ad Pausan. p. 507. et Brodæi Miscellan. V. 28. Hic fluvius nominatur h. l. δονακοτρόφος, *qui arundines alit*, i. e. ubi arundines nascuntur, magna arundinum copia est. Ovid. Amor. III. 6. 1. *Amnis arundinibus limosas obsite ripas.* Pro quo δονακώδης legitur apud Apollonium, atque in Nostri Helen. 209. δονακόεις, et Iphig. Taur. 389. δονακόχλης. Nam δόναξ est arundo Cypria concava et crassa apud fluvios proveniens, ut Dioscorides I. 15. observat: vide Theophrast. Hist. Plant. IV. 12. Eustath. ad Homer. Schol. Orest. 145. hæc habet: δόναξ· κάλαμος λεπτὸς ἐν τοῖς ἕλεσι φυόμενος, κ. τ. λ. Hopfn.

178. De judicio Paridis vide Androm. 274. Barnes.

180. κρηναίαισι δρόσοις. Vide ad Hippol. 126.

187. ἀσπίδος ἔρυμα. *Munitionem* vel *vallum clypei*, i. e. *castra clypeatorum* seu *militum*, distinctorum a *nautis*. ἀσπὶς pro ἀσπιδηφόρος, ut δόρυ pro δορυφόρος, passim. Markl.

190. Αἴαντε συνέδρω. *Ajaces socios.* Ita vocat, quod et consanguinei erant, et semper fere simul ab Homero memorati. Vide Eustathium in Homer. Iliad. B. 406. Barnes.

192. Cum στέφανος, *corona*, sit præmium honorificum, etiam pro *ornamento*, *quod honorem affert*, adhiberi solet. Sic I Thessal ii. 19. sqq. Hesych. στεφανεῖ· κοσμεῖ. Hopfn.

194. ἡδομένους. Aliud Schema, nempe 'Αλκμανικὸν, quando inter duo nomina numeri singularis, verbum vel participium plurale intervenit: vide Lesbonactem, p. 179. et Notam eruditiss. editoris Valckenærii. Markl.

196. *Palamedes*, Nauplii regis Eubœæ, et Climenes filius, acerrimus Ulyssis inimicus, quem ad bellum Trojanum suscipiendum vi coëgit. Vid. Ovid. Metamm. XIII. 38. Hygin. fab. 95. Quint. Cal. 193. Cic. Offic. III. 26. Homerus ejus nullam mentionem facit. Cf. Schol. ad Orest. 426. De ea re, et inventione ludi calculorum ei adscripta, vide Suid. v. Παλαμήδης. Eidem adscribitur inventio ponderis et mensuræ aciei: vide Plin. H. N. 7, 57. et Eudociæ Ionia, p. 321. Nauplius autem, hujus principis pater, filius Neptuni et Amymonæ, Danai regis Argivorum filiæ, fertur. Vide Eustath. in Homer. p. 228, 1. et p. 1396, 61. Unde h. l. παῖς Ποσειδᾶνος. Hopfn.

199. Ἄρεος ὄζον. Imitatio Homerica ex illo: ὄζος Ἄρηος, Iliad. B. 540. Barnes.

202. Νιρέα, κάλλιστον Ἀχαιῶν. Ita Hom. Iliad. B. 673. Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. Barnes.

204. τὸν ἰσάνεμόν τε ποδοῖν κ. τ. λ. Achilles sæpe apud Ho-

merum ob velocitatem incessus laudatur, ut supra ostendimus Androm. 1212. Hoc autem magnanimitatis et animi alacris indicium. Et sane rex noster, Carolus Secundus Angliæ, adeo velociter est solitus incedere, ut multi proceres illius vestigia æquare non nisi pleno cursu valerent. BARNES.

205. λαιψηροδρόμον. Alibi λαιψηρῷ ποδὶ, Hecub. 1015. Electr. 545. cf. Helen. 555. Ergo i. q. ταχὺς, ἔλαφρος. HOPFN.

207. Χείρων ἐξεπόνασεν. De hac re Hom. Iliad. Λ. 831. Ὃν (Ἀχιλλέα) Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος Κενταύρων. Et Horatius Epod. 13. *Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno*, etc. Ἐκπονεῖν autem ad verbum *elaboro* sonat, figurate *instruo* et *erudio*. BARNES. Omnino legendum ἐξεπόνησεν.

209. κροκάλαις. Hes. κροκάλαι· ψῆφοι, ἀκταὶ, ἄμμος. MUSGR.

211. ἅρμα τέτρωρον. Vide ad Hipp. 1219.

213. ὁ διφρηλάτας. Poëta jam respicit Homeri locum Iliad. B. 763. Ἵπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο, Τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε ποδώκεας, ὄρνιθας ὥς, Ὄτριχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας. Et Eustathius quidem in locum dicit, Φηρητιάδαο referri debere jure optimo ad Admetum, Eumeli patrem; is enim Pheretis erat filius; nihilominus etiam ad Eumelum nepotem extendi posse, et ita quidem Euripides hic accipit; ipsum enim Eumelum vocat Φερητιάδαν. BARNES.

218. ζύγιοι. Ita dicuntur equi, qui currus jugo subjiciuntur; hoc est, medius sinister, et medius dexter: atque simpliciter hoc v. adhibetur de equo, qui non est *funalis*. Hæc Schol. ad Aristoph. Nubes notavit, quem exscripsit Suidas v. ζύγιοι ἵπποι. Scilicet Veteres curribus suis quaternos equos παραλλήλως jungebant, quorum bini medii (h. l. μέσοι ζύγιοι, hinc inde a temone discreti,) vocabantur *jugales*, propter jugum eis impositum; bini vero extremi, qui jugo non alligantur, παράσειροι vel σειραφόροι, i. e. *funales*, quod loro tantum mediis juncti essent, (h. l. τοὺς δ' ἔξω σειραφόρους.) Nam σειρὰ non tantum *catenam* notat, sed et i. q. ἡνία. vide Hesych. et Polluc. I. 141. Isidorus Orig. 17. 35. hæc monet: *Quadrigarum currus duplici temone olim erant, perpetuoque, et quod omnibus equis injiceretur, jugo. Primus Clisthenes Sicyonius tantum medios jugavit, eosque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Græci* σειραφόρους, *Latini* funarios *vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur.* Ex his aliquid lucis locus noster accipere videtur. De v. ζύγιος et σειραφόρος copiose disputavit Spanhem. ad Comici Nub. 122. HOPFN.

219. Est βαλιὸς partim *maculosus*, *varius*, *variis maculis distinctus*, (ποικίλος,) partim *velox*, ut Rhes. 356. nam collato Homer. Il. K. 437. equi Rhesi candidi fuere, sed et veloces: *candore nives*, *cursibus auras anteibant*, ut cum Virgilio Æn. XII. 84. loquar. Vide Eustath. ad Il. II. 149. ubi equus Achillis nuncupatur βαλιὸς, ad quem locum respexit Suidas his verbis: βαλιὸς, ἵππος. Idemque in v. βαλίαν interpretatur, τὴν ἔλαφον τὴν κατάστικτον. Kusterus ad h. l. monet vel legendum esse βαλίαν ἔλαφον· τὴν κατάστικτον: vel βαλίαν· τὴν ἐλαφρὰν, τὴν κατάστ. atque conferri jubet Hesychium. Locus quem Interpretes neglexerunt, quemque Suidas in mente habuit, est in Hecub. 87. ubi in textu legitur βαλιὰν ἔλαφον, et παράφρασις habet: ἔλαφον κατάστικτον καὶ ταχεῖαν. Hoffn. Vide ad loc. cit.

220. ἀντήρεις. Alibi apud Euripidem significat *res, quarum frontes oppositæ sunt:* vide Phœniss. 754. Troad. 225. Hic interpreter: *qui in contrarias partes nituntur.* Musgr. Schol. ad Soph. Electr. 89. ἀντήρης· μετῆκται ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων, ὅταν κατ' ἴσον ἐρέσσωσι, καὶ μὴ εἰς θάτερον περιωθῆται ἡ ναῦς.

223. παρ' ἄντυγα. Vide ad Hippol. 1178. et de voce σύζυγα, ad ejusdem dramatis v. 1224.

227. Mirum dictu ὄψιν ὀμμάτων pro simplici ὄμματα vel ὄψιν. Sed talia sæpius leguntur apud poëtas, atque etiam apud Nostrum, e quo excitabo Orest. 502. Hecub. 691. Iphig. Taur. 1134. item Cyclop. 620. Hoffn. Vide ad Hec. 295.

228. πλήσαιμι. Sic Orest. 453. ἐκπλέειν φιλήματα, *oscula ad satietatem usque dare, osculorum desiderium implere:* vide Cl. Facium ad l. c. Hoffn. μείλινον, *melleum*, a μέλι contra analogiam peccat: μέλι enim adjectivum format μελιτινὸς a genitivo μέλιτος, ut ὄμφαξ, ὀμφακινὸς a genitivo ὄμφακος. Legendum igitur μείλιχον. Musgr. μείλιχον etiam Marklandus.

229. κέρας δεξιόν. Subauditur hic κατὰ, non inusitata licentia. Supplic. 659. δεξιὸν τεταγμένους κέρας. Vide etiam Rhes. 846. Heraclid. 666. Musgr.

233. κατ' ἄκρα. Sic ego cum Marklando et Piersono lego. Idemque cum illo v. 249. ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα ex Homer. Il. I. 241. νηῶν ἄκρα κόρυμβα. Nereides quinquaginta erant Nerei, filii Ponti natu maximi, (vide Heyn. V. S. Comment. de Theogonia Hesiodi, p. 142.) et Doridis filiæ. Hesiodus Theog. v. 233. omnes nominat, at Homerus tantum triginta tres (Il. Σ. 39.) interdum et alia nonnullis nomina impertit. Earum una Thetis erat: vide supra, v. 206. Quia igitur

Achilles cum istis conjunctus erat necessitudine, navis ejus illarum tutelæ commissa erat, quare σῆμα erant Nereides. Scilicet Veteres eorum deorum dearumque curæ naves tradere solebant, quorum præprimis favorem ac benevolentiam sperabant, aut quibuscum conjuncti erant, aut quibus præcipue favebant. Neque tantum tota classis, sed et singulæ naves, sub tutela eorum esse credebantur. Cæterum ad deos patriæ tutelares, aut negotiorum, quibus se dicebant, præsides respicere solebant: vide Ovid. Epist. 16. 113. Hopfn.

235. ἰσήρετμοι. Ego malo εὐηρέτμοι, ut Ion. 1160. legitur; in qua quidem conjectura mecum consentientem non sine lætitia vidi Musgravium, qui Æschyli Pers. 276. et Ion. 1160. citavit. Hopfn.

237. ὁ Μηκιστέως. Sc. Euryalus, de quo Homerus Il. B. 565. τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύαλος τρίτατος κίεν, ἰσόθεος φὼς, Μηκιστέως υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος. Musgr.

238. πατήρ. i. e. *tanquam Pater;* fuit enim Avus Euryali. Vide Not. præcedent. Musgr.

240. ὁ Θησέως παῖς. Vel Acamas, vel Demophon, pro arbitrio notatur; et aliquem e Thesei liberis contra Homeri sententiam Poëta noster Atheniensibus præesse vult, in honorem Thesei, fundatoris illius urbis; quum Homer. Menesthea Ducem memoret. Ita Euripides auget numerum ἑξήκοντα, quum Homero tantum πεντήκοντα numerentur. Brodæus.

242. μωνύχοις. Recte Interpres, *equestribus.* Palladem curru vectam effingere mos erat, quia in Gigantomachia ἐπήλασεν Ἐγκελάδῳ ἵππων τὸ ἅρμα. Pausan. p. 275, 34. Musgr. Πτερωτὰ ἅρματα, *alati currus,* sunt *naves.* Exempla sunt ubique. Markl.

245. ὅπλισμα. Alibi *armatura, apparatus bellicus;* h. l. *classis.* Bœotia inter Atticam Locridem Phocidemque sita, ejus in Mediterranea parte est Thebæ urbs Bœotiæ primaria ad Ismenum fluvium clarissima: vide Plin. IV. 7. Dicitur hæc a Cadmo Agenoris filio condita, quare et acropolis adjacens Cadmeæ nomen servavit: vide Cornel. Nep. Pelopid. c. 1. Pausan. Bœot. c. 5. Unde h. l. in navium κορύμβοις dicitur Cadmus fuisse. Quod autem h. l. narratur δράκοντα χρύσεον ἔχειν, hoc pertinet ad fabulam illam, (Ovidio Metamm. III. 14—130. narratam,) qua draconem interfecisse fertur, cujus e dentibus, suadente Minerva terræ mandatis, homines armati progressi sunt, ut fabula narrat, quorum pars aliqua ei in urbe exstruenda adfuit. Unde ab his oriundus paulo post, v. 250. γηγενὴς dicitur, notante Brodæo.

Vide Apollodor. III. 4. Eurip. Phœn. 638. ibique Schol. Hoppn.

250. Leitus, Bœotorum dux, nullum in Phocenses imperium habuisse traditur. Plene igitur distinguendum post στρατοῦ. De Phocensibus et Locris auctor est Homerus, utramque gentem quadraginta naves implevisse. Numerum non videtur diserte memorasse Euripides; tantum pares numero dixisse. Musgr. Γηγενὴς, quo epitheto ornatur Leitus, nobilitatem generis ejus indicare videtur, quatenus a Spartis, viris e dentibus draconis prognatis, originem traxit. Etenim ex his oriundi nobilissimi Thebanorum omnium habebantur, unde Attius apud Nonium: *ab Dracontis stirpe armata exaratus, genere Antiquior.* Hoppn.

255. Θρονιάδ'. Homerus Il. B. 533, vocat Θρόνιον. Hæc præcipua Epicnemidiorum urbs est, quam præterfluit amnis Boagrius: vide Homer. l. c. Plin. IV. 7. Strabo IX. p. 293. Liv. XXXVI. 20. Pausan. Eliac. 1. 22. Hoppn.

256. ἐκ Μυκήνας τᾶς Κυκλωπίας. Vide supra ad v. 151. Barnes.

259. Ἄδραστος. Facile intelligitur, Poëtam de Adrasto, Polynicis socero, non loqui, utpote qui brevi post captas ab Epigonis Thebas mortem obierit. Pausan. p. 41, 14. Ed. Sylb. Verba ὡς φίλος φίλῳ indicare videntur aliquem, qui caussas inimicitiæ cum Agamemnone habebat, quas tamen publico bono posthabuerat. Id ego ad Adrastum refero, Polynicis filium, cujus meminit Pausan. p. 62. Ed. Sylb. quippe ad quem regnum Argivorum a Pelopidis jam occupatum hæreditario jure pertinebat. De Historia Adrasti et Argivorum, deque Argis civitate ab Agamemnone subacta, multa et scitu digna habet Eustathius Vol. I. p. 288. Ed. Rom. Vide etiam Schol. Pindar. ad Nem. IX. ῴδ'. γ'. denique Strabon. Lib. X. p. 426. A. Musgr.

262. Reiskius monet πρᾶξιν h. l. esse *exactionem, repetitionem,* et loci sensum, *ut Græcia repeteret et recuperaret Helenam.* Hesychius: πρᾶξις, ἀπαίτησις. vide de h. v. Duport. Prælectt. in Theophrast. c. 6. Cæterum Heathius observat, ab his verbis omnino pendere illa τᾶς φυγούσας, et cum eis connectenda esse. Hoppn.

265. ταυρόπουν. Taurorum imagines fluviis affingebant Poëtæ, et ταυροκράνους et ταυρόποδας vocabant: ut Hom. de fluvio, Iliad. Φ. 237. μεμυκὼς ἠύτε ταῦρος. In quem locum ita Eustathius: διότι ταύροις τῇ τε θαλάσσῃ καὶ τοῖς ποταμοῖς ἱέρευον· ἴσως γὰρ διὰ τὸ μυκητικὸν, καὶ οὕτως αὐτοῖς οἰκεῖον καὶ προσφυές. Vide

supra ad Orest. 1363. Barnes. Similis est constructio in Phœn. 146. Vide Matt. Gr. Gr. §. 534. 4 b.

267. Αἰνιάνων. Vide Stephanum περὶ πόλεων in voce Αἰνία. Illos autem Homer. carminis causa Ἐνιῆνες vocat. Iliad. B. 749. Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας· Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί. Barnes. στόλοι. Hic *rostra navium* sunt, ut Iphig. in Taur. 1104. Musgr. Hesychius hæc affert: στόλος, ὁ τῆς νεὼς ἔμβολος, τὸ εἰς ὀξὺ συνεστραμμένον. Scholiastes in Apollon. Rhod. Lib. I. στόλος δὲ λέγεται τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῆς πτυχῆς, καὶ διῆκον ἄχρι τῆς πρώρας ξύλον. Vide et Polluc. I. 86. Heathius vertit: *naves militibus instructæ.* Hopfn.

270. Ἤλιδος δυνάστορες. *Elis,* sive Elea, Peloponnesi regio inter Achaiam et Messeniam. Araxus promontorium terminus Achaiæ et Elidis; vide Strabon. VIII. p. 232. Elidem irrigat Alpheus (hodie *Carbon)* et tum mari Peloponnesiaco infunditur. Est et urbs ejus nominis primaria in Mediterranea regionis illius parte, ad Peneum, illam perfluentem, sita. Hujus autem regionis incolæ ab initio dicebantur *Epei,* unde γᾶ Ἐπείων apud Pindarum Olymp. VIII. 86. pro Elide ponitur; hinc h. l. οὓς Ἐπειοὺς κ. τ. λ. Homerus Od. O. 279. Ἤλιδα vocat δῖαν, ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί. et ibid. v. 75. eodem modo. Hopfn.

272. Homerus non Eurytum, sed filium ejus, Thalpium, cum Amphimacho, Cteati filio, Elidensibus præficit: vide Il. B. 620. collat. cum Pausan. p. 149, 34. Ed. Sylb. Musgr.

273. λευκήρετμον ἄρη Τάφιον. Hom. Odyss. A. 181. Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσων. Vide Pauli Leopardi Emendat. IV. 10. Barnes.

274. Τάφιον. Pro Ταφίων, et collective ὢν potius quam Grammatice ου. Mox, pro Ἐχίδνας, Brodæus Ἐχίνας, ex Homero. Markl.

277. ναυβάταις ἀπροσφόρους. Piraticam enim exercebant Taphii, ut diserte testatur Strabo, p. 459. A. Suidas: Τάφιος· ἐθνικὸν, ὁ λῃστής. Musgr.

279. δεξιὸν κέρας κ. τ. λ. Ajax, si mentem loci recte capio, in extremitate cornu sinistri collocatus (τῶν ἆσσον ὥρμει), idcirco dicitur dextrum cornu ad sinistrum adduxisse, quia, navibus tantum non in orbem circumactis, extremitates cornuum sese invicem fere contingebant. Musgr.

280. ἐσχάταισι. Hom. Iliad. Θ. 225. de Ajace et Achille: Τοί ῥ' ἔσχατοι νῆας ἐίσας Εἴρυσαν, ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν. Et Sophocl. Ajac. 3. Καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει. Brodæus.

286. βάριδας. Barbarum navigii genus est, cujus descriptionem vide apud Herodot. II. 96. Musgr. Βαρβάρους. Non *Ionicas*, ut Barn. sed *Ægyptias*. Wess. ad Her. p. 147. Beck.

288. δᾷον. *Bellicum*. Sic δᾷα δόρατα, *nares bellicæ*, infra v. 1470. δαΐαις μάχαις, *bellicis præliis*: Soph. Ajac. 368. Musgr.

293. λίαν δεσπόταισι πιστὸς εἶ. Sententiam Menelai, qua nimis fidelem domino esse dicit senem, pessimam vocat Marklandus. Sed ubique fere Euripides talia Menelao tribuit, quæ ostendunt, hunc ab illo valde fuisse contemtum. Vide Cyclop. 185. Hopfn.

294. Forma loquendi ὄνειδος ἐξονειδίζειν Græcis solennis est, ut alia ejusmodi. Quod autem ad ὄνειδος attinet, ex h. l. patet, esse v. μέσον, atque in utramque partem a Græcis adhiberi, omninoque significare *famam*, sive illa *bona* sit, sive *mala*. Unde et Phœn. 821. ὄνειδος κάλλιστον, ubi vide Schol. Quin etiam ὄνειδος simpliciter est *decus*, *gloria*, ut Phœn. 1732. ubi vide Schol. Plura hac de re monuit Musgrav. et Cel. Beck. ad Bacch. 608. Hinc h. l. adjectum legitur καλὸν, et Med. 511. Idem valet de v. κλέος, Hel. 135. Ita et *honor* Latinis voc. est ambiguum, ut observat A. Gell. Noct. Att. 12. 9. qui citat Orationem Q. Metelli Numidici de triumpho suo. Hopfn.

295. κλάοις ἄν. Vide ad Hippol. 1084.

298. ἄλλοις ἁμιλλῶ ταῦτ'. *Cum aliis discepta de his rebus*; nempe, cum Agamemnone. Ita Supplic. 194. Ἄλλοισι—ἁμιλληθεὶς, et τοῖς ἀρίστοις ἁμιλλᾶσθαι, Plutarch. Cat. Major. p. 342. B. Cum præpositione πρὸς, ead. pag. D. Vid. Andromach. 127. Markl. Legebatur ἄλλως. Sed recte Marklandus ἄλλοις.

299. οὐκ ἂν μεθείμην. Sophocl. Philoct. 1337. loco simili: οὐκ ἂν μεθείην. et Noster Alcest. 1121. nulla sensus differentia, magna constructionis; cum μεθίημι Accusativum post se trahat, μεθίεμαι Genitivum, docente Dawesio Miscell. Crit. p. 238. Markl. Vide ad Med. 731.

302. μακροὺς δὲ δοῦλος ὢν λέγεις λόγους. Multo animosius erit cum nota interrog. post λόγους, et magis ex usu: vide Helen. 1630. Orest. 1515. Aristoph. Avib. 912. Plautum Asinar. II. 4. *tun' libero homini male servus loquere?* Markl.

306. τίς δῆτ' ἐν πύλαισι. Delendum δῆτ', quod metrum corrumpit. Musgr.

307. κυριώτερος. *Nemo est, cui sermonem hunc magis efferre*

conveniat, quam mihi. Sic Brodæus interpretatur. Barnesius vertit: *potior ad narrandum.* κυριώτερος exponitur in Lexicis, *qui est potior.* Nam κύριος est *proprius, qui potestate, auctoritate pollet.—Ego potius illum* debeo accusare, quam *ille me.* HOPFN.

309. ἄρχας λάβω. *Ut inde initium faciam.* Nimirum eum jubet se adspicere, simulque litteras, quas manu tenet, ut erubescat, tanquam qui ignavus amorem paternum prætulisset saluti Græcorum. HOPFN.

319. Herodotus I. 42. ὅτε τὸ βούλεσθαι πάρα. MUSGR.

320. οἰκεῖν οἶκον. Vide ad Phœn. 611.

321. πλάγια φρονεῖς. Eodem redit quo paulo post v. 323. νοῦς οὐ βέβαιος.—πλάγιος est *obliquus, transversus, diversus.* Jam qui diversa ac varia semper mente voluit, is non est constans. De νῦν et αὐτίκα, quod levius alicui videatur, subtiliorem addere liceat Hoogevenii observationem hanc: νῦν *præsentissimum* tempus significat, αὐτίκα vero tempus *paulo post futurum,* et reddi debet, *mox, statim, continuo,* exclusa omni mora. Vide V. D. in libello de Particulis Græcis, et Vigerum, p. 386. HOPFN.

322. ἐκκεκόμψευσαι. Malim cum Ruhnkenio meo [ad Timæi Lex. Plat. p. 113.] εὖ κεκόμψευσαι. Quanquam et alterum defendi potest; ἐκ enim in compositione nonnunquam abundat, ut in ἐξευλαβοῦνται, Androm. 635. MUSGR. Ad ἐπίφθονον, ut sæpius, subaudiendum κτῆμα, quod tamen in sequente versu suppletum habemus. Vide Matt. Gr. Gr. §. 437.

325. οὐδ' εἰ κἀνιῶ. Ita Matthiæ; alii aliter conjecerunt. Vulgo legebatur ἤτοι καταινῶ λίαν σ' ἐγώ, sensu metroque repugnantibus. Vult Blomfieldius οὔτ' αὖ σ' ἐκτενῶ λίαν ἐγώ. Paulo fortasse melius foret οὐ γὰρ ἐκτενῶ λίαν σ' ἐγώ. Verbum ἀποτρέπεσθαι, *aversari,* cum accusativo construitur, ut in Supp. 158.

328. ὡς ταπεινὸς κ. τ. λ. Vide, quam egregie Poëta describat homines ambitiosos, qui malis sæpe artibus, simulatione, calumniis, largitione, auram populi captare, sibique ad aliquam dignitatem viam munire solent. Recurrit illud Ciceronis de petitione consulatus: *Ratio popularis desiderat nomenclationem, blanditiam, assiduitatem, benignitatem, rumorem.* Item: *Frons et vultus, et sermo ad eorum, quoscunque convenerit, sensum et voluntatem commutandus est.—Cura, ut aditus diurni et nocturni pateant, neque foribus solum ædium tuarum, sed etiam vultu et fronte, quæ est animi janua.* HOPFN.

332. Cum his conferas illa Ciceronis in Lælio: *Non enim*

solum ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa est. Itaque illi efferuntur fastidio et contumacia: neque quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atque hinc videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis moribus immutari, etc. Hopfn.

334. δυσπρόσιτος, ἔσω τε κλῄθρων σπάνιος. Omnia recte habent. Sensum loci exprimit Martialis Epig. II. 5. *Sæpe domi non es: cum sis quoque, sæpe negaris.* Markl. δυσπρόσοδος eodem sensu, e Thucyd. I. 130. citat Porsonus, Advers. p. 250. et εὐπρόσοδος in contrario e Thucyd. VI. 57. affert Gaisfordius.

335. πράσσοντα μεγάλα. Vide ad Hippol. 779. Supp. 576.

338. ἵνα σε πρῶθ' εὗρον κακόν. Ἵνα est *ubi* cum indicativo, ut ἵνα ἦσαν, *ubi erant.* Vulgatum ἵνα εὕρω foret *ut inveniam.* Infra v. 449. ἵν' ἡμᾶς ὄντας εὑρήσει κακῶς. Markl. Cf. Hipp. 642. Supp. 1218.

340. οὐδὲν ἦσθ'. Ut sæpius apud Terentium, Plautum, alios; *Nullus eras.* ἐκπλήττεσθαι de quovis affectu vehementiori adhibetur, Trachin. Sophocl. 386. Hopfn. Vide ad Androm. 50.

343. ὄμμα. Ita MSS. duo. Recte. ὄμμα est *vultus, facies, aspectus.* Rem illustrat locus Cœlii ad Ciceron. Famil. VIII. 14. *Nunquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii vultum vidisses.* Markl. Ed. Ald. ὄνομα. Totum locum sic constituo: Ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄμμα σύγχυσίν τ', εἰ μὴ νεῶν Χιλίων ἄρχων τὸ Πριάμου πεδίον ἐμπλήσεις δορός. Apponam modo duo loca, quorum similis forma est. Dio Chrysost. p. 183. B. ἦν οὖν ἀθυμία παρὰ τοῖς Τρωσὶν, εἰ μηδέποτε παύσονται. Noster Heraclid. 639. τῶν ἀφιγμένων Ψυχὴν ἐτήκου, νόστος εἰ γενήσεται. Musgr. Quem sequitur Blomfieldius in Mus. Crit. T. I. p. 187. nisi quod Πριάμου τὸ πεδίον et ἐμπλήσοις legendum putet.

346. στερέντα. Vide ad Hec. 618.

353. μάλιστά γε. Præ cæteris sc. Argivis. Musgr.

354. οὗτος αὐτός ἐστιν. *Hic idem est aër:* ut Troas. 1019. τὸν αὐτὸν αἰθέρ'. Markl.

356. ἐκπονοῦσ' ἔχοντες. Interpretor: ἐκπονοῦσιν, ὥστε ἔχειν. Gemina plane locutio est δίδασκε σοφοὺς, pro δίδασκε σοφοὺς εἶναι, Heraclid. 573. ubi vide, quæ annotavimus. Sic et Dionys. Halicar. φεύγειν ἀπολυόμενον pro φεύγειν ἀπολύεσθαι, p. 443. l. 32. Ed. Hudson. Participium quoque infinitivi vice posuisse videtur Herodotus VIII. 139. ubi ἐπειρῶντο ἀντιούμενοι ite-

rumque IX. 26. ἐπειρῶντο κατιόντες.—ἔχειν τὰ πράγματα Græcis valet *summa rerum potiri.* Thucyd. III. 72. οἱ ἔχοντες τὰ πράγματα. Scholiastes ibi interpretatus, οἱ δυνατοὶ, οἱ πλούσιοι, mihi quidem non penitus satisfacit. Confer ejusd. Libr. c. 27. Canterus ἐκπονοῦσ' ἑκόντες, quod nec vim, nec venustatem, habet. MUSGR.

359. Ante Ἑλλάδος intellige ἕνεκα, et videbis nihil mutandum esse in μάλιστα. Hunc versum respicit Eubulus Comicus ap. Athenæum XIII. 3. p. 569. A. Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου πέρι Στένω. MARKL. οὐδένας. *Homines nihili, nullius frugis, abjectos, indignos.* HOPFN. Supra v. 340.

362. χρέους ἕκατι. Valde ambiguum est χρέους hoc loco. MARKL. Interpretantur: *propter opes.* Sed quis χρέος hoc sensu dixit? Lego: Μηδέν' ἂν κήδους ἕκατι. *Neminem propter generis conjunctionem principem civitatis facerem.* MUSGR. Paulo fortasse melius Reiskii γένους.

371. λέκτρα χρήστ' ἐρᾷς λαβεῖν. Ita Heathius. Legebatur, verbis transpositis, et metro repugnante, λέκτρ' ἐρᾷς γε χρήστα λαβεῖν. Nil dubitamus quin verum sit quod conjicit V. D. in Censura Trimestri T. VII. p. 457. λέκτρ' ἐρᾷς χρηστῆς λαβεῖν. Sic Fragm. Incert. 157. Ὁ μὲν γὰρ ἄλλης λέκτρον ἱμείρει λαβεῖν. In utroque loco subauditur γυναικός.

373. ἦρχες. εἶτ' ἐγὼ κ. τ. λ. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 583. *ed. Kidd.* Porson. Præf. ad Hec. p. 52.

379. θεοῦ σοι τὴν τύχην διδόντος εὖ. Alluditur ad formulam εὖ δοίης, qua utebantur in precationibus ad Deum aliquem. MARKL.

381. θεός. *Spes* vocatur Dea, quod tritum est: conferas illud Theognidis, Ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη Θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστιν, κ. τ. λ. HOPFN. Hæc et sequentia, mendis et lacunis corrupta in vett. edd. diu legebantur.

384. οὐ γὰρ ἀσύνετον. Hunc versum in MSS. editisque adhuc omnibus desideratum suppeditarunt Theoph. ad Autol. Lib. II. et Stobæus Anthol. Tit. XXVIII. MUSGR.

385. παγέντας ὅρκους. Phrasis hæc singularis, et Euripidi fere propria, et tamen Latinis usitatissima; unde *Pactum* dicitur. *Pango* autem Latine idem, quod πήγνυμι Græce. Hinc et nos Anglice *Compact* dicimus. BARNES.

386. τὸ σόν. *Commodum tuum.* Sic Soph. Electr. 251. ubi Schol. συμφέρον δηλονότι. Ibid. v. sq. τοὐμόν. HOPFN.

387. παρὰ δίκης. *Commodum quidem tuum esset a justitia impetrandum,* vel *repetendum,* punitio *uxoris tuæ.* REISK. εὖνις (ut infra v. 796. et Sophocl. Trach. 563.) i. q. εὐνέτις et

εὐνήτειρα, uxor, ab εὐνὴ, *cubile*. Suidas interpretatur ἡ γαμετή. Hopfn.

388. Proprie τήκειν, τήκεσθαι de nive, cera, rebusque adhibetur, quæ brevi consumuntur: hinc de iis, qui mœrore ac tristitia conficiuntur. Vide Schol. ad Hecub. 431. Sic ἐκτήκειν, sensu priori, Cyclop. 458. ubi multa de h. v. notavi; συντήκειν autem, ut h. l. legitur Med. 25. Electr. 238. Aristoph. Plut. 1035. vide Dorvill. Chariton. II. 7. Hopfn.

391. τἀμ' ἐγὼ θήσω καλῶς. *Meo commodo bene inserviam.* Hæc locutio invenitur quoque Hippolyt. 704. Androm. 379. sed ibi Medium τίθεσθαι legitur. Med. 915. est eodem sensu, εὖ γὰρ τῶνδε θήσομαι πέρι. Hopfn.

396. δείξεις δὲ πῆ μοι κ. τ. λ. Vide ad Orest. 790. Idem est usus particulæ πῆ in Heraclid. 510. Ion. 1608. Soph. Œd. T. 355. Trach. 584. monente Porsono in Advers. p. 283.

401. Porsonus θεῶν legendum censet in Advers. p. 251. conferens infra vv. 688. 1591. Troad. 55. 974. Dan. 9. Hec. 58. 160. 847. Med. 1162. Phœniss. 978. Androm. 885. Soph. Electr. 696.

407. Κλυταιμνήστρας δέμας. Periphrasis pro Κλυταιμνήστρα, ut Orest. 107. Ἑρμιόνης δέμας. Sic βίη Ἡρακληείη Hom. et μένος Ἀλκινόοιο. Ita et Euripidis hunc ipsum locum expressit Virgilius optime, hoc est, suo more, Æn. VII. 649. *Filius huic juxta Lausus, quo pulchrior alter Non fuit, excepto Laurentis* corpore Turni. Barnes. Vide Matt. Gr. Gr. §. 430. 6.

410. εὔρυτον. Nisi sit nomen proprium, mos usitatior scribendi istiusmodi composita est εὔῤῥυτον, ut Pollux III. 3. p. 291. γάλα εὔῤῥυτον, τρόφιμον, ἐπίῤῥυτον. Poëtæ tamen sæpe omittunt alterum ρ, ut Σαλαμῖνος ἀμφιρύτου, Soph. Ajac. 134. Sed metri gratia. Markl. μακρὰν ἔτεινον. *Longum iter fecerunt;* nam τείνειν, *tendere*, ut Suppl. 722. Hopfn.

412. Per αὐταὶ, *hæ*, intellige Clytæmnestram et Iphigeniam: per αὐτὰς, *illas*, scil. *mulas* vel *equas*. Markl. Sed legendum forte cum Porsono, αὐτοῖσι πώλοις. Vide ad Hippol. 1178. Matt. Gr. Gr. §. 400. f.

415. πέπυσται· ἤκουσε. Hopfn.

416. διῆξεν. A διήκω ducendum esse monet Abresch. ad Æsch. I. p. 25. Beck.

419. περίβλεπτοι βροτοῖς. *Ad quos homines respiciunt:* ut Hercul. Fur. 502. Hopfn.

423. προτελίζουσι. *Adigunt puellam ad sacrificium peragendum*, quod Dianæ ante τὰ τέλη, seu nuptias, a sponsabus debe-

bat peragi. Vide Hes. Προτέλεια. REISK. Addamus Suidam et Meurs. Græc. Feriat. h. v. atque Polluc. III. 58. Ille monet προτέλεια *diem* vocari, quo parentes virginem nupturam in arcem ducant ad deam, ibique sacra faciant. Item paulo post: *omnia, quæ fiant vel dentur*, antequam res divina peragatur: et deinde *sacrificia*, quæ ante nuptias fiant. Nam τέλος etiam *nuptias* significat, quod VV. modo laudati observarunt: vide Sophocl. Antigon. 1255. atque infra v. 708. HOPFN. Vide etiam Timæi Lex. Platon. v. προτέλεια, et ibi Rhunkenium.

424. Hic Diana nominatur ἄνασσα Αὐλίδος, supra v. 91. ἡ τόδ' οἰκέση πέδον.—ἄξεται, *quis maritus, sponsus erit?* HOPFN.

425. ἐξάρχου κανᾶ. Similem locum habes infra v. 1449. κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις, κ. τ. λ. Vide Electr. 1146. BARNES. τἀπὶ τοῖσιδ' non connectendum est cum κανᾶ, sed est accusativus pendens. Sensus est: *auspicare Canistra, id quod proximum est.* MUSGR.

426. στεφανοῦσθε κρᾶτα. Imo στεφανοῦ τε, *et coronator*, ut ἐξάρχου. nam Agamemnonem Nuncius alloquitur huc usque: Menelaum in sequentibus. In v. 425. ponenda est minima distinctio (non plena, ut in Editt.) post κανᾶ. MARKL.

430. ἐπήνεσ'. Scholiastes in Aristoph. Ran. 511. παραιτούμενοι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον, κάλλιστ' ἐπαινῶ, καὶ, ἐπήνουν. MUSGR.

432. Vulgo ἄρξομαι σέθεν. Obvium erat et certum ἄρξομαι πόθεν, *unde incipiam?* Æschylus Choëph. 855. Ζεῦ, Ζεῦ, τί λέγω; πόθεν ἄρξομαι; et ita Grotius. MARKL.

436. δυσγένεια. De eo dicitur qui ignobili loco natus est, cui opponitur alibi εὐγενὴς, seu γενναῖος.—Χρήσιμον, *commodum, utilitas*. HOPFN.

438. ἄνολβά τ' εἰπεῖν κ. τ. λ. Musgravius Lect. Eurip. II. 7. mutat sedes vocum ἄνολβα et ἅπαντα. Alii varie conjiciunt. Hæ turbæ ortæ videntur mihi ex defectu unius iambi: et ita Reiskio. Alioquin legi posset forte, οὐ δὲ γενναίῳ φύσιν Πρέποντα ταῦτα· προστάτην γε, κ. τ. λ. Γε poni pro γὰρ et pro γοῦν apud Atticos, notat Priscianus, lib. 18. et Thomas in V. Γοῦν. Sed Plutarchus in Nicia, p. 526. C. hunc locum ita citat: προστάτην ΔΕ τοῦ βίου Τὸν ΟΓΚΟΝ ἔχομεν, τῷ Δ' ὄχλῳ δουλεύομεν. Fieri potest ut ex memoria Plutarchus citaverit: quod sæpe facit. Pro ἅπαντα nonnemo conjecit ἀπόντα, sc. εἰσὶ, i. e. ἄπεισι. Mihi adhuc videtur deesse iambus, ad hunc sensum: *nobili vero* (opprobriosa sunt viro, et indecora) *Omnia hæc*. MARKL. Ennius locum sic verterat: *In hoc regi plebs antestat loco: Licet lacrymare plebi: regi honeste*

non licet. Barnes. In sequenti versu vulgo legitur τὸν δῆμον.

445. πῶς ὄμμα συμβαλῶ. Hoc est quod dicit Plautus Casin. V. 3. *Quomodo meam uxorem aspiciam contra oculis?* Markl.

446. Non male vulgo πάρα, pro πάρεστι vel παρῆν, ut Orest. 702. Sed Codices tres habent πάρος, quod nullus Scriba posuisset, si invenisset πάρα: *præter mala, quæ habui prius* (πάρος), *veniens non vocata.* Sic τὰ πάρος νείκη, Helen. 1680. τῶν πάρος νυμφευμάτων, Androm. 1207. Markl.

451. Formulam "Αιδης νιν νυμφεύσει frequentem esse apud Tragicos de *morituris*, præcipue virginibus, dicit Marklandus. Possumus, si opus est, hanc in rem citare Sophoclis Antigon. 654. Eurip. Alcest. 763. et Orest. 1102. τὰ φίλτατα sæpius dicuntur apud Tragicos *liberi, conjuges:* Med. 16. &c. Hopfn.

453. γάμους γαμεῖν. Ut Med. 584. 623. Helen. 247. et paulo post v. 457. De viro legitur quoque Aristoph. Av. 1722. vide Thom. Mag. p. 191. ibique et ad Ammon. h. v. Intpp. Hopfn.

456. οὐ συνετὰ συνετῶς, ἔτι κ. τ. λ. Lego συνετοῖς, ἔτι κ. τ. λ. i. e. *non intelligibilia* nobis adultis, et alioquin *intelligentibus* ea quæ audimus: et ita Piersonus ad Mœrin, V. Βοήσεται. Max. Tyrius Dissert. XXII. 4. συνετὰ συνετοῖς λέγων, κ̀ πιστὰ πιστοῖς. Iph. Taur. 1061. εὔξύνετον συνετοῖσι βοάν. Markl. Unice vera est vulgata lectio. Sensus est: *Orestes, quippe infans, indistincta, sed intelligenda tamen, verba balbutiens profert.*

458. ὅ μ' εἴργασται τάδε. Vide ad Hec. 13.

464. ἐκλήθη. Observandum, Atticis sæpe h. v. esse pro εἶναι. Eustath. ad Homer. Sophocl. Philoctet. 231. [Vide ad Phœn. 576.] Vide Kypk. ad Matth. v. 19.—Τέκων, *pater*, ut Herc. Fur. 955. Nam τίκτειν etiam de patre adhibetur, ut contra γείνομαι, quod proprium est masculis, etiam de feminis interdum adhibetur. Vide supra v. 389. Hopfn.

465. σαφῶς. *Sine fuco, aperte.* Hopfn.

466. ἐπίτηδες. *Quod studio, de industria fit.* Ergo cum h. l. opponitur τῷ σαφῶς atque ὅσον φρονῶ, patet, esse i. q. *simulatum; artificiose, studiose excogitatum.* Hopfn.

471. Cum casu quarto παραινεῖν est *aliquem admonere, cohortari ad aliquid;* cum tertio casu, *consilium alicui dare, auctorem esse alicui.* Sic h. l. atque Cyclop. 313. Arist. Pac. 253. et alibi. Hopfn.

472. τοὐμόν. *Commodum meum;* ut paulo post τἀμὰ, *res meas,* vel *me* simpliciter. Cf. Electr. 1049. Hopfn.

474. ὁρᾷν φάος. Ὁρῶ et βλέπω et δέρκομαι pro ζάω, ut Hecub. v. 308. Οὔκουν τόδ' αἰσχρὸν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ Χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ὄλωλε, μὴ χρώμεσθ' ἔτι; Vide, quæ nos ad Supp. 77. Barnes.

475. Simpliciter, γάμον λαμβάνειν, ut Electr. 256. vel addito v. γυναικὸς, ut Fragm. Inc. B. 15. 1. Orest. 1495. *uxorem ducere.* Ἐξαιρετὸς, quasi e multis aliis electus, ergo *præcipuus, optimus, egregius.* Citat Barnesius Herod. III. 118. et 119. Si opus esset tali exemplo, possem quoque addere divinam Sophoclis Antigonam, 912. ss. quæ idem ad amorem erga fratrem eximium defendendum argumentum affert. Hopfn.

479. νέος. *Temerarius, imperitus.* Hopfn.

482. ἐννοούμενον. Ita Marklandus, conferens infra v. 1353. Sed recte se habet vulgata ἐννοουμένῳ. Vide ad Med. 58.

486. παῦσαι. Cum participio jungi tritum est. Vide quos citavimus ad Cyclop. 341. Hopfn. Vide etiam Matt. Gr. Gr. §. 549. 8.

488. Vulgo μέτεστί σοι. Eleganter Marklandus μέτεστί μοι. Neque enim dubitandum erat, an ad Agamemnonem spectaret vaticinium de cæde Iphigeniæ. Legerim porro: μή τοι μετέστω. Musgr. Recte; ni fallimur.

496. Μενέλεως. Legendum videtur, metri gratia, Μενέλα'. Musgr. Et ita tacite citat Porsonus in Præfat. ad Hecub. p. 21.

497. Musgravius pro nostro ὑπέθηκας, non male suspicatur μετέθηκας. vide supra v. 378. ὑποτίθεναί τινι λόγους est, *alteri sermones suggerere,* ut Orest. 903. et Bacch. 631. Hopfn.

498. In hoc loco ἔρως est *cupido;* eodemque fere redit, quo sequens πλεονεξία, quod proprie est *cupiditas plus habendi quam alius;* deinde omnino *cupiditas.* Vide de h. v. Brunck. ad Œd. T. 601.—δωμάτων, *familiæ.* Reiskius vertit: *Oritur inter fratres discordia, cupidine plus habendi in cernenda hæreditate.* Quid sit *cernere hæreditatem,* ut hoc obiter moneamus, de eo multa disseruit Kusterus in Diatribe de v. *cernere,* quæ adjuncta est Sancti Minervæ edit. Perizon.—Ἀποπτύειν proprie est *exspuere, respuere;* deinde ut et Latinorum *respuere,* i. q. *rejicere, abominari.* Hopfn. Vide ad Hec. 1252. Aoristus ἀπέπτυσα pro præsenti; ut in Orest. 1667.—τις δι' ἔρωτα γίγνεται. *The anapæst may be expelled,*—verba sunt censoris eruditi in *Quart. Rev.* T. VII. p. 457.—*by reading* ταραχή γ' ἀδελφῶν διά τ' ἔρωτα γίγνεται. *This emendation is so obvious, that we suspect that Heath, Markland, and others were prevented from proposing it, by a doubt whether* διά τ' ἔρωτα *was equivalent to* διὰ ἔρωτά τε. *A few examples will remove all doubt*

on this subject. Suppl. 383. ἐλθὼν δ' ὑπέρ τ' Ἀσωπὸν Ἰσμηνοῦ θ' ὕδωρ. Ion. 1282. ὑπέρ τ' ἐμαυτῆς τοῦ θεοῦ θ', ἵν' ἕσταμεν. 171. Κήδη συνάψουσ', ἔκ τ' Ἀθηναίων χθονὸς, Σπάρτης τε, Θηβῶν θ'. *So also* Soph. Œd. T. 253. Aj. 53. 492. Phil. 1294. El. 599. *Sometimes, instead of* τε, *the second conjunction is* καί. *So* Arist. Vesp. 126. Ὁ δ' ἐξεδίδρασκε διά τε τῶν ὑδρορρόων, Καὶ τῶν ὀπῶν.

505. εἰς Ἄργος γ'. Argos præ aliis urbibus commemorat, quia maximæ ejus hac expeditione partes erant; unde totus exercitus Argivi sæpe audiunt: vide mox v. 508. Hesychius: Ἀργείων, Ἑλλήνων. MUSGR. Koehl. monet, Menelaum fratri hic non suadere, ut exercitum dimittat, sed ut filiam remittat Argos. Igitur vulgatam esse sanam. BECK. Marklandus εἰς οἴκους conjicit. Sed nihil opus.

506. Vulgo οὐ λήσομαι. Cod. B. λήσομεν. Recte: ut Iph. Taur. 996. φύλακες, οὓς οὐ λήσομεν. Alterum est *obliviscar.* MARKL.

509. τοῦτο δ' εὐμαρές. *Hoc autem facile* est: quod satis erat Menelao, nunquam reputanti, secundum Euripidem, an *justum* vel *injustum, crudele* vel *secus*, esset. MARKL.

510. Nunc sequitur sententia de vatum genere lata, quam etiam apud Sophoclem reperire licet. Sic Œdipo Tyrann. 387. ubi Tiresias vocatur μάγος μηχανοῤῥάφος, δόλιος, ἀγύρτης, ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσι μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός. Item Antigona 1055. τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος. Quod ibi dicitur γένος, id h. l. est σπέρμα. Sic γέννημα ἐχίδνων, Matth. iii. 7. σπέρμα infra v. 514. recurrit. HOPFN.

511. κοὐδέν γε χρηστὸν, κ. τ. λ. *Et in nulla re commodum* (scil. genus vatum), *neque utile, cum præsens est:* itaque absentiam ejus facile pati possumus: nam Menelaus paullo ante (v. 509.) innuerat Agamemnoni ut Calchantem occideret.—οὐδὲν est κατ' οὐδὲν, ut v. 1415. Canterus quoque conjecerat γε χρηστὸν, Heathio dissentiente. MARKL. Vulgo κοὐδέν γ' ἄχρηστον.

513. πῶς ὑπολάβοιμεν. Legendum, ni fallor, πῶς ὑπολάβοιμ' ἄν. Rationes vide apud Dawesium Misc. Crit. p. 207. MUSGR. Probante Porsono in Præf. ad Hec. p. 33.

514. τὸ Σισύφειον σπέρμα. Ulyssis pater erat Laërtes, Laërtæ Arcesius, Arcesii Jupiter: ita Hom. Odyss. 118. etc. Ovid. Metam. XIII. 144. Ulysses ait: *Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi, Jupiter huic.* Inimici vero objicere solebant Ulyssi patrem Sisyphum, ob latrocinia infamem, a quo matrem ejus, Anticleam, compressam fuisse rumor erat

et imprægnatam; tum demum a patre ejus, Autolyco, Laërtæ desponsam. Historiam refert Tzetzes in Lycophron. et Scholiast. Sophocl. Ajac. 190. et Paul. Leopard. Emendat. XIII. 5. Ulysses vero ob vafrum et subdolum ingenium credebatur Sisyphum magis exprimere, quam Laërtem. BARNES.

516. ποικίλος. *Vafer:* vide ad Med. 304.

518. δόκει. Significare potest, *crede, existima:* Sed notio, quam hic locus postulat, est, *finge tibi in animo.* MUSGR. Qui et δοκεῖς legendum et interrogative sumendum censet. Recte, proculdubio.

521. Optime Tyrwhittus, οἷς ξυναρπάσας. Quanquam legi etiam posset οὐ ξυναρπάσας interrogative, ut præcedentia. MUSGR. Vulgo ὅς, ξυναρπάσας.

524. τείχεσιν Κυκλωπίοις. Vide supra ad v. 152. BARNES.

525. Vulgo ξυναρπάσουσι γῆν. Idem est γῆν et πόλιν: Kuster. ad Aristoph. Thesmoph. 115. Præcessit autem ξυναρπάσας στρατὸν, v. 521. Forte ἀνασπάσουσι γῆν, ut Phœniss. 1132. μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας, sc. πόλιν. vel, ἀναρπάσουσι, ut Helen. 751. MARKL.

532. ὦ ξέναι. Alloquitur Chorum mulierum Chalcidicarum. Vide infra v. 596. Ξεῖναι ξείναις παρέχωμεν. BARNES.

537. μαινομένων οἴστρων. Ita pro vulgato μαινόμεν' recte dedit Matthiæ, partim ex conjectura Reiskii. Jungenda sunt γαληνείᾳ οἴστρων, i. e. *œstris non exagitantibus.* γαλάνεια proprie est *maris tranquillitas:* Helen. 1458. Quod ad sententiam conferas Med. 624. sqq.

538. δίδυμα τόξα. De duobus arcubus Cupidinis, *diversorum operum,* vide Ovid. Met. I. 468. seqq. MARKL.

546. Ἀφροδίτας. Sc. μετρίας; nam opponitur statim πολλά, i. e. *immodica, immodesta.* HOPFN.

550. ἐσθλὸν σαφές. Simile est σαφέστατον κακόν, Suppl. 794. MUSGR.

551. τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι κ. τ. λ. Horat. Carm. IV. 4. 33. *Doctrina sed vim promovet insitam, Rectique cultus pectora roborant.* Cf. Hec. 595.

553. τό τε γὰρ κ. τ. λ. Hæc sunt pulcherrima et utilissima, si recte distinguantur et intelligantur. Loquitur de *Bona Educatione,* et exemplum *Pravæ* mox Paridem proponit, et diras ejus rei consequentias refert: *Etenim verecundiam sapientia, Et aliud quoque habet Commodum, ut scilicet mente perspicias Officium tuum, ubi gloria affert Famam non senescentem vitæ.* Lego σοφία [pro σοφίᾳ] in casu primo, et βιοτᾷ pro βιοτάν. Per σοφία intelligitur *bona educatio,* quam in se habere dicit *pu-*

dorem, et *facultatem cernendi* quid oporteat facere in casibus, ubi de Honore et Fama quæstio est. Markl.

555. ὑπὸ γνώμας ἴσορχν τὸ δέον. Idem fere est, ac Platonis illud: αὐτοῦ τοῦ καλοῦ φύσιν ἰδεῖν τε καὶ ἀσπάζεσθαι, p. 667. C. Ed. Ficin. Musgr.

558. θηρεύειν. Proprie de feris, *venari*; sed deinde omnino *aliquid studiose quærere*; ut *venari* Latinorum. Hopfn.

559. Κύπριν κρυπτάν. Pro κρυπτὰν magis appositum videretur aliquid quod exprimeret *castam*, vel tale quiddam; nam κρυπτὰ Κύπρις suspicioni obnoxia est. Markl. Idem fere significare videtur, quod nos diceremus *domestic*.

563. Conf. v. 71. 178. et Nostri Androm. 274. Sæpe quoque in Æschyli Agam. ut vv. 698. 1167. ad Paridem et Helenam, tanquam causam totius belli Trojani, respicitur. Hopfn.

564. ἀργενναῖς. Semel tantum apud Nostrum legitur. Suidas: ἀργεννῇσι· λευκαῖς. Hopfn.

567. Οὐλύμπου. Ut hic locus intelligatur, sciendum est, Olympum hic esse proprium nomen viri, tibicinis insignis, quem nunc Paris imitatus dicitur. Eustath. in Hom. p. 27, 45. Ἦν δὲ καὶ αὐλητὴς, ὀνομαζόμενος Ὄλυμπος, οὗ μέμνηται ὁ Κωμικός. Item 1175, p. 62. Ἰστέον δὲ, ὅτι τε Ὄλυμπος καὶ κύριον ὄνομα ἦν αὐλητοῦ τινος, οὗ νόμος ὀδυρτικὸς περιῄδετο, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, Ξυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμῳ. Hunc locum habes Aristoph. Equit. 9. in quem vide Scholiasten Aristophanis. Fuit autem Olympus hic Marsyæ discipulus, et Αὐλητικοὺς Νόμους scripsit et Θρηνητικοὺς, i. e. *Tibicinicas leges et lugubres*. Quin et ipse Ovidius non semel hujus tibicinis meminit, de Ponto, III. 3. *At non Chionides Eumolpus in Orphea talis: In Phryga nec Satyrum talis* Olympus *erat*. Et Metamorph. VI. *Illum ruricolæ, sylvarum Numina, Fauni, Et Satyri fratres, et tunc quoque clarus* Olympus, *Et Nymphæ flerunt*. Barnes.

572. ἐλεφαντοδέτων δόμων. Hoc modo Homerus Odyss. Δ. 72. domum Menelai describit: δώματα ἠχήεντα Χρυσοῦ τ', ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος. Brodæus.

576. ἔρις, ἔρις. Hæc lectio, si est vera, quam libri recentiores habent, emphaticam agnosco repetitionem, quemadmodum supra v. 181. Editio Aldina, atque Erasmi (Basil. 1524.) habet ἔρις ἔριν, quemadmodum Marklandus edidit e MSS. Lib. P. *Discordia discordiam Græcam cum hastis et navibus ducit ad Pergama Trojæ*. Sed infra quoque, v. 1273. ut supra 42. et hic recurrit talis repetitio emphatica. Quare lubenter ἔρις retineo. Hopfn.

584. ἐκ μεγάλων. Refer ad *majores, familiam, stirpem,* e qua sunt oriundæ. HOPFN.

585. εὐμήκεις τύχας. Glossæ: εὐμήκης, *procerus;* et ita Alciphron III. 67. Theocritus Idyll. XIV. 25. Lucian. Dial. Meretr. I. Sed an recte εὐμήκης τύχη, *procera fortuna?* MARKL. Sic ὅσσου μήκεος ὄλβου in hexametro apud Plutarchum de Exilio in fine. MUSGR.

586. θεοί γ' οἱ κρείσσους κ. τ. λ. Interpretor: *qui opibus et potentia excellunt, Deorum loco a tenuioribus habentur.* MUSGR. Ejecto articulo in v. 587. confert Blomfieldius Herc. F. 628. οἱ ἀμείνονες βροτῶν. Andromed. Fr. 20. ὅστις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν. Phryxi. Fr. 15. βροτῶν οἱ βλέποντες.

591. Interpunctionem, post χεροῖν vulgo positam, retraxit Matthiæ; ἀγαναῖς χερσὶν legit Blomfieldius in Mus. Crit. T. I. p. 188. In sequentibus etiam, utpote corruptissimis, μὴ ταρβήσῃ μοι in μὴ ταρβήσωμεν certissima emendatione corrigit, et μηδ' αὖ θόρυβον cum Gaisfordio legendum monet. In uncinis inclusæ voces delendæ videntur.

597. ὄρνιθα μὲν τόνδ' κ. τ. λ. Clytæmnestra compellat Chorum, cujus e vultu læto atque verbis bonum omen sibi, filiæque, nuptiis celebrandis, concludit. Jam vero quod attinet ad res singulas, e quibus Veteres colligere solebant aliquid ominosi, vide supra ad v. 142. ubi inprimis de v. εὔφημος nonnulla diximus. Quæ ibi erant εὔφημα, hic est λόγων εὐφημία. Pro τόνδ' αἴσιον Valckenærius ad Phœniss. p. 325. et ad Herodot. p. 590. emendat τόδ', optime ex judicio Musgravii, quod etiam lubenter in textum recepi. [Recte.] Ὄρνις et οἰωνὸς, *avis,* deinde *augurium,* omninoque *omen* quodvis, ut inprimis patet ex Aristophan. Av. 719. vide Thom. Mag. p. 657. ibique Intpp. et Apollon. Argon. I. 304. jam a Schol. ad Comici Plut. 63. laudatum. Sic in Plutarchi Vita Romuli occurrunt ὄρνιθες αἴσιοι pro *augurio secundo.* HOPFN.

605. Vulgo νεανίδαισιν ἀγκάλαις. Codd. A. B. νεανίδεσσιν: et ita Toupius ad Suidam, V. Νεανισκεύεται. Forte, νεάνιδες, νιν ἀγκάλαις ἔπι, una litera mutata. νιν, *illam,* Iphigeniam. Hanc quoque conjecturam præcepisse video Joan. Piersonum Verisimil. I. 6. *Servas* alloquitur, quas secum adduxerat. Quærendum, an hæ fuerint Μυκηναῖαι θεράπαιναι, quas Iphigenia compellat versu 1474. MARKL.

614. ἐφ' ὑμέναιον εὐτυχῶς. Ferri potest, et defendi; puto tamen Euripidem scripsisse ὑμεναίους εὐτυχεῖς, quia Tragici libentius utuntur numero plurali, et quia ultimas vocum syllabas parvi habendas esse innumeris exemplis didici. Vide ad

v. 820. Markl. ἔγειρ'. Hic non esse pro ἐγείρου, sed pro ἔγειρε, subint. ἑαυτὸν, positum, contra eos, qui diphthongos elidi posse credunt, monet Brunck. ad Orest. 284. Beck. Vide Porson. ad loc.

616. Vulgo τὸ Νηρῆδος παιδός. Hæc est vetus scriptura: unde conjeceram (et sic Miltonus) τὸ Νηρέως παιδὸς, ut v. 691. Νηρέως κόρην. Barnesius ejicit παιδὸς, et supplet τὸ τοῦ Νηρῆδος ἰσόθεον, ex conjectura Scaligeri et Canteri. Markl. Rectius τὸ τῆς Νηρῆδος emendat Æm. Portus; ut sit *Thetidis, Nerei filiæ.*

617. ἑξῆς κάθησο δεῦρό μου ποδὸς, τέκνον, Πρὸς μητέρ', Ἰφιγένεια. Quod vertunt, *Assideas huc ordine ad meum pedem, O filia, Juxta matrem, Iphigenia.* Quomodo *assideas*, cum statim dicatur *vicina stans?* Legendum opinor καθίστω, *sta, collocator*, a καθίσταμαι, in imper. καθίστασο, et καθίστω. Constructio est, Τέκνον Ἰφιγένεια, δεῦρο πρὸς μητέρα, καθίστω ἑξῆς ποδός μου. Δεῦρο *loco verbi et loco adverbii ponitur*, ut docet Priscianus, p. 1170. ἑξῆς non est *ordine*, quod neque Latine dicitur de *una* aliqua re, sed usurpatur cum casu, quasi esset præpositio, *prope:* vide Aristoph. Ranar. 777. Cum dativo Lysistrat. 624. ut ἐφεξῆς sæpe apud Pausaniam, et Strabon. lib. IX. p. 650. Markl. καθίστω etiam Musgravius. Ceterum hunc et quinque versus sequentes, ut et v. 627. in uncinis, utpote spurios, inclusit Matthiæ. Melius fortasse Porsonus vv. 620. 625, 6, 7. tantummodo deleri jubet, et vv. 623, 4. ante 621, 2. transpositis, vv. 628, 9. Clytæmnestræ tribuit.

623. σέβας. Videtur esse pro σεβαστὸς, *venerandus.* Sic Orest. 1235. σέβας Δίκης. Vide quæ notata sunt ad Cyclop. 575. ubi hunc ipsum locum citavimus. Forsan commode vertere liceat cum poëta Venusino, *O dulce decus meum.* Hopfn.

624. οὐκ ἀπιστοῦσαι. Joan. Leunclavius Not. in Xenophon. Cyrop. I. p. 6. hoc verbum semper scribi vult ἀπειστεῖν, quando significat ἀπειθεῖν, *non obedire*, ut hoc loco. Aliter Harpocration, ex Antiphonte, Demosthene, aliis: et Noster sæpe. Leunclavio assentitur Æmil. Portus, et inde multa Tragicorum loca mutat. Hoc quoque loco scribit ἀπειστοῦσαι: et ita Reiskius. Vide Hen. Stephani Diatrib. Harpocrationis Lexico subjunctam, p. 148. Ed. Lugd. Bat. 1696. 4to. Nequaquam mutandum. Markl. ἀπιστεῖν eodem sensu legitur Sophocl. Trachin. 1183. 1224. 1229. 1240. Hesych. ἀπιστεῖ· ἀπειθεῖ, Σοφ. Αἰθίοψιν. Hopfn.

625. ἐγὼ δὲ βούλομαι κ. τ. λ. Pulcherrimus hic est dialogus

Agamemnonis et Iphigeniæ, (ab hoc versu ad v. 667.) in quo depingitur magno artificio puellaris simplicitas Iphigeniæ, et affectus pietasque in patrem; et, ex altera parte, Agamemnonis paternus amor in charissimam filiam, et mœror ex conscientia facinoris jam cogitati, et mox perpetrandi; quo totus occupatus animus, eo *ambigue* detorquet singula fere ejus responsa ad Iphigeniæ quæstiones: quod observasse, e re lectoris fuerit. Notabile quoque est, poëtam, decori hoc loco observantissimum, cavisse, ne ullo alloquio Agamemnon Clytæmnestram exciperet. Markl.

626. Lœsnerus observat, ὑποτρέχειν τινα referri ad amorem et cultum, atque citat locum ex Dii fragm. apud Stob. Tit. 113. p. 416. ὡς θεοὺς ἢ θεῶν ἱδρύματα ὑποτρέχουσι καὶ θεραπεύουσι θρησκεύοντες. Sicut ὑπέρχεσθαι in Zosim. V. 16. 5. VI. 9. 1. quanquam etiam de impetu hostili dicitur: vide Gesneri Chrest. Græc. V. 44. Hopfn.

628. Pro χρῶ Codd. omnes χρή. Markl. Quod verum est. Recte etiam παιδῶν τοῦδ', sc. *Agamemnonis,* legendum monet V. D. in Censura Trimestri T. VII. p. 458.

635. πόλλ' ἀνδρὶ βασιλεῖ κ. τ. λ. Eandem sententiam uberius expositam invenies Eurip. Ion. 623. Senecæ Œdipo v. 6. et supra v. 17. sqq. Hopfn.

636. Vulgo πρὸς ἐμοῦ. Omnes Codices παρ' ἐμοὶ bene, ut ex responso Agamemnonis patet: vide Bacch. 475. Aristoph. Plut. 393. Markl.

639. Ed. Ald. ἰδοὺ γέγηθ', ἕως γέγηθά σ' ὁρῶν, τέκνον. nec versus, quanquam scaber et inelegans, contra metri leges peccat. Minus tamen convenit ἕως, *quamdiu.* Lego igitur: Ἰδού, γέγηθά σ', ὡς γέγηθ', ὁρῶν, τέκνον. *Gaudeo, qualequale istud gaudium sit.* Similia sunt ἤγγειλας, οἷ' ἤγγειλας, Med. 1000. et δέδοικά νιν, ὡς δέδοικ', Electr. 1126. Edidit ex conjectura Barnesius: Ἰδού· γέγηθά γ', ὡς γέγηθα, σ' εἰσορῶν, τέκνον. Musgr. Barnesium sequitur, nisi quod γέγηθ' ὅπως γέγηθα legerit, Gaisfordius. Nobis magis arridet Musgravii emendatio, quam admisit Matthiæ.

641. ἡ 'πιοῦσ' ἀπουσία. *Insecutura absentia.* Brodæus intelligit de nuptiis cum Achille conficiendis, sed aliud cogitavit Agamemnon; quare Iphigenia negat se intelligere quid velit, sed paulo post apparet, eam cogitasse patrem contristatum esse propter absentiam futuram, quam bellum Trojanum nunc gerendum postularet. Hopfn.

642. Vulgo οὐκ οἶδ' ὅ, τι φής. Anapæstus est secundus pes: scribi potest ὃ φής: quod est οὐκ οἶδα τί λέγεις, D. Marc. xiv.

68. et ita Heathius. Deinde, φίλτατ' ἐμοὶ πάτερ stabit in versu: prætulissem tamen, si cum codicibus, φίλτατ' ὦ πάτερ. Markl. Recte.

643. συνετὰ λέγουσα, κ. τ. λ. *Quo magis ita loqueris, ut inde apparere videatur, me a te recte intelligi, eo magis misericordiam meam moves.* Sed Iphigenia συνετὰ interpretatur *quæ prudentiam, sapientiam produnt;* quare respondet, ἀσύνετα *dicam, si te ita exhilarare possum.* Markl.

647. τὸ θέλειν. Proprie esset *ipse cupiendi actus.* Sed videndum, annon significare possit, *rem expetitam*, i. e. ut cum Scholiasticis loquar, *objectum appetitionis.* Vide quæ citabimus infra ad v. 1257. Confer etiam v. 319. Marklando placet τὸ τελεῖν. Musgr.

649. πρόσθ', ἅ' μέ. Vide ad Med. 1004.

652. Legit Porsonus ᾠκίσθαι hic et infra 696. ut in Hecub. 2. Tragicus apud Stob. de R. N. p. 127. ἀποικεῖσθαι, sed MS. ap. Valckenær. ad Theocrit. Adon. p. 238. ἀπῳκίσθαι. Alter Tragicus ibid. Χρεία δ' ἀνάγκης οὐκ ἀπῴκισται πολύ.—ποῦ γῆς, sine articulo legendum censet V. D. in Censura Trimestri T. VII. p. 458.

654. μακρὰν γ' ἀπαίρεις. Scil. ὁδόν. Markl. Delenda est interrogatio.

655. ἐς ταὐτὸν ἥκεις. Idem quod ἥξεις, *ventura es:* scil. ad sepulchrum. Hoc voluit ille: sed illa nondum intellexit. Markl. Eandem fere mentem præ se ferunt verba supra v. 451. Barnes. Pro ἔθ' vulgo legitur σύθ'. Optime Porsonus versum emendavit in Præf. ad Hec. p. 37. ὦ θύγατερ, ἥκεις καὶ σύγ' εἰς ταὐτὸν πατρί.

657. αἰτεῖς τί; καί σοι πλοῦς. Græci non ita scribunt, αἰτεῖς τί, pro τί αἰτεῖς; neque Latini, *postulas quid,* pro *quid postulas?* Forte, Ἔσται δὲ καί σοι πλοῦς, *Erit vero tibi quoque navigatio,* nempe *per amnem Stygium.* De eadem navigatione vide locum Alcest. 260. et Aristoph. Lysistrat. 606. Markl. Legit Porsonus Ἔτ' ἔστι καί σοι πλοῦς—, ut Med. 370. Ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις. Advers. p. 252.

664. οἱ ἱεροί. *Sacrorum ministri:* vide Ion. 1224. Musgr.

665. ἐστήξει. Ab ἐστήκω, fut. ἐστήξω et ἐστήξομαι. Markl. Χέρνιψ partim est *ipsa manuum lotio,* partim *vas,* partim *aqua, qua abluuntur.* Hoc autem fieri solebat in sacrificiis: vide infra v. 944. 1098. 1457. 1489. 1494. 1545. Omnino nemini licebat intrare loca sacra et templa, nisi lotis antea atque purgatis manibus, quare in aditu templorum posita erant χέρνιβες et περιρραντήρια. Vide Homer. Od. III. 440. De Choris

sacris circa aram ductis (v. 666.) vide Spanhem. ad Callimach. H. in Dian. v. 267. Hopfn.

666. Rectius, opinor, omittetur interrog. post χοροὺς, et ponetur post σκοπεῖν. Markl.

667. ζηλῶ σε τοῦ μηδὲν φρονεῖν. Ita Sophocl. ζηλῶ σε τοῦ νοῦ. Et Isocrat. Ζηλῶ σε τῆς ἀρχῆς: subaudi ἕνεκα. Barnes. Sic infra v. 1385. Hæc Agamemnon secum loquitur. Jam ad puellam se convertit. Hopfn.

668. ὀφθῆναι. *Ut puellæ*, non exercitus, (viri) *te conspiciant;* hoc enim erat contra decorum. Quare mulieres et puellæ κατακλείστοι vocabantur. Vide Electr. 341. Sam. Petiti Miscell. 2. 1. p. 65. Habitabant autem in interiori ædium parte *Gynæconitis* dicta, seu, θάλαμος, ὑπερῷον, (Homer Il. II. 515. IX. 468.) atque custodiebantur ab avo, eunuchis, et senibus; vide Terent. Eunuch. Cf. Potter. Archæol. IV. 13. Hopfn. De constructione vide Matt. Gr. Gr. §. 535. b.

675. σὲ δὲ παραιτοῦμαι τάδε. Potest distingui post παραιτοῦμαι, ut τάδε sequatur κατῳκτίσθην, *si miserabiliter deploravi hæc*, terminationem passivam cum significatione *activa*. Markl. Seu potius *media*. Cf. ad Hec. 541.

676. γένεθλον. Ut Hippol. 62. legitur, et infra v. 844. Achilles γένεθλον Αἰακοῦ vocatur, pro quo supra v. 118. erat ἔρνος, infra v. 845. est κόρη. Cæterum μέλλειν, quod alibi infinitivo præsentis junctum futuri vim habet, sæpe apud Atticos cum futuro jungi, res est tralatitia. Ἐκδιδόναι autem hac in re est solemne pro *elocare filiam*. Sic in uno hoc nostro dramate, v. 719. et 954. ubi additur πόσει, atque 693. simplex διδόναι. Sic quoque Electr. 247. et alibi. Hopfn.

679. Marklandus, qui τοὺς τεκόντας vix posse *solum patrem* significare putat, quando distinctio fiat inter patrem et matrem, scribendum esse monet τὸν τεκόντα γ', ὅταν κ. τ. λ. propter ἐμὲ καὐτὴν, v. 681. Sed quantum ego scio, interdum ita pluralis pro singulari poni solet, atque propter v. πατὴρ mihi potius videtur τεκόντες de solo patre intelligendum esse. Illud autem μοχθεῖν, quod de labore gravi adhiberi constat, de *anxia in educatione filiæ cura* accipiendum. Hopfn.

681. ἀσύνετος. Proprie de *stupiditate ingenii*, h. l. potius de *animo, qui non facile afficitur*, adhibetur; sequitur enim, *se quoque idem passuram esse*, i. e. eodem mœrore, quo pater, affectum iri. Eodem modo v. ἀναλγητὸς apud Græcos usurpari solet, atque respondet Gallico *insensible*. Hopfn.

684. συνισχανεῖ. Ita legit Heathius in futuro, vertens: *sed lex hæc cum tempore cohibebit;* i. e. Lex et tempus lacry-

mas nostras sistere valebunt. Vulgo συνισχάνει. Musgravius συνισχαίνει. Sed vide ad Orest. 288.

686. γένους δὲ ποίου κ. τ. λ. Male Barnesius Poëtam incogitantiæ arguit, quod Clytæmnestram de genere et Prosapia Achillis quærentem fingit. Potuit enim hoc ignorare, licet matrem ejus Nereidem, et nomen ipsi Achillem esse, sciret. Unde postea, cum de majoribus ejus comperisset, non quærit, qua matre natus sit, sed utrum mater eum, an pater, educaverit; in quo non modo incogitantia nulla, sed etiam cautela quædam, animadverti potest. Musgr.

689. Οἰνώνης. Hæc insula dicta erat Œnopia et Œnone; postea ex Æaci matre, Ægina: Hom. Iliad. B. 562. Schol. Αἴγιναν· Νῆσον πρὸ τῆς Ἀττικῆς· Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Οἰνώνη, ὕστερον δὲ Αἴγινα, ὑπὸ Αἰγίνης, τῆς Ἀσωποῦ μὲν θυγατρὸς, Αἰακοῦ δὲ μητρός. Ovid. Met. VII. Œnopiam *Minos petit, Æacideia regna: Œnopiam veteres appellarere; sed ipse Æacus Æginam genitricis nomine dixit.* Barnes. Æginam Asopi filiam vitiasse narratur Jupiter in ignem, aut, ut Lutat. ad Statium VII. 427. mavult, in aquilam conversus, (Vide Spanhem. ad Callimach. H. Del. 78. et Ovid. Metamorph. VI. 113. et VII. 616. sq.) atque ex ea suscepisse Æacum et Rhadamanthum. Hopfn. Vide et Plin. IV. 12. In sequente versu τὰ δ' Αἰακοῦ corrigit V. D. in Cens. Trim. T. VII. p. 458.

692. θεῶν. Marklandus θεοῦ mavult: θεὸν corrigit Porsonus in Advers. p. 252. θεῶν absurdum, θεοῦ tautologum esse observans.

693. ὁ κύριος. *Qui in eam potestatem habuit,* ut Suppl. 1196. Heath.

696. οἰκεῖσθαι. Vide supra ad v. 652.

697. ἐνταῦθ' ἔδαισαν γάμους. Vide de hac phrasi supra v. 123. De hac autem deorum in nuptiis Pelei præsentia vide quæ nos ad Phœniss. 822. Barnes.

699. ἤδη κακῶν βροτῶν. Euripideum magis videtur κακὰ quam κακῶν, ut ἤδη χρηστὰ Menander. Plato de Legg. II. ἁμαρτών τε γάρ τις μέγιστ' ἂν βλάπτοιτο, ἤδη κακὰ φιλοφρονούμενος. Infra v. 706. recte Portus εὐτυχοίτην, optantis. Markl. Facile, si cui lubet, mutatio Marklandi admitti potest. Musgravius pro vulgato μάθῃ legere mavult μάθοι propter præcedens ἔθρεψεν. Recte, nisi dicas, interdum talem negligentiam in consecutione verborum in vita quotidiana permitti. Denique idem V. D. nimium argutus esse mihi videtur, si valde miratur, eum dici sapientiorem, qui filium alii erudiendum tradiderit, quam qui ipse erudire potuerit. Neque ego cum

eodem V. D. propterea mutare vellem σοφώτερος, v. 700. in σοφωτέροις ut sensus oriatur hic: *Sapiens profecto et qui educavit, et qui sapientioribus educandum tradidit.* HOPFN. De syntaxi vide Matt. Gr. Gr. §. 518.

707. εὐτυχὴς κύκλος. Malim: ἐντελὴς κύκλος, *integer*, sive *plenus orbis*. Sic Pelei et Thetidis nuptias plenilunio celebrari jubet Themis apud Pindarum Isthm. ult. MUSGR.

708. θεᾷ. Clytæmnestra intelligit Junonem, quæ ζυγία dicebatur; de qua Apollonius Argon. IV. 96. Ἥρη τε ζυγίη, Διὸς εὐνέτις. BARNES. De voce προτέλεια vide supra ad v. 423.

709. μέλλω· 'πὶ ταύτῃ κ. τ. λ. Ita Marklandus pro Μέλλω γ'. ἐπί. Recte.

711. Vulgo ἅπερ μ' ἐχρῆν, contra metrum. Porsonus ἅ'μ' ἐχρῆν.

714. καλῶς, ἀναγκαίως τε· κ. τ. λ. Scribendum forte κακῶς, *incommode*, ut ap. Xenophont. Anab. lib. IV. κακῶς σκηνοῦντες, et Plutarch. Camill. p. 143. E'. οὐ καλῶς, ἀλλ' ἀναγκαίως ὑπομένοντες. Scripsi συνενέγκαι δ' ὅμως, *prosit tamen!* quæ videtur formula fuisse. Demosth. Philippic. III. ad fin. Aristoph. Acharn. 251. Plutarch. Agid. et Cleom. p. 804. D. μόνον, ἔφη, συνενέγκαι ταῦτα τῇ Σπάρτῃ· *tantum, inquit, prosint hæc Spartæ!* MARKL. Si legimus καλῶς, ego malo ironice intelligere: *Egregie! in navibus his mulieres celebrabunt nuptias!* Hoc profecto erat contra decorum. Vide infra 725. Sed nunc se colligit: *at est necessarium, non potest aliter fieri, itaque ferendum, concedendum est.* HOPFN.

715. οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον. Vide Not. ad Hecub. 222. et Scholiasten præcipue, et M. Anton. Muret. in Var. Lect. III. 12. Est autem Atticum. BECK. Vide etiam Koen. ad Greg. Cor. p. 7.

716. πείθεσθαι γὰρ εἴθισμαι σέθεν. Ne quem posthac turbet constructio istorum, εἴθισμαι σέθεν, vel πείθεσθαι σέθεν, sciendum est, in Codd. A. B. extare εἴθισμ' ἐκ σέθεν, id est, *a te assuefacta fui obtemperare:* pro more facis si *cogis* me ad obedientiam præstandam. Cum acerbitate aliqua hæc loquitur Clytæmnestra. 'Εκ pro ὑπὸ, ut ἐκ σέθεν θανεῖν, Sophocl. Elect. 581. Sic Iph. Taur. 538. quod est ἐκ γυναικὸς σφαγεὶς, versu 687. ejusdem dramatis est ὑπὸ γυναικός. MARKL. Recte quoad emendationem. Sed jungenda sunt non εἴθισμαι ἐκ σέθεν, sed πείθεσθαι ἐκ σέθεν, monente Porsono in Advers. *ubi supra.* Sophocl. Electr. 411. ΕΚ ΤΟΥ φίλων ΠΕΙΣΘΕΙΣΑ.

718. ἅ'μέ. Vulgo ἄν με, quod Marklando parum Græce videtur. Bene Reiskius ὧν με conjicit.

722. τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα; Vide Phœniss. 344. Ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς Νόμιμον ἐν γάμοις, Ὡς πρέπει ματρὶ μακαρίᾳ. In quem locum Scholiastes: Ἔθος ἦν, τὴν Νύμφην ὑπὸ τῆς μητρὸς τοῦ γαμοῦντος μετὰ λαμπάδος εἰσάγεσθαι. Et Apollonii IV. 1145. Πάσας δὲ πυρὸς ὣς ἄμφεπεν αἴγλη. Schol. Τὸ παλαιὸν τὰς μητέρας τῶν γαμούντων ἐν τοῖς γάμοις δᾳδουχεῖν ἔθος ἦν. Hæc Brodæus nobis observavit, sed locos noluit designare. Barnes.

725. ἐξομιλεῖσθαι. Idem esse quod ὁμιλεῖσθαι ἔξω τοῦ οἴκου, observat Abresch. Anim. in N. T. p. 593. Beck. Verbum simplex ὁμιλεῖν sæpius, sed compositum ἐξομιλεῖν bis tantum apud Nostrum legitur, in hoc nostro loco, et Cyclop. 515. Hopfn. Exstat verbum Plutarch. Parallel. p. 352. et p. 881. Op. Mor. p. 1475. Ed. H. Steph. Confer Soph. Trachin. 981. Musgr.

728. Est παρθενὼν *locus, ubi virgines* a juvenum consortio *remotæ habitabant*, et qui alibi γυναικεῖον appellatur. Vide supra ad v. 668. Hopfn.

729. μὰ τὴν ἄνασσαν Ἀργείαν θεάν. Junonem designat, Argis præcipue cultam, et deorum reginam. Hinc illud Virgil. Æn. I. 27. *Id metuens, veterisque memor Saturnia belli, Prima quod ad Trojam pro caris gesserat* Argis. Et v. 50. *Ast ego, quæ divûm incedo regina, Jovisque, &c.* De *diis* autem et *deabus*, indifferenter *regibus* dictis et *reginis*, vide quæ nos infra ad v. 1460. Barnes.

732. ἦξα. Aor. 1. verbi αἴσσω, *impetum facio*. Male vertitur *veni*.

739. τρέφειν. *Alere*. Apud Sophoclem *imprimis* pro ἔχειν adhibetur. Vide Casaubon. ad Athen. p. 549. et Valckenær. ad Hippol. 367. Hopfn.

741. Chorus animo prævidet calamitatem Phrygiæ imminentem, tristissimumque Trojæ excidium. Strophe locum describit, ubi theatrum belli imminentis erigi debebat. *Simois* fluvius Trojæ ex Ida monte decurrens Ægestam, urbem Siciliæ, in dextra parte præterfluit. Hic, et alter amnis, qui etiam Ægestam præterfluit, Scamander, ab Ænea nomina accepisse dicuntur: Strabo Lib. XIII. p. 418. Fluvio a poëta tribuuntur δῖναι ἀργυροειδεῖς, quoniam fluvius decurrens colorem argenti repræsentat. Sic Ion. 95. fonti Castaliæ tribuuntur itidem δῖναι ἀργυροειδεῖς. Unde Ovidius Metam. III. 407. *fontem* vocat *argenteum nitidis undis*. Eodem modo ἀργύρεοι ποταμοὶ et πηγαὶ occurrunt apud Græcos. Hopfn.

743. ἄγυρις. *Cœtus, collectio hominum;* unde et πανήγυρις. Est verbum Homericum, Odyss. Γ. 31. Ἶξον δ' ἐς Πυλίων ἀνδρῶν ἄγυρίν τε καὶ ἕδρας. BARNES. Hes. ἄγυρις· σύνοδος, συναγωγή. BECK.

744. ἀνὰ ναυσίν. Dorice pro σὺν ναυσίν. Gregorius Corinth. de Dor. XVIII. τὴν ἀνὰ, ἀντὶ τῆς σὺν, λαμβάνουσιν. Hom. Il. A. 15. Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Pind. Ol. I. 66. Χρυσέαις ἀν' ἵπποις. Commode ibi citat Kœnius, Vir Doctissimus, Nostri Electram, v. 464. MUSGR. Vide Matt. Gr. Gr. §. 579. 1.

745. Ἴλιον ἐς τό. Distingui potest, Ἴλιον ἐς, τὸ Τροίας κ. τ. λ. MARKL. Troja proprie vocatur tota regio, Ilium vero princeps in ea urbs, quæ a Græcis est igne ferroque diruta. HOPFN.

746. Φοιβήϊον. Nam Apollo et Neptunus Ilium simul condiderunt. BARNES.

747. Chorus respicit ad fabulam satis notam Cassandræ, filiæ Priami, cui Apollo ea sub conditione facultatem dederat vaticinandi, ut ne quisquam ei crederet. Vide Virgil. Æn. II. 246. ibique Ill. Heyn. HOPFN.

751. μαντόσυνοι ἀνάγκαι. *Fatidicæ necessitates.* Virgilius dixisset, *afflata est numine quando Jam propiore Dei.* Sic λόχιοι ἀνάγκαι, Bacch. 83. et δεσπόσυνοι ἀνάγκαι, Æschyl. Pers. 589. MARKL. κέλευσμα μαντόσυνον habes Androm. 1008. MUSGR.

752. ἐπὶ περγάμων Τροίας. Vide infra ad v. 763. BARNES.

755. εὐπρώροισι πλάταις. Dicitur ut εὐπρύμνοισι πλάταις supra v. 713. Sed hic a *proris* potius, quam a *puppibus,* Epithetum desumit, quod illæ, proræ sc. Trojanis e muro spectantibus primæ in conspectum venirent. MUSGR.

760. ἐκ Πριάμου. Vel οἴκων, vel γῆς, vel χειρῶν, subaudi. BARNES.

763. Πέργαμον δὲ, Φρυγῶν πόλιν. Ita quidem Euripides hoc in loco cum Homero et veteribus loquitur, qui Πέργαμον in singulari specialiter pro *Troja,* et etiam aliquando pro *urbe,* usurparunt: ipse autem noster Poëta sæpe alias (ut alii quoque Neoterici) Πέργαμα in plurali, pro *quavis urbe,* vel *arce,* profert. De hac re vide Eustath. in Iliad. Δ. 508. p. 503, 4. et in Iliad. Z. 512. p. 659, 25. BARNES. Vide ad Phœn. 1098.

765. ἄρκυϊ φονίῳ. Vulgo Ἄρει φοινίῳ. Forte, Ἄρης φοίνιος: quod postulare videntur participia κυκλώσας, πέρσας, et verbum θήσει. Pro λαιμητόμους (v. 766.) Codd. omn. λαιμοτόμους. unde ita edidi. Passiva notione hic sumitur: activa Iph. Taur. 430.

Markl. Scilicet nominativus verbi θήσει, v. 769. ad quem participia ista referenda sunt, est Ἄρης, supra v. 754. Quomodo autem, rogant V. D., dici potest Ἄρης κυκλώσας Ἄρει? et variis conjecturis locum tentant. Sed nihil emendatione opus; adeo ut Matthiaeus ἄρκυϊ, Musgravius ἄθλῳ vel ὕβρι, Jacobsius πάγῃ, frustra reponant. Unice vera est vulgata lectio; cui conferas illud Homeri in Il. E. 859. ὁ δ' ἔβραχε χάλκεος Ἄρης, Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον, ἢ δεκάχιλοι Ἀνέρες ἐν πολέμῳ ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος. Similiter Θάνατος morituris θάνατον ἐμβαλεῖν dicitur in Nostri Alcest. 50. In primo loco Ἄρης *Martem ipsum*, in altero *bellum* indicat.

768. πόλιν. Necesse est, ut vel πόλισμα in versu superiori, vel πόλιν in hoc, per errorem hic locum obtineat; utrumque enim simul stare non potest; certe codex Scaligerianus pro πόλιν legit παλαιὸν, quod cum πόλισμα optime concordat. Mallem ego πάλιν pro πόλιν, ut sit *rursus*: quia Hercules prius Trojam everterat; nunc iterum Græci eversuri erant. Barnes.

775. ἐλπὶς ἅδε ποτ' ἔλθοι, Οἵαν κ. τ. λ. Explicatione loci quam breviter potero defungar. Ἐλπὶς non solum significat *spes*, sed etiam *exspectatio* utriusque generis, sive *boni*, sive *mali*. Si *malum* sit quod exspectatur, ἐλπὶς significat *metus*: cujus exempla multa sunt. Vide Orest. 847. Sophocl. Trachin. 968. Lucian. Tyrannicid. p. 694. ed. Græv. τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίς. Sic ἐλπὶς τοῦ ἀπολέσθαι, *exspectatio*, vel *metus pereundi*, Josephus Ant. Jud. II. 15. p. 89. ed. Hudson. Plato De Legg. I. ἐλπὶς itaque hoc loco sit *metus*. Sequitur: Οἵαν (ἐλπίδα) Φρυγῶν ἄλοχοι στήσουσι, *qualem* (metum) *uxores Phrygum instituent*, vel *statuent*. Quemadmodum supra v. 666. στήσομεν χοροὺς est χορεύσομεν, *saltabimus*: ἔστασαν ἰαχὰν (v. 1028.) est ἰάχησαν, *vociferati sunt*; στῆσαι κραυγὴν (Orest. 1522.) est κραυγάσαι, *clamare*; ita στήσουσιν ἐλπίδα, *instituent metum*, id est *metuent*. [Legerim σχήσουσι. Sic in Bacchis 1290. νόστον σχήσουσι. Tyrwhittus.] Λυδαὶ πολύχρυσοι, ut Bacch. v. 13. et sæpissime: nempe ob auri ramenta e Tmolo monte a fluvio Pactolo deferri solita, Herod. I. 93. et Strabo lib. XIII. p. 928. Lydæ vero hic memorantur, quia Lydia erat sub imperio Priami. Lucian. in Dear. Judic. p. 224. Jam itaque hoc optat Chorus: *Neque mihi, neque liberorum meorum liberis unquam eveniat talis metus, qualem Lydæ et Phrygum uxores metuent, dum* captivæ et servæ *telam texentes, inter se colloquentur et deflebunt* hæc quæ sequuntur: Τίς ἄρα, κ. τ. λ. Markl.

781. Lego ῥεύματα δακρυόεντ' ἀνύσας, *fluxus efficiens* vel *eli-*

ciens, i. e. lacrymans. Hoc effertur per νάματα ὄσσων ἐξανύειν vel ἐξανύττειν, Herc. Fur. 619. Ῥεύματα δακρυόεντα sunt πηγαὶ δακρύων, Sophocl. Antig. 814. et ῥήξασα δακρύων νάματα, Trachin. 936. Apposite Æschylus Prometh. 398. Δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων Ῥαδινῶν λειβομένα ῥέος Νοτίοις ἔτεγξα παγαῖς. ubi Schol. ῥέος· ῥεῦμα. Virgilius dixisset, *Quis talia fando Temperet a lacrymis?* Hæc in contextum tuto admitti potuissent, opinor. MARKL.

782. De verbo ἀπολωτίζω vide quæ nos ad Suppl. 449. BARNES.

783. διά σε τὰν κύκνου γόνον. Id est, διά σε, ὦ κύκνου γόνε, ut v. 845. σὲ τὸν Θεᾶς παῖδα, pro, σὲ, ὦ Θεᾶς παῖ, et innumera talia. MARKL. Oratio Chori se ad Helenam convertit, quales ἀποστροφαὶ ad personas absentes apud Poëtas valde sunt usitatæ. Fabula, Jovem in olorem conversum Ledam amasse atque ex hac Helenam filiam (γόνον) suscepisse, ad quam Poëta hic respicit, est nota. HOPFN. Conf. Helen. 17. sqq.

784. ὡς ἔτυχεν Λήδα. Legendum, ni fallor, ὥς σ' ἔτεκε Λήδ'. MUSGR. Fortasse recte. Sed vide ad Med. 1.

791. τίς ἂν φράσειε. Formula trita apud Euripidem, si quis alterum quærit. Vide Eurip. Cyclop. 96. et Soph. Electr. 1103. HOPFN.

794. ἄζυγες γάμων. Similia vide ad Phœn. 324. Androm. 603.

796. θάσσουσ' ἐπ' ἀκτάς. Hecub. 36. θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς. Recte ἐπ' ἀκταῖς, *in littore:* ἐπ' ἀκτὰς, *ad littus*. Iph. Taur. 263. Εἶτ' οὖν ἐπ' ἀκταῖς θάσσετον. Helen. 739. Μένειν ἐπ' ἀκταῖς. MARKL.

798. Ἑλλάδι γ'. Scaliger Ἑλλάδ', quod iis placere debet, qui anapæstos in quarta sede non ferunt. MUSGR. Ita etiam Porsonus in Præf. ad Hec. p. 22. Dativo ritè jungitur verbum ἐμπίπτω, sed multa verba sæpe diversos casus regunt sine diversa significatione: quod bene monuit V. D. in Cens. Trim. T. VII. p. 459.

801. Ex hoc loco, et multis aliis, patet, vocem ἠδὲ, *et*, esse bene Atticam. MARKL. Vide ad Hec. 320.

802. λεπταῖς πνοαῖς. Intellige *reciprocationes crebras, et venti in modum incertas:* vide Iphig. T. 6. et quæ ibi citantur. Contrario modo Theophrastus τροπὰς (genus id Ventorum est) Euripis comparat: ἡ τροπὴ, καθάπερ πάλιν πνοή τις ἐστὶ πνεύματος, ὥσπερ ἐν τοῖς Εὐρίποις, τῶν ὑγρῶν. Confer et Aristot. Problem. c. 26. sect. 4. MUSGR. ῥοαῖς conjicit Marklandus: τοῖσιδ' corrigit Blomfieldius in Mus. Crit. T. I. p. 188.

826. ἀφρασία μ' ἔχει. Ut Hercul. Fur. 511. atque Hel. 549. ubi cum synonymo ἔκπληξις conjungitur. Suidas h. v. exponit per ἀφωνία, si quis præ stupore loqui non potest, quod Virgilius dicit, *obstupui—vox faucibus hæsit.* Hoffn.

827. παρανοοῦσα. Marklando placet περινοοῦσα, *comminiscens.* Alterum enim inurbanum esse. Favet vox καινουργεῖς. Musgr.

829. Vulgo legitur μεμνημένους, atque Marklandus eam lectionem tuetur, sed ambo MSS. Musgravii habent μεμνημένοις. Hoc ad πᾶσιν, illud ad φίλους esset trahendum. Hoffn.

830. ἐμνήστευσα. *Ambiri filiam.* Alibi Græcis quoque usitatum est v. ἐξαιτεῖν. Sophocl. Trachin. 10. Neque vero hæc huic v. deneganda est notio, quod nuper fecit S. V. Schleusner, qui contendit in Lexico N. T. T. II. p. 144. μνηστεύειν *non esse ambire nuptias, procum esse,* ut vulgo vertitur; eum enim, qui puellam in matrimonium poscat, dici μνᾶσθαι, contra μνηστεύειν esse *elocare alicui puellam, nuptum dare.* Recte: conf. Electr. 311. et Nostrum drama paulo post, v. 836. Verum hoc in loco aperte μνηστεύειν est *ambire nuptias.* Adde Alcest. 736.—γύναι. Hæc compellatio valde apud Græcos est usitata, neque inest aliquid, quod violet aut inurbanum esset, ut opinati sunt multi Intpp. ad Joh. ii. 4. ubi plures alii eam, quam diximus, rem, copiose illustrarunt. Hoffn.

834. Achilles, mirans quid sibi vellet hæc historia de nuptiis suis, dicit Clytæmnestræ, æque ac ille miranti, Εἴκαζε· κοινόν ἐστιν εἰκάζειν τάδε, Ἄμφω γὰρ ἐψευδόμεθα τοῖς λόγοις ἴσως. *Conjecta: ad utrumque nostrum spectat conjectare de hac re; Uterque enim forte decepti fuimus logis,* seu, *verbis inanibus.* Vulgo plene distinguitur post Εἴκαζε et post τάδε: et legitur οὐ ψευδόμεθα pro ἐψευδόμεθα. Markl. Paulo melius οὖν pro οὐ dedit Matthiæ.

837. εἴξασιν. Pro ἐοίκασιν, ab εἴκω, *similis sum,* εἴξω fut. ἤϊξα aor. 1. et ἤϊκτο legitur apud Hom. Odyss. Δ. 796. Εἴδωλον ποίησε, δέμας δ' ἤϊκτο γυναικί. Εἶξα autem pro ἔοικα Bœotice, vel etiam pro ἤϊξα Ionice. Nec hoc Euripidi singulare: Aristophanes enim plus semel eodem verbo in eodem tempore et sensu utitur, ut in Nub. 340. Εἴπερ νεφέλαι γ' εἰσὶν ἀληθῶς, θνηταῖς εἴξασι γυναιξίν. Et in Av. 94. Οἱ δώδεκα θεοὶ εἴξασιν ἐπιτρίψαι σέ. Barnes.

840. ὀρθοῖς ὄμμασι. Vide ad Hec. 951.

844. Vulgo ὡς σέ τοι λέγω. Opinor, ὦ σέ τοι λέγω· ut Aristoph. Av. 275. Οὗτος, ὦ, σέ τοι, sc. καλῶ. Helen. 1627. Οὗτος, ὦ, ποῖ σὸν πόδ' αἴρεις; Markl.

846. παροίξας. Valet *paullulum aperiens.* Patet ex v. 852.

eum intra portam substitisse, nec se Clytemnestræ spectandum adhuc præbuisse. MUSGR.

847. οὐχ ἁβρύνομαι τῷδ'. Marklandus vertit: *non insolesco hoc nomine*, sed Heathius: *non quoad hoc delicatum ago*. Τύχη, ut *fortuna* apud Ciceronem, pro *conditio, status*. Vide Intpp. ad Orat. Catilin. IV. 7, 16. et pro Milon. 34, 92. Suidas ἁβρύνεται interpretatur κοσμεῖται, θρύπτεται, καυχᾶται. HOPFN.

848. χωρίς. *Res meæ et A. sunt disjunctæ: nihil commune habemus.* Nescio an hoc Achillis dictum hic commode quadret. HOPFN.

852. μόνοις. Placet Marklando μόνοιν, *duobus solis*. MUSGR.

853. θέλω. Sc. σώζεσθαι. Respicit ad Iphigeniam, ut quisque intelliget. HOPFN.

854. Vulgatum ἂν ὤσῃ non intelligo: ἀνοίσει (fut. ab ἀναφέρω) εἰς, usitata est locutio. MARKL. Legendum videtur ἀνοιστέος. Plut. Op. Mor. p. 694. Ed. Steph. ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος, ὥς φησιν Εὐριπίδης. Idem p. 765. ἀλλ' ἀνοιστέος ὁ λόγος· ὡς αὐτὸς ἀνὴρ φησιν. Responsio hæc Achillis anceps necessario et indefinita est, utpote rem et personam ignorantis: *ad temporis futuri arbitrium pertinere, quæ dixerat Senex, nec aliter dijudicari posse; gravia tamen esse, et rem non exigui momenti indicare.* Scaligero placet: εἰς μέλλοντ' ἂν εἴη χρόνον. MUSGR. Præferenda est Marklandi lectio ἀνοίσει, quam loca Platonis, a Musgravio citata, pariter confirmant. Reiskius εἰς μέλλοντα λεύσσει conjecit.

855. δεξιᾶς ἕκατι μὴ μέλλ', κ. τ. λ. Illustrationem postulat hic locus. Δεξιᾶς ἕκατι nunquam significat *Per dextram* quemadmodum vertunt: sed vel, *propter dextram*, vel, *dextram quod attinet*. Neque probabile est, *Reginam*, Agamemnonis uxorem, obsecraturam esse *servum* suum *per dextram* ejus. Nam longe diversæ sunt circumstantiæ, ubi Iphigenia in Tauris, v. 1037. supplicat Choro πρὸς δεξιᾶς, *per dextram*. Illæ enim ingenuæ erant, licet captivæ: et φίλας eas appellat Iphigenia, v. 444. et φιλτάτας, v. 1025. Aliter explicanda hæc sunt. Regum et magnatum mos erat dextram osculandam vel tangendam porrigere servis et humilioribus quibuscunque, qui fidem ac protectionem eorum implorarent, aut aliud quid peterent, vel gratias agerent, vel gratularentur: vel denique simpliciter, in signum approbationis eorum. Res est notissima; in regibus adhuc durat, et exempla ubique: vide Alcest. 194. Sophoclem Œd. Tyr. 779. Arrianum Dissert. I. 19. Senex itaque pro more gratiam hanc exspec-

tabat, atque hanc exspectationem gestu aliquo significasse supponendus est. Sed Clytæmnestra, moræ impatiens, jubet eum pergere tanquam hoc signum accepisset: *quod ad dextram meam attinet ne cunctere, si quid habes mihi dicere.* Reticetur in narratione *actio* aliqua senis, vel *gestus*, quem spectatores videbant: quemadmodum Mariæ actio, vel apprehensio pedum Domini Nostri in isto D. Joannis xx. 17. Μή μου ἅπτου. MARKL. Cic. in Verrem V. 58. *cui civi supplici non illa dextera invicta et fidem porrexit et spem salutis ostendit?* Vide et Æneid. III. 610. MUSGR.

856. οἶσθα δῆτά γ', ὅστις ὤν. Legit Porsonus οἶσθα δῆτα μ' ὅστις ὢν, de qua phrasi, notissima licet, vide Kuster. ad Aristophan. Plut. 55.

862. αὐτόχειρ. Proprie, *qui sua manu aliquid facit.* Vide Cel. Beck. ad Aristoph. Av. 1133. et Viger. de Idiotism. Gr. L. p. 160. qui illum Comici locum citavit. HOPFN.

863. ἀπέπτυσ'. Pro præsenti positum est, de qua re vide supra v. 27. Cæterum ἀποπτύειν, ut *respuere* Latinorum, solet adhiberi pro *abominari.* HOPFN. Vide ad Hec. 1252.

883. Pro invenusto isto γε Porsonus σὺ legendum censet. De sequente versu vide eundem ad Med. 336.

884. Μενέλεως ἀφείλεθ' ἡμᾶς. Subaudi τὴν δέλτον. Ἀφαιρῶ enim regit duplicem accusativum. Vide Scholiast. ad Hecub. 568. Item Androm. 526. 604. BARNES. Vide Matt. Gr. Gr. §. 412. 5.

890. ἐκ θεᾶς γεγῶτα. Codd. tres γεγῶτος. Bene τὸ σὸν γόνυ γεγῶτος, ut τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, 1 Cor. xvi. 21. τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον, Phœn. 30. MARKL.

891. Ἢ τίνος, pro vulgato ἐπὶ τίνος legit Porsonus, ut πέρι utrumque genitivum regat.

898. πρὸς γενειάδος σε, κ. τ. λ. Qui aliquem obsecrabant, tangere solebant ejus genua, manum aut genas. Vide Hecub. 242. ubi de hoc more loquitur Scholiastes. Conf. quoque ibid. v. 341. HOPFN. De constructione vide ad Med. 328. Phœn. 1665.

899. ἀμυνάθειν. Est Atticum σχῆμα pro ἀμύνω, ἀμυνάθω. Ejusdem generis sunt βαρύθω, ἐργάθω, διωκάθω, μινύθω, φθινύθω. Vide Androm. Schol. ad v. 850. BARNES.

901. γελᾷ μοι. Eleganter Marklandus πέλας μοι, conferens Alcest. 79. MUSGR.

908. αἴρεται πρόσω. Cum non certus sim me intelligere hæc verba, reliqui quod erat in versione. MARKL. Legi potest αἴσσεται, ut Soph. Œd. Col. 1257. Homerus quoque ἤϊχθη habet. MUSGR.

909. ἐπίσταται δὲ κ. τ. λ. Imitatur Archilochum, qui sic apud Stobæum Tit. XX. Θυμὲ, θυμ'—'Αλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε, καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα Μὴ λίην. Pro ἐπίσταται malim ἐπίσταμαι. Musgr. Quid sit ἀσχαλᾷν, patet ex opposito χαίρειν. Hopfn. Cf. etiam Horat. Od. II. 10. 14. *Sperat infestis, metuit secundis, Alteram sortem bene præparatum Pectus.*

913. ἔστιν ἵνα. *Interdum*, ut Lat. *est ubi*. Alibi ἔστιν ὅτι vel ὅπως. Vide Viger. p. 230. Hopfn. μὴ λίαν φρονεῖν. i. e. *non callidum aut subtilem esse*. Musgr. Vide etiam ad Orest. 628.

920. τὸ κατ' ἐμέ. Anglice, *As far as in me lies*. Vide Matt. Gr. Gr. §. 282. Sic et in v. 922. et alibi sæpius.

934. Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν. Magno in contemtu Menelaum habebat Euripides, ut ex pluribus locis patet. Πηλέως est dissyllabum. Markl. τὸ μηδέν. Vide ad Androm. 50.

936. Lego: εἴπερ φονεύει τοὐμὸν ὄνομα σοὶ πόριν.—πόρις, *juvenca*, de *Puella* legitur Nostri Suppl. 630. Lycophron. v. 1298. Musgr.

940. οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ', κ. τ. λ. Optime emendat Porsonus, Οὐδ' ὥστε χεῖρα προσβαλεῖν πέπλοις ἄκραν. Adumbratum, inquit Marklandus, ex Hom. Iliad. A. 88. Οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος —οὐδ' ἢν 'Αγαμέμνονα εἴπῃς.

941. ἔσται πόλις. Sipyli nomine montem plerumque intelligunt. Sed urbem quoque ita dictam memorant Plinius Nat. Hist. Lib. II. c. 41. Stephanus Byzantius in voce. Aristides, Tom. I. p. 229. 260. et 270. Ed. Jebb. et postremo quidem loco a Pelope conditam fuisse docet, unde certissime colligitur, vulgatum ἔσται πόλις vitiosum esse. Sed nec e longinquo petenda est medicina. Legendum enim ἔσται πολὺς, ut πολὺς eandem vim habeat, quam Marklandi μέγας. Sic τὸ πρῶτον ἦν πολὺς παρῇ, Orest. 1193. ὁρῶν τὸν Πομπήϊον πολὺν μὲν ἐν γῇ, πολὺν δὲ ἐν θαλάσσῃ. Plutarch. Op. Mor. p. 568. πολλὴν ἡγοῦμαι τὴν θεὸν [ἐν] ἀνθρωπείοις τε καὶ θείοις πράγμασι. Philostratus de Vita Apoll. Lib. VI. c. 2. emendatus a Valckenærio V. Cl. ad Hippolytum v. 1. Aratus: ἔκτανε πολλὸν ἐόντα Πλειότερος προφανεὶς, de Orione. Sipylum urbem fuisse ostendi, unde, quod eam Achilles ὅρισμα vocat, deprimendi Agamemnonis studio tribuendum est. Crederes enim, quod ὅρισμα tantum dicitur, aut montem horridum et incultum esse, aut saltem, supra pagi rusticani conditionem non assurgere. Colorem autem huic contumeliæ præbuit, quod Sipylus revera in confinio Lydiæ, et Phrygiæ situs erat: vide Hesychium in voce. Musgr. In sequenti versu nihil mutandum: γένος dictum est pro κατὰ τὸ γένος. Iphigenia in T. 648. ἔστιν ἡ ξένη

γένος Ἐκεῖθεν Ἀργεῖά τις. Pindarus, Pyth. Θ. 26. ἐξ ὠκεανοῦ γένος ἥρως Δεύτερος. Sophocles in Trachin. 380. πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὐρύτου ποτε. Denique in v. 943. Euripides fortasse scripserat: Φθίας δὲ τοὔνομ' οὐδαμοῦ κεκλήσεται. *Phthiæ autem nomen et gloria nusquam celebrabitur.* Hecuba, v. 1247. τύμβῳ δ' ὄνομα σῷ κεκλήσεται. [Vulgo Φθία δὲ τοὐμόν.] JACOBS. γένος. *Origo*, ut *genus* Horatio: *Messi clarum* genus *Osci*. MARKL.

942. πεφύκασι γένος. Significare videtur, non Atridas ipsos, sed prosapiam eorum Sipylo oriundam esse. MUSGR.

944. Hesychius: προχύτας· ὅλας ἀπαρχάς. cf. v. 1098. Huc respexisse Glossographum putat Wessel. ad Herodot. p. 77. ἐνάρξεται, quemadmodum infra 1449. legimus. Conf. etiam supra v. 425. Ita alias adhiberi solet vox κατάρχεσθαι, *sacrificium auspicari*, vel *victimam deo consecrare.* Ista scilicet consecratio tribus rebus constabat, χέρνιβι, *aqua lustrali*, (vide supra ad v. 665.) οὐλοχύταις, *mola salsa*, et τριχὶ, *pilis a victimæ capite abscissis et in ignem injectis.* Vide Alcest. 74. ss. et Electr. 815. sqq. Plura monuerunt Valckenærius et Heathius ad Phœniss. 573. HOPFN.

945. τίς δὲ μάντις ἐστ', κ. τ. λ. Vide ad Supp. 530. De sententia cf. supra v. 510. Phœn 954.

948. ἢ τῶν γάμων ἕκατι κ. τ. λ. Sumtum ex Hom. Iliad. I. 395. MARKL.

949. εἴρηται τόδε. Ad verbum: *hoc dictum sit:* i. e. *de ea re nunc non est sermo, hoc mittam.* HOPFN.

950. ἐς ἡμᾶς ὕβρισ'. Vide ad Phœn. 620.

952. θήραμα. Ut antea θηρᾶν v. 949. pro ἐξαιτεῖν. HOPFN.

957. οὐδὲν εἰμί. *Nihil valeo:* nulla auctoritas mea est apud Atridas. HOPFN. Vide ad Androm. 50.

958. ἐν εὐμαρεῖ. Valet hic εὐμαρές, ut Helen. 1227. Sic ἐν ἴσῳ pro ἴσον hujus fab. v. 1186. ἐν εὐσεβεῖ pro εὐσεβές, Helen. 1277. Sensus est: *Res nullius momenti ipsis videtur:* ἐν εὐμαρεῖ enim hic, ut Helen. 1227. idem sonat, quod ἐν κούφῳ. MUSGR.

959. εἴσεται σίδηρος. Poëta eleganter *gladium* προσωποποιεῖ: Sic Homerus de hasta dicit: λιλαιόμενον χροὸς ἆσαι. Vide Plutarch. Sympos. Lib. IX. §. 15. BARNES.

960. φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ. Vel, φόνου κηλῖσι, χ' αἵματι χρανῶ. Si omnia sana sunt, αἵματι appositivum erit τῷ, κηλῖσι φόνου. MARKL. Paulo rectius Porsonus apud Dobræum dedit φόνον.

962. θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι Μέγιστος, κ. τ. λ. *Ego tibi apparui*

Deus Maximus, quamvis Deus non sim: sed tamen ero fortassis. Lego, (nam vulgata sunt stultissima) Θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι. Μέγιστος ὦ 'γών· ἀλλ' Ὅμως γενήσεται. *Ego tibi apparui Deus. Maximum est discrimen: nihilominus fiet.* Plinius N. H. *Homo homini Deus.* Μέγιστος ἀγὼν, v. 992. Potuit hoc, et multa alia, opinor, in contextum tuto admitti. Sed tutius visum est neminem offendere. MARKL. Θεὸς sæpe est apud Græcos atque Latinos i. q. *benefactor, servator.* Conf. Virgil. Ecl. I. 7. ibique Interpretes. HOPFN. Recte fortassis. Nihil tamen adeo absurdum in vulgatis. Modeste scilicet de se, revera Deæ filio, dicit Achilles.

965. ἐναλίας δαίμονος. Thetidos.

967. μήτ' ἐνδεὴς κ. τ. λ. Ex emendatione Marklandi; conferentis Troad. 901. Ἄκουσον αὐτῆς, μὴ θάνῃ τοῦδ' ἐνδεής. et Fragm. Incert. p. 511. Ἡδ' ἐνδεὴς τοῦδ' οὖσα. Vulgo legitur μήτ' ἐνδεῶς, μήτ' ἀπολέσαιμι τὴν χάριν;

968. αἰνούμενοι γὰρ κ. τ. λ. Sententia proverbialis; cui fere similis est illa Orest. 1155. βάρος τι κἂν τῷδ' ἐστὶν, αἰνεῖσθαι λίαν. —τρόπον τινα, *quodammodo.* HOPFN.

972. ἔχει τι σχῆμα. Id est, *habet speciem,* vel *gratiam.*—κἂν ἄπωθεν ᾖ. Interpretor: *etiamsi genere propinquus non sit.* MUSGR.

982. ἀπαρθένευτα. *Quod virginem non decet.* Hesychius: ἀπαρθένευτα· οὐ πρέποντα παρθένοις. Σοφοκλῆς (quod corrigendum est,) Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. HOPFN.

985. σεμνά. Bonam in partem hic accipiendum est: vide ad Med. 219. Nec aliter Interpres. MUSGR. σεμνὸς et σεμνύνεσθαι alibi apud Euripidem adhibentur de *arrogantibus, superbis.* Sic supra, v. 890. HOPFN.

986. αἰδεῖσθαι. Legendum cum Marklando αἰτεῖσθαι, nisi malis ἄντεσθαι. MUSGR.

1002. Neque pro λόγους hoc versu malim legere φόβους cum Musgravio, neque κακοὺς, *(ignavos)* cum Marklando. Achilles dicit: *sed rationes* (graves, seu graviores ei a te oppositæ) *superabunt rationes ab ipso prolatas.* Καταπαλαίειν a palæstra est desumtum, omninoque adhibetur pro νικᾶν, ut verbum simplex Cyclop. 672. HOPFN.

1003. ψυχρά. Lat. *frigida:* pro *infirma.* Sic *calumnia* Ciceroni pro Cæc. 21. dicitur *frigida.* HOPFN.

1006. ἐπίθετ'. *Si enim, ut optas, persuasus fuerit, nihil est, quod tibi operam meam impertiam; quod tibi porro auxilio adsim.* HOPFN.

1022. Vulgo ἔστιν τάδ'. ἄρχε. Mallem, ἔσται τάδ'. *Hæc erunt:*

i. e. *ita faciam.* Sæpissime ita scribit. MARKL. Recte. Confert Porsonus supra v. 148. Iph. T. 1174. Troad. 87. Heraclid. 566. Helen. 744. 1075. 1262. 1294. Ion. 428. 446. Herc. F. 329. Elect. 655. Hec. 861. Orest. 1034. 1593. Phœn. 748. Med. 726. Alcest. 340. Supp. 189.

1023. δίκαιος ὢν κ. τ. λ. Cf. Ion. 1621.

1025. τίς ἄρ' ὑμέναιος, κ. τ. λ. Dolet videre hunc Chorum, omnium in Euripide, mea opinione, pulcherrimum et suavissimum, ipso initio tam fœde habitum. Ne te morer, lego et distinguo, Τίν' ἄρ' ὑμέναιος, διὰ λωτοῦ Λίβυος, Μετά τε φιλοχόρου κιθάρας, Συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμοεσσᾶν, Ἔστασεν ἰαχὰν, Ὅτ' ἀνὰ Πήλιον, κ. τ. λ. Chorus confert nuptias Thetidis et Pelei, cum his simulatis et funestis nuptiis filii eorum Achillis, et Iphigeniæ; et dissimilitudinem deflet. Constructio est: Τίνα ἄρα ἰαχὰν ὑμέναιος ἔστησε διὰ λωτοῦ Λίβυος—ὅτε αἱ Πιερίδες—ἦλθον εἰς γάμον Πηλέως—καθ' ὕλαν Πηλιάδα; Τίν' ἄρα, ut Helen. 336. Hoc loco ὑμέναιος potest esse Deus Hymenæus. Præpositiones διὰ, μετὰ, et ὑπὸ, ejusdem fere hic sunt significationis et exprimunt id quod Latini *per* tibiam, *cum* cithara, *sub* fistulis. Λωτοῦ male vertitur *fistula*, cum sit *tibia*; et συρίγγων æque male *tibiis* pro *fistulis*. De locutione ἔστησεν ἰαχὰν, adi dicta ad v. 775. Notam interrogationis, quæ erat post ἰαχὰν, posui infra post ὕλαν. Pro καλαμόεσσαν mallem καλαμοεσσῶν vel καλαμοεσσᾶν. Video jam Porto suboluisse de ἔστασεν pro ἔστασαν, et de Hymenæ ipersona. Non absimiliter incipit Act. V. Supplicum Nostri, Τί φέγγος, τίν' αἴγλαν, κ. τ. λ. v. 992. MARKL. Eodem modo legit et distinguit Musgravius.

1039. λοιβάν. Proprie *libamen* ex vino diis factum; jam nunc pro *vino*, vel *nectare*, ponitur, quod dii hauserunt. Homeri æmulus Euripides, qui dixit Iliad. A. 598. Ὠινοχόει, γλυκὺ Νέκταρ ἀπὸ κρατῆρος ἀφύσσων. BARNES.

1040. ἐν κρατήρων γυάλοις. Æmilius Portus γύαλα pro *poculis minoribus*, et κρατῆρας pro *grandioribus* satis auctoritative sumit, deceptus nimirum falsa lectione, quæ in multis exemplaribus obtinuit, ἐκ κρατήρων γυάλοις. Sed *Aldi* optima editio habet rectius ἐν κρατήρων γυάλοις, atque ita legebat Scapula in voce γύαλον, quare γύαλα κρατήρων nihil aliud est, quam periphrasis pro κρατῆρες. BARNES.

1044. κύκλια εἱλισσόμεναι. *In orbem tripudiantes.* BRODÆUS. πεντήκοντα κόραι. Nerinæ et Nereides dictæ quinquaginta filiæ Nerei, quarum multa nomina habet Homer. Iliad. Σ. 37. Omnia vero nomina Hesiodus enumerat Theogon. v. 242. Et hinc concludit hoc disticho: Αὗται μὲν Νηρῆος ἀμύμονος ἐξεγέ-

νοντο Κοῦραι πεντήκοντα, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαι. Vide Iphig. T. 264. Vide Natal. Com. Mytholog. VIII. 6. BARNES.

1047. θίασος. *Thiasus* proprie dicebatur *multitudo* et *pompa*, quæ Bacchum comitabatur. Vide Athenæum Lib. VIII. Sic Virg. Eclog. V. 30. Eurip. Bacch. 56. Eustathius ad Iliad. Δ. p. 465, 10. interpretatur θίασος per ὀργιάλος, hinc omnino est *quævis multitudo, chorus*, sive etiam *exercitus*. HOPFN.

1050. sqq. Hæc Pindaro videntur digna; quam brevissime potero, explicabo. Utrumque μέγα cum φῶς conjungo, sic ut Heathius, quocum deleo αἱ post Παῖδες, ob metrum. Παῖδες Θεσσαλαὶ sunt *Musæ, Pierides*. Mela, II. 3. *hic* (in Thessalia) *Musarum parens domusque, Pieria*. MARKL. Canticum Thessalidum, Phœbi et Chironis, cum verbis Chori confusum est. Ex persona Chori sunt δ' ἀνέκλαγον—Παῖδες αἱ Θεσσαλαὶ—Μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ Μουσᾶν τ' εἰδὼς—Χείρων ἐξωνόμασεν. Reliqua simul sumta carmen nuptiale efficiunt: Μέγα—ὦ Νηρηῒ κόρα—μέγα φῶς—γεννάσεις (i. e. *in lucem edes)*—ὃς ἥξει χθόνα et quæ sequuntur usque ad μακάριον. MUSGR.

1052. μουσᾶν τ' εἰδώς. Recte sic. Statius Achill. I. 118. 186. Marklando placet μοιρᾶν τ'. MUSGR. Sic τόξων εὖ εἰδὼς, Homero: *citharæ sciens*, Horatio: apud quem Epod. XIII. Chiron, utpote Deus, (Sophocl. Trachin. 727.) prædicit de Achille, quod et facit de Cyrene, Pindar. Pyth. IX. MARKL. Secundum Pindarum Isthm. VIII. 78. *Themis* vaticinatur Diis fata resque Achillis, antequam hic natus est, gestas. HOPFN.

1053. γεννάσεις. Dorice pro γεννήσεις, *gignes, paries:* quam significationem hujus verbi hoc loco, suggessit mihi, nisi fallit memoria, vir doctiss. Sam. Musgravius. Vulgo vertitur *generationes*. MARKL.

1054. ἐξωνόμασεν. Hic non significat *nomine vocavit*, sed *profatus est*. Confer Hom. Il. Ξ. 218. Ω. 286. Soph. Œd. Col. 298. Hesychius: ἔκ τ' ὀνόμαζε, καὶ ἔλεγεν. MUSGR.

1055. Voces λογχήρεσι—ἀσπισταῖσι parenthesi inclusi, ob nihil aliud nisi ut connexus pateret inter χθόνα et Πριάμοιο. MARKL.

1059. ὅπλων. Regitur a κεκορυθμένος. Sic λελουμένος Ὠκεανοῖο, Hom. Il. E. 6. Philostratus: στεφανοῦνται τῶν ἀνθέων, p. 694. Amasse hanc syntaxin videtur Aratus, apud quem habes: νεφέων εἰλυμμένον, ὄρεος κεκρυμμένος, νεφέων πεπιεσμένος. MUSGR. Arma vocantur Ἡφαιστοπόνα, ab Ἡφαίστῳ (Vulcano) *elaborata* seu *confecta*. Res est nota. Vulcanus ipse ab

antiquitate fertur arma Achillis confecisse. Vide Homer. Il. Σ. 468—607. Vetus erat multorum populorum et temporum opinio, Deos heroibus exhibere arma eximia ad res insignes peragendas. Unde Hercules quoque a diis accepisse dicitur arma, Apollodor. II. 5, 11. et Perseus galeam ab Orco, ad certamen cum Gorgone. Vide Hesiod. Scut. 227. Inter ista arma imprimis insigne erat *scutum*, de quo vide Homer. Il. Σ. 478. Arma ista ei dono dederat Thetis, unde h. l. vocantur δωρήματα ἔνδυτα Θετίδος. HOPFN.

1066. πρώτας. Thetidem vocat *primam* Nereida, hoc est omnium reliquarum principem; non autem has nuptias dicit primas, quas dii celebrarunt; Cadmi enim et Harmoniæ priores erant. Vide Phœniss. 822. BARNES.

1068. βαλιάν. Sc. μόσχον, *maculosam juvencam:* ut βαλιαὶ λύγκες, Alcest. 596. MARKL.

1070. ἀκήρατον. De vitula *intacta*, quæ cervicem nondum submisit jugo. Tales victimæ eligebantur ad sacrificium diis offerendum. In omnibus spectabatur τελειότης, i. e. victima nec debebat esse ægrota, nec alio quocunque modo vitiosum corpus habere. Vide Homer. Il. A. 66. Præterea debebat esse ἄζυξ, *indocilis ferre jugum.* HOPFN. Cf. Hom. Il. K. 293.

1073. ῥοιβδήσει. De cantu pastoris dicitur *insuavi, stridente.* HOPFN.

1075. Ἰναχίδαις. *Alicui ex Argivis:* ut εἰς φίλους, *ad aliquem ex amicis*, Iph. Taur. 59. Sic ἐξ Ἀτρειδῶν, hac Fab. 831. ὑπ' ἐκείνοις, *sub aliquo ex illis,* Lucian. Dial. Cyclop. et Nept. In seqq. vers. 1083, 1084. voces ἀγὼν et Θεῶν φθόνος sunt significationis admodum ambiguæ et incertæ. Θεῶν φθόνος sæpe significat, *Deorum ira;* et ἀγὼν, *periculum,* quemadmodum vertitur: sed et notare potest *discrimen, contentio,* &c. et φθόνος, *invidia, odium,* &c. MARKL. Vide ad Supp. 346.

1076. τὸ τᾶς αἰδοῦς. Τὸ τῆς τύχης, Alcest. 802. τὸ τῆς σαρκοφαγίας, Porphyr. de Abstinent. I. 51. MUSGR.

1079. τὸ ἄσεπτον. *Impietas.* Vide ad Orest. 1099.

1090. μνήμην δ' ἄρ' εἶχον κ. τ. λ. Hæc ita sunt explananda: *Jam venit Agamemnon, cujus modo feci mentionem, quem quærebam:—mox ostendet sese crudelem erga filiam.* HOPFN.

1099. Adstruitur πῦρ καθάρσιον χερῶν. Vide v. 1449. Helen. 869. Herc. Fur. 917. Καθάρσιον quoque conjicit Piersonus Verisim. I. 5. et Reiskius. MARKL. Vulgo καθάρειον ἐκ χερῶν.

1100. μόσχοι τε, κ. τ. λ. De sacrificiis, quæ ante nuptias

solebant offerri Dianæ, vide supra ad v. 423. πίπτειν bene de victimis, quæ immolantur. Hopfn.

1104. πατρός. Canterus πάρος, nulla necessitate. Ellipsis est præpositionis περὶ, cujus pluscula exempla dedit Lambertus Bos ad vocem. Musgr.

1105. Dubito an πάντως recte habeat. Totus locus ita forte legi et distingui potest, Χώρει δὲ, θύγατερ, ἐκτὸς, (οἶσθα γὰρ πατρὸς, vel πατὴρ, Πάνθ' ὅσα γε μέλλει) χ' ὑπὸ τοῖς, κ. τ. λ. Πάνθ' ὅσα γε μέλλει, *omnia quæ destinat*, sc. facere. Πάνθ' ὅσα ut Supplic. 1183. Markl. Ita etiam Musgravius.

1110. ἐρείδειν. Non est *infigere, firmiter fulcire;* sed simpliciter *collocare, ponere, admovere.* Vide Ernesti ad Callim. H. in Del. 120. 134. eundemque in Glossar. Polyb. Casaubon. ad Polyb. p. 146. Morum, præceptorem desideratissimum, ad Longin. p. 41. Sic quoque στηρίζειν explicandum est: Luc. ix. 45. ἐστήριξε τὸ πρόσωπον. Loesner.

1111. φεῦ. τίν' ἂν λάβοιμι κ. τ. λ. Sensum horum verborum nec Barnesium, nec Brumœum, vidisse monet Heath. Ipse reddit: *Quodnam meorum malorum exordium sumam? omnia enim æque ad manum sunt, ut iis utar vel primis, vel postremis, vel mediis,* in omni orationis meæ parte: i. e. Omnia æque enuntiari postulant, et æque priori, mediæ, vel extremæ, orationis meæ parti conveniunt. Similis locus Electr. 911. Beck. Conferas velim illud Homeri Odyss. I. 14. τί πρῶτον; τί δ' ἔπειτα; τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; Hopfn.

1120. κἀκεῖνό μοι. Præclare Codd. tres supplent: ἔχ' ἥσυχος, Κἀκεῖνό μοι τὸ πρῶτον, κ. τ. λ. unde patet quare κἀκεῖνο dicitur; quod mirum videbatur. Abrupta autem est oratio, qualiter fit in re inexspectata subito accidente; sæpe ita Sophocles. Markl.

1123. δαίμων τ' ἐμός. Observa Veteres bonum et malum genium statuisse, qui hominem comitaretur. Unde famulus in Androm. 98. στέῤῥον τε τὸν ἐμὸν δαίμον', ᾧ συνεζύγην, *gemo.* Hopfn.

1124. εἷς τριῶν δ'. Id est, *qui una nos omnes infelices reddit.* Hopfn.

1126. ὁ νοῦς ὅδ' αὑτὸς κ. τ. λ. Confert Porsonus Cic. ad Att. VII. 3. *Causam solum illa causa non habet; ceteris rebus abundat.*

1130. μὴ κάμνῃς λέγων. Solœcum est. Lege cum Porsono ad Hec. 1160. μὴ κάμῃς.

1131. Vulgo legitur sine interrogatione, τὸ γὰρ ἀναίσχυντόν με δεῖ, Ψευδῆ κ. τ. λ. Eamdem, quâ utitur Matthiæ, correc-

tionem dedit Censor eruditus in *Quart. Rev.* T. VII. p. 459. Anglice vertens: *Why should I add falsehood to my other evils?*

1137. Tantalus, qui nunc laudatur, Thyestæ erat filius, teste Pausania Corinth. 18. p. 60. 94. qui tamen adhuc dubitat, c. 22. utrum Thyestæ an Brontei filius fuerit. Secundum eundem primus erat Clytæmnestræ maritus, nisi sponsus, cumque eo procreavit Electram, Orestem, aliosque liberos; Iphigeniam autem, Thesei atque Helenæ filiam, ut Antoninus Liberalis c. 82. refert, Agamemnoni supposuisse dicitur. Ex aliis autem Agamemnon fuit pater Electræ, Iphigeniæ, et Orestis. Idem, Pausania IX. 40. observante, Ægisthum atque Thyestem e regno expulit, et hoc potitus est. Eustathius ad Iliad. Λ. hæc notat: κουρίδιον δὲ πόσιν τὸν Ἀγαμέμνονα τῇ Κλυταιμνήστρᾳ εἶναι, τουτέστιν, ἐξέτι κόρης οὔσης αὐτῆς, Ὁμήρῳ μὲν ἀρέσκει. Εὐριπίδης δὲ ἄλλως οἶδεν, ὅς προγαμηθεῖσαν αὐτὴν τῷ Ταντάλῳ γνωρίζει. Ignoravit igitur Eustathius istum, quem diximus, mythum. Ille, de quo h. l. sermo est, Tantalus nullo modo esse potuit pater Pelopis, quippe hic *avus* Agamemnonis fuit. Neque vero aliam genealogiam sequutus est noster, ut e v. 1220. et Iphigen. Taur. initio patet. Cf. supra v. 939. Hujus Tantali uxor erat Euryanassa: vide Schol. ad Nostri Orest. 5. ubi genealogia ejus narratur. Hopfn.

1138. Vulgo σῷ προσήρισας πάλῳ. Manifesta hujus loci depravatio, et nemini non Interpretum animadversa est. Pro προσούρισας satis apte Scaliger προσούδισας, quod genus crudelitatis non raro apud Veteres exercebant, quibus inhumanior natura erat. Vide Suidam in voce, et Psalm. cxxxvii. Non tamen temere προσήρισας ejecerim, quod significare certe potest: *vehementer versus aliquid, instar venti, impellens.* Pro πάλῳ alii πάτῳ, *semitæ*, legendum putant, alii πέδῳ *solo*. Musgr. Recte se habent, ni fallimur, προσούδισας et πέδῳ.

1144. οὗ. Sc. χρόνου; subint. ἐξ. Hopfn.

1151. Conf. cum his Æschyl. Ag. 1535. sqq. Hopfn.

1152. Lege τλήμονος. Redit ad μιᾶς. Reisk. Probante V. D. in Censura Trimestri, T. VII. p. 460.

1155. καλόν γε νῷ. Ita jam Editi recentiores, qua auctoritate, nescio. Ed. Ald. καλὸν γένος. Præstiterit fortasse νῷν in dativo. Musgr.

1157. ὠνούμεθα. Constructio claudicat. Lego ὠνουμένω, *redimentes*, dualiter: et ita conjecerat eruditus editor Hippolyti, Oxon. 1756. Τάχθιστα est ex conjectura virorum doctorum (post Brodæum) pro ταχθέντα. Markl.

1158. Optime emendat Censor Trimestris στρατεύσει, γενήσει, et in v. 1163. κάθωμαι, interrogatione ad sententiæ finem translata. Solœca sunt vulgata.

1164. ἀπώλεσέν σ', ὦ τέκνον κ. τ. λ. Brunck. ad Andr. 397. putat, hic multos esse versus transpositos. Igitur post χερὶ plene distinguit, et in fine ῥήσεως (v. 1195.) sequentes versus ponendos hoc ordine: Εἰ δ' εὖ λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς Τὴν σήν τε κἀμὴν παῖδα, καὶ σώφρων ἔσει. Μὴ δῆτα, πρὸς θεῶν, μήτ' ἀναγκάσῃς ἐμὲ Κακὴν γενέσθαι περὶ σὲ, μήτ' αὐτὸς γένῃ, Τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους· Ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἐνδεῖ μόνον, Ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ, χ' αἱ παῖδες αἱ λελειμμέναι, Δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών. Beck.

1166. καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους. Explicet qui potest, nisi πρὸς τοὺς δόμους sit idem quod τοῖς δόμοις, *familiæ tuæ*; cujusmodi multa esse verba scio, quæ dativum post se trahunt, vel accusativum cum præpositione πρός. Comparari potest τὴν αἰσχύνην τὴν πρὸς τὰς πολίτας, Herodot. Vit. Hom. c. 2. vel τὸν πρὸς τοὺς πολεμίους κίνδυνον, Lysiæ p. 17. denique τὴν τιμὴν πρὸς τοὺς ἄνδρας, Plutarchi in vita Numæ, p. 140. Ed. H. Steph. Musgr.

1167. προφάσεως ἔδει μόνον. Forte ἐνδεῖ, i. e. ἐνδεήσει, *opus erit*. Herodotus III. 57. in oraculo Siphniis dato: τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς, i. e. δεήσει: *tunc opus erit solerti viro*. Et ita Reiskius. Markl. Et ita Musgravius; recte proculdubio.

1169. δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών. Usitatum est Græcis auctoribus, post quodvis verbum, sive transitivum, sive minus, casum suum apponere, ut bis in hoc versu. Ita Supplic. 115. Οἶσθ', ἣν στρατείαν ἐστράτευσ' ὀλεθρίαν; et ibid v. 192. Κἀγὼ τὸν αὐτὸν τῷδέ σοι λόγον λέγω. Item Bacch. 913. Κρύψῃ σὺ κρύψιν, ἥν σε κρυφθῆναι χρεών. Item hujus Fab. v. 453. γάμους γήμας, et v. 457. γάμον γήμας ὁ Πριάμου Πάρις. Item Helen. Πείσαιμί γ'· ἀλλὰ τίνα φυγὴν φευξούμεθα; Sic Æschyl. in Prometh. Vinct. 383. Ἔα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν. ibid. v. 738. Γαμεῖν γάμον τοσοῦτον, ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ. Sic Aristoph. Plut. Λῆρον ληρεῖς· Ταῦτα γὰρ ἡμῖν πάνθ', ὅσα νῦν κατέλεξας, Οἱ θεράποντες μοχθήσουσι. Sic Xenophon libro de Polit. Athenien. circa principium: Γινώσκει γὰρ ὁ δῆμος, ὅτι πλείω ὠφελεῖται ἐν τῷ μὴ αὐτὸς ἄρχειν ταύτας τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' ἐᾷν τοὺς δυνατωτάτους ἄρχειν. Et in fine ibidem: Ὅπου ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἄρχων τὰς ἀρχάς. Sic χαίρειν χαρὰν, ut Matth. ii. 10. Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα. Sic apud Latinos: *Vivere vitam, servire servitutem, viam ire*, et similia. Barnes. Hoc δέχεσθαι non necessario referendum ad

cædem postea peractam: non enim existimem, Clytæmnestram jam tale facinus in animo habuisse. Sed hoc omnino ad tristitiam odiumque respicere potest, quo maritum, quem e bello reversum alias summa cum lætitia excepisset, post talem in suavissima filia cædem commissam, recipiet.—κακὴ, *impia erga maritum.* Hopfn.

1172. εἶεν· Θύσεις δὲ τὴν παῖδ'· κ. τ. λ. *Esto: supponamus igitur te statuisse* filiam *tuam* (nam σὴν, quod multo acerbius est, mallem) *mactare: quæso te, quas preces eo tempore concepturus es? Quidnam boni tibi precabere, tu qui occidis filiam tuam, tu qui profectionem* (νόστον) *improbam a domo profectus es?* Ita enim distinguendi sunt versus 1173, 1174. posito commate post τέκνον, et sublato isto post πονηρόν: [ut Ald.] quæ neglecta miras absurditates pepererunt. Sane hæc sunt animosissima, spiritus, indignationis, et justæ argumentationis plena, et fortissima Tyndaridarum digna. Inter præcipua Euripidis, in hoc genere, haberi possunt. Markl.

1177. εὖ φρονήσομεν; Hæc lectio si vera sit, dicet Clytæmnestra: *Necesse est, ut deos stultos putemus, siquidem Parricidis bene volumus.* Hoc ego quid ad stultitiam deorum faciat, non video. Neque jam de benevolentia Clytæmnestræ sermo erat, sed utrum bene Agamemnoni precari aut deberet, aut posset. Musgr. Qui conjecit εὔφρον' ᾄσομεν, ut εὔφρον' εἰπεῖν, *bene precari,* Æsch. Choëph. 86. Melius Valck. diatrib. p. 188. εὔφρονες γένοιντ'· scil. θεοί.

1178. προσπεσεῖ τέκνοισι σοῖς. *Amplecteris liberos tuos?* ut Electr. 572. Budæus hanc verbi significationem non notavit. Cum quarto et cum tertio casu ponitur; nonnunquam cum præpositione πρὸς, ut et observavit Priscianus, p. 1204. Markl. προσπίπτειν. *Inclinare corpus ad alterum.* Theophr. Char. II. 5. προσπ. πρὸς τὸ οὖς. Loesner.

1180. ὅτων ἄν. Ita tacite citat Porsonus ad Phœn. 1354. Vulgo ἐὰν αὐτῶν.

1181. ταῦτ' ἦλθον ἤδη διὰ λόγων· κ. τ. λ. *De his* scilicet inter nos *jam verbis convenit: an sceptris,* &c. Ita vertitur, sed non ex lingua. ἦλθον est primæ personæ, *veni;* ταῦτ' est εἰς ταῦτα, *ad hæc,* ut centies in Euripide post verbum motus: διὰ λόγων *per sermones,* i. e. oratione. Dicit Clytæmnestra: *Jam oratio mea devenit ad hæc,* quæ statim sequuntur, ἢ σκῆπτρα, &c. et quæ novum argumentum contra cædem Iphigeniæ constituunt. Idem dicitur v. 1371. Κἀπ' ἐκεῖν' ἔλθωμεν· Οὐ δεῖ, κ. τ. λ. Διαφέρειν σκῆπτρα pro φέρειν, ut διαφέρειν ψῆφον, pro φέρειν, Orest. 49. 1647. et Herodot. IV. 138. γλῶσσαν

διαφέρειν Sophocl. Trachin. 326. Markl. Locus nonnihil vexatus recte se habet, nisi quod interrogative legatur, aut ἦ in οὐ mutetur.

1190. παιδὸς ὑστερήσομαι. Attici dicunt στερήσομαι, vel ἀποστερήσομαι: quod et hic restituendum opinor, παῖδ' ἀποστερήσομαι. Notat Priscianus, lib. 18. [p. 1168.] Græcos dicere ἀποστερούμενοι τοῦτο καὶ τούτου. et ita iterum, p. 1176. ubi videtur oblitus se eadem prius dixisse. [Alia leguntur utroque loco ed. Ald.] Exempla verbi ἀποστερεῖσθαι cum accusativo ubique occurrunt. Quid sit ὑστερεῖσθαι vide ap. Bezam ad Rom. iii. 23. Markl. Legendum forte παῖδα σοὶ στερήσομαι. De syntaxi confer Bacch. 1324. Musgr.

1191. ὑπότροφον. Lego ὑπότροπον, *reducem*. Hesychius: ὑπότροπος· ἐξαποστροφῆς. forte, ἐξ ὑποστροφῆς, quemadmodum brevia Schol. in Homer. Il. Z. 367. Suidas: ὑπότροπος· ἐξ ὑποστροφῆς ἐπανεληλυθώς. Vide Demosth. De Coron. p. 94. ed. Oxon. Sophocl. Elect. 727. Per νεανίδα intelligitur Hermione, Helenæ et Menelai filia. Legit Heathius ὑπότροπος et de Helena intelligit. Markl. Tyrwhitto placet ἀπότροφον, *procul* (a matre) *nutritam*. Hesychius: ἀπότροφος· μακρὰν τεθραμμένος. Herodot. Lib. II. p. 71. Ed. H. Steph. τὸν Ἄρεα ἀπότροφον γενόμενον. Credo hoc viro acutissimo inde in mentem venisse, quia revera ἀπότροφος erat Hermione, decem continuos annos a matre sejuncta. Verum nihil tale sperabat Clytæmnestra, sed contra, eam illico domum redituram, et filiæ educandæ iterum adfuturam. Præstat igitur, meo judicio, ὑπότροφον. Musgr.

1192. Σπάρτῃ κομίζουσα. Ἀντὶ τοῦ, εἰς Σπάρτην. Sic Virg. Æn. Lib. V. 451. *It clamor cœlo*, pro, *in cœlum*. Item Æn. Lib. X. 682. *Fluctibus an jaciat mediis*, pro, *in medios fluctus*. Item Æn. Lib. XII. 256. *Projecit fluvio prædam*, pro, *in fluvium*. Æmil. Port.

1197. ἀντείποι. Demosthenes inseruisset ἄν. Adv. Leptin. p. 36. ed. Tayl. οὐδεὶς ἂν ἀντείποι. vide v. 1009. Markl. Addit V. D. Cens. Trim. T. VII. p. 460. *neque omisisset Euripides;* ideoque emendat ἀντερεῖ. Cf. Hipp. 402. Alcest. 631.

1198. εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως κ. τ. λ. Vide Alcest. 984. Item Ovid. Metam. X. 86. XI. 1. De Orpheo præterea consulenda sunt Argonautica, quotquot exstant; ut illud Onomacriti, ipsius Orphei nomine circumlatum; item Apollonii Rhodii, et Valerii Flacci; item videsis Philostrati junioris Iconas in Orpheo. De quo Ovid. Fast. Lib. II. *Carmine currentes ille tenebat aquas*. Manilius autem, Lib. V. Astronom. hæc ait: *Et*

sensus scopulis et sylvis addidit aures, Et Diti lacrymas, et morti denique finem. Barnes.

1199. Constructio est: ὥστε πείθειν ἐπᾴδουσα πέτρας ὁμαρτεῖν μοι. Musgr.

1203. ἱκετηρίαν δὲ κ. τ. λ. De hac re videsis, quæ nos ad Supplic. 10. Vult autem infelix puella, ut pater æque illam revereatur, quasi supplicibus ramis esset ornata. Barnes.

1206. Vulgo βλέπειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆς. Plutarch. de audiend. Poet. p. 17. C. habet λεύσσειν, et ὑπὸ γῆν. utrumvis probum. Verba, ἡδὺ—βλέπειν, in parenthesi non male poni possunt, ob ceterorum connexionem, μὴ ἀπολέσῃς—μηδὲ ἀναγκάσῃς. Markl. Porsonus in Advers. p. 255. omnino legendum censet λεύσσειν, cujus scholium βλέπειν esse patebit e Schol. ad Æsch. Prom. 144. De formula φῶς λεύσσειν, pro *vivere*, cf. Phœn. 1084. 1547. et centies alibi apud Tragicos.

1207. πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα, κ. τ. λ. Hunc locum sic adumbravit nobis Lucretius: I. 94. *Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat, Quod patrio princeps donarat nomine regem.* De quibus vide Dionysii Lambini Commentarios et Paul. Leopardi Emendat. V. 24. ante omnia Jacobi Nicolai Loensis Miscell. Epiphyll. III. 18. Barnes.

1211. Vulgo εὐδαίμονος ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν. Legeram εὐδαίμοσ', sc. ἐν δόμοισιν: et, εὐδαιμονοῦντος ἐν δόμοισιν, ut vulgata esset ab explicatione subscripta. Sed melius Piersonus Verisimil. p. 65. εὐδαίμον' ἀνδρὸς, i. e. σε εὐδαίμονα. Markl. Legit Porsonus; ἐν ὀλβίου δόμοισιν ἀνδρὸς ὄψομαι.

1217. ἀποδιδοῦσα πόνων. Valet hic ἀποδιδοῦσα ἀντὶ πόνων. Sic χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο, Hom. Odyss. XII. 326. in quo eadem ellipsis est. Musgr. τροφαὶ πόνων τιθηνοὶ sunt *alimenta ærumnarum senilium sustentacula.* quæ instar nutricis seniles ærumnas curant. Reisk. Homeri θρεπτήρια assequi vult Poëta. Barnes. Cf. Il. Δ. 478. P. 301.

1226. ἀλλά. *Saltem.*

1229. σὺν δάκρυσιν ἱκέτης γίγνου πατρός. Heathius, δάκρυσ' ἱκέτης. Sed omnes Codices habent [συνδάκρυσον] ἱκέτευσον. unde forte legendum est πάρος: quia ἱκέτευσον πατρὸς a Græcis ignoratur: et probabile videtur voces ἱκέτης γίγνου scriptas fuisse supra ἱκέτευσον, et postea πατρὸς subditum esse loco πάρος. Markl. ἱκέτευσον τάδε conjicit Gaisfordius.

1236. πάντα λόγον. Non regitur a νικήσω, quod Canterus putabat, sed a συντεμοῦσα. Hecub. 1156. ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω. Neque dicere solent Græci ἕν τι συντέμνειν, sed πολλά τινα συντέμνειν. Pro νικήσω forte verum fuerit κινήσω.—

ἓν κινήσω, *unum adhuc experiar:* συντεμοῦσα πάντα λόγον, *totum sermonem contrahens.* MUSGR. ἓν συντέμνειν cur non dicatur? Unum grave et maximi ponderis argumentum proferre. Neque enim dicunt πολλά τινα συντέμνειν. Sed simpliciter τὸν λόγον συντέμνειν est ἓν συντόμως λέγειν. Philo Nom. mut. p. 1061. ἓν μὲν δὴ τοῦτο ἐδηλοῦτο. Νικᾷν λόγον est *finire sermonem.* LOESNER. Canterus etiam κινήσω vult, monente Porsono.

1238. Vulgo τὰ νέρθε δ' οὐδείς. Scil. ἥδεται βλέπων. Sed Stobæus Tit. 118. habet, Τὸ νέρθεν οὐδέν· et ex eo Heathius. Bene οὐδὲν de *mortuis.* Alcest. 393. Electr. 1172. Troad. 637. Verum videtur, Τὰ νέρθε δ' οὐδὲν, i. e. *Mortui vero nihil sunt.* MARKL.

1243. Vulgo φιλῶν ἐμαυτοῦ τέκνα. Mallem, φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα. Similis locus Helen. 999. φιλῶ τ' ἐμαυτὴν, κ. τ. λ. Herc. Fur. 277. Ἐγὼ φιλῶ μὲν τέκνα. Hippol. 314. φιλῶ τέκνα. MARKL.

1246. ναύφρακτον. Id est, ναυτικόν. Proprie ναύφρακτος est *munitus in navi,* seu *classe instructus;* a φράττειν *munire:* unde Schol. Aristoph. Equit. 564. ναυφράκτῳ στρατῷ interpretatur τῷ συμπεφραγμένῳ καὶ συντεταγμένῳ ναυτικῷ. HOPFN.

1250. Vulgo καινὸν βάθρον. Scalig. κενόν. Barnesius omnino manere vult καινόν. Lego κλεινὸν, quod est frequentissimum Trojæ epitheton: sic v. 1056. Troad. 25. 1272. Helen. 105. et multis aliis locis. Valckenærius quoque ita emendat ad Phœniss. 1746. et Reiskius. Hic autem versus præcedenti bene præponi potest, et forte debet. MARKL.

1251. Ἀφροδίτη. In hoc loco est appellativum, et *vehemens desiderium* denotat; eo quod Veneris stimuli plerumque sint acerrimi. Schol. Ἀφροδίτη· ἁπλῶς ἐπιθυμία. BARNES.

1253. Legendum Ἑλληνικῶν monet V. D. in Censura Trimestri, T. VII. p. 460.

1254. κτείνουσι. Viri docti κτενοῦσι, probabiliter. Vide v. 523. 525. MARKL.

1257. τὸ βουλόμενον. Αντὶ τοῦ βούλημά, βούλησιν, τὴν γνώμην. Vide supra v. 33. ÆMIL. PORTUS. Plutarchus in Artaxerxe: p. 1875. Ed. Steph. λεία γάρ τις ἡ πορεία καὶ κατάντης ἐπὶ τὸ βουλόμενον. Lucian. in Ἔρωτες: ἀκρίτῳ φορᾷ πρὸς τὸ βουλόμενον ἄγων. MUSGR.

1258. ἀλλ' Ἑλλάς. Repetendum ex præcedentibus καταδεδούλωταί με. MUSGR.

1259. τούτου. Sc. πράγματος, sc. τοῦ θῦσαί σε. *Hoc ego non possum vincere; huic rei debeo obedire.* καθέσταμεν. ἔσμεν. HOPFN.

1261. *βαρβάροις ὑπό.* Usitatior constructio est *βαρβάρων ὑπό.* Musgr.

1266. Porsonus delet *γὰρ*, et legit *ταὐτόν.*

1268. *οὐκέτι μοι φῶς, κ. τ. λ.* Formula illa, *lucem solis non amplius adspicere*, pro *mori*, satis est apud Tragicos trita. Sic supra vv. 1205. 1237. *βλέπειν φῶς* occurrebat. Eodem redit phrasis *τὸ φέγγος ἀελίου βλέπειν* pro *vivere*. Cf. Hecub. 248. Sic *φέγγος θεῶ εἰσορᾶν*, Orest. 1018. item *ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόπτεσθαι*, Hecub. 409. Hopfn.

1273. *Πάριν, ὃς Ἰδαῖος ἐλέγετ'.* Ex hoc loco videtur nomen Paridis, dum in Ida monte educabatur, *Idæus* fuisse; ita nempe illum vocabant Phryges, qui Priami filium ignorabant. Sed hoc non ausim affirmare, cum nemo veterum id dicat. De Hecubæ vero somnio, deque illius pueri in Ida monte expositione, deque ejus circa tres deas judicio, vide Daretem Phrygium et Coluthum, in poëmate de Raptu Helenæ. Barnes.

1282. *ῥοδόεντ' ἄνθεα.* *Rosæ.* Ἄνθεσι et ἄνθεα, tam prope posita, suspecta esse possent in alio scriptore. Markl.

1290. In oppositionibus nunquam non præcedit ea pars, quæ *μὲν* conjunctum habet. Legendum igitur: *Δαναΐδαισιν ὄνομα μὲν Φέροντ', ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὦ κόραι.* Musgr. Et ita Brunckius ad Androm. 293.

1292. *πρόθυμα.* Etymologia docet esse id, quod *ante* sacrificium victimarum offeratur. Nimirum solebant diis, antequam victimam immolarent, thus atque placentas e farre et farina aut melle subactas, (*ψαιστὰ, πόπανα, πελάνους*,) offerre, quæ instar præludii sacrificii erant. Schol. ad Aristoph. Plut. 660. *προθύματα σημαίνει τὰ προκατάρχματα, ἢ τὰ πρὸ τῆς θυσίας γενόμενα θυμιάματα, ἢ πλακοῦντα.* Vide Casaubon. ad l. c. Hopfn.

1297. *δυσελέναν.* *Infaustam Helenam:* ut Homerus dicit *Πάρις δύσπαρις.* Alibi Homero Paris dicitur *Αἰνόπαρις.* Vide Eustath. ad Hom. p. 379. C. ed. Rom. Hopfn.

1300. *χαλκεμβολάδων.* Ita dicuntur naves *æreis rostris instructæ; ἔμβολον* enim erat *rostrum*, e ligno quidem confectum, sed ære tectum, quod a Diodoro vocatur *χάλκωμα νεῶν.* Quantum equidem scio, eo tempore, de quo hic sermo est, rostra navium incognita erant. Homerus nil de iis. Piseus ex Italia oriundus primus ea invenisse dicitur. Vide Plin. Histor. Nat. VII. 56. Quare Euripidem ad sua tempora respexisse existimandum, quod et alibi observare licuit. Hopfn. Post v. 1301. in omnibus edd. sequitur alter, quem

in Matthiæana nostra Typographus forsan omisit; τούσδ' εἰς ὅρμους, εἰς Τροίαν. Heathius εἰς Τροίαν a seq. πομπαίαν pendere monens reddit: *in hos portus classem Trojam versus destinatam;* ita ut ἐλάταν πομπαίαν ad v. πρύμνας per appositionem referatur.

1304. πομπάν. Idem valet, quod ἄνεμον. Vide supra v. 352. MUSGR.

1306. χαίρειν. Si vera est lectio, ponitur pro χαρμονάν; estque constructio: μειλίσσων αὔραν ἄλλαν ἄλλοις θνατῶν λαίφεσι χαρμονάν, τοῖς δὲ λύπαν, τοῖς δὲ ἀνάγκαν. MUSGR. Hæc sententia, Jovem solitum aliis læta, aliis prospera largiri, hos secundis ventis provehere, illos adversis morari, atque has rerum vices perpetuo quodam successu alternatim ire et redire, sæpius apud Veteres Poëtas, imprimis Tragicos, legitur. Vide Pindarum Pyth. III. atque Sophocl. Trachin. 126. sqq. et 135. sq. HOPFN.

1311. ἁμερίων. Quod ἡμέριοι et ἐφήμεροι dicantur *homines*, vide ad Phœniss. 129. Sic Oppian. Halieut. l. 2. ἡμερίων δειλὸν γένος. Sic Neophron in Scholiis ad Medeæ v. 1384. Διδάξεις δὲ τοὺς ἄλλους μυρίους ἐφημέρους. Sic Gregor. Nazianz. Θεῶν ὅρον ἡμερίων τε. BARNES. Hi versus male vulgo cum interrogatione leguntur: quæ tamen post ἀνευρεῖν est retinenda.

1312. δύσποτμον. Id est, τὸ δύσποτμον. Hic sensus: *Cum adeo omnes mortales calamitatibus circumfundantur, quid opus est, ut insuper nos etiam nobis accumulemus mala* αὐθαίρετα. BARNES.

1314. Τυνδαρὶς κόρη. Sententia per se absoluta est, qualis illa Iph. Taur. 771. Ὦ ῥᾳδίοις ὅρκοισι περιβαλοῦσά με! ubi vide. MARKL.

1322. Vulgo πρὸς τὰ νῦν πεπραγμένα. Bene: ut Æschyl. Pers. 803. Sed cum Codd. duo habeant πεπτωκότα, ita edidi, ut Hippol. 713. Electr. 644. Plutarch. ad Apollon. p. 112. E. unde patebit metaphora. MARKL. Sensus est: *non in eo statu es, qui pudorem hunc delicatum postulet.* MUSGR. Vide ad Hippol. loc. cit. Terentii locus, ibi citatus, est Adelph. IV. 9. 21.

1323. δυνώμεθα. Subintell. *aliquid efficere, ut vita tua servetur.* HOPFN. οὐ σεμνότητος ἔργον. Similis locus Phœniss. 1265. Οὐκ ἐν χορείαις, οὐδὲ παρθενεύμασιν. Et v. 1276. α. Αἰδούμεθ' ὄχλον. β. Οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά. BARNES.

1326. λόγον. Bene Marklandus λόγου, vel λόγων, conferens Phœniss. 1336. Ion. 753. Herc. Fur. 532. MUSGR.

1331. Μυρμιδόνων. Achillis socii et milites dicti erant Myrmidones. Gens erat ex Ægina oriunda, quæ Peleum in Thessaliam secuta est; dicti sunt in Ægina per Æaci preces ex formicis homines evasisse, unde et nomen illis; vel, ut alii, ex Myrmidone, Jovis filio. Vide Eustath. in Hom. p. 76, 38. et p. 320, 42. Item Ovid. Metam. Lib. VII. Fab. 22. Barnes.

1334. Recte Barnesius rejicit Scaligeri conjecturam εἶναι pro εὐνὴν, quod significat *uxorem* Hippol. 880. Sophocl. Antig. 1238. ut εὐνὶς, εὐνετὶς, et λέκτρον. Markl.

1335. ἥν ἐφήμισεν πατήρ μοι. Hic simpliciter φημίζω, quod significat *dico*, sumitur pro *polliceor*. Barnes. Vide infra ad v. 130.

1341. ἆρ' ὁ Σισύφου γόνος; De hac re vide quæ nos supra ad v. 514. Barnes.

1343. πονηράν γ' αἵρεσιν, μιαιφονεῖν. Sic distinguendum. Constructio est αἱρεθεὶς πονηράν γε αἵρεσιν, (ὥστε, vel εἰς τὸ) μιαιφονεῖν. *Malam sane electionem electus, ut homicidium perpetret.* Markl.

1345. ξάνθης ἐθείρης. Sc. ἁρπάσας. Hopfn.

1347. Vulgo εἰς τοῦτό τ' ἥξει. Malim εἰς ταὐτό γ' ἥξει, *eodem res recidet*. Sic εἰς ταὐτὸν ἥξεις, Hippol. 272. ubi Scholiastes ἥκει. Quod si retinetur τοῦτο, de cæde Iphigeniæ explicandum erit. Barnesio tamen judice, vel manum supra capulum ponens hæc ait, vel socios milites respectans. Musgr.

1349. καρτερεῖν. Non hic significat *sustinere*, sed *contra nitentem perseverare*. Heath.

1350. δίκαιον. Scil. ἐστι. Ad προθυμίας subaudiendum ἕνεκα.

1351. μὴ διαβληθῇς. *Ne apud exercitum in suspicionem incurras; male audias.* Heathius reddit: *ne cum exercitu committare, ne inimica exercitui reddare.* Hopfn.

1353. De usu v. εἰσέρχεσθαι vide supra ad v. 57. Inprimis hic conferendus est v. 482. Hopfn.

1354. κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται. Liceat hic paullum evagari, modo ne extra oleas. Aristoteles Poëtic. cap. XV. *de moribus Personarum in Tragœdia,* quatuor res circa eos exigit; quarum quarta est τὸ ὁμαλὸν, *æquabilitas,* sive constans sibi similitudo qualis ab incepto processerat; et exemplum contrarii, sive τοῦ ἀνωμάλου, *inæquabilitatis,* profert hanc Iphigeniam Euripidis: οὐδὲν γὰρ (inquit) ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα τῇ ὑστέρᾳ· *ea enim supplicans, nihil similis est ei quæ postea fuit.* Verum dicit. Sed et eandem rem in cæteris hujus dramatis personis, excepta Clytæmnestra, observare potuisset. Singulas sis-

tamus, posthabito Nuncio, quia ejus est nihil præter *narrare:* —Agamemnonis et Menelai subita animi et partium invicem mutatio, nulla nova existente vel apparente caussa vera, æque ἀνώμαλος consideranti apparebit, ac ista Iphigeniæ fuit:—Achilles, qui quidvis pati vel facere paratus erat ut puellam servaret, mox Ipse in ejusdem *sacrificio* primas partes agit: —Chorus, qui tam suaviter et miserabiliter sortem Iphigeniæ defleverat ad finem Actus Quarti, postea cædem jam certam æquo animo fert, neque adhuc δεινοπαθεῖ, et promittit ei *gloriam immortalem*, v. 1479. et Dianam celebrat ob ejus mortem, *tanquam* ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ, *ob eventum fortunatum:*—Ipse Famulus senex qui se ἀγαθὸν et πιστὸν Agamemnoni jactaverat, v. 45. mentem postea mutat, Agamemnonem prodit, et consilia ejus Clytæmnestræ enarrat:—Sola Clytemnestra immutabilis manet. Hoc enim historiæ fides, et cædes Agamemnonis, hujus sacrificii prætextu ab illa postea perpetrata, postulabat. His rebus observatis, jam forte elucescet mens et propositum sapientissimi poëtæ in hoc dramate: nempe, ut (præter mala ambitionis) humani animi levitatem, et τὸ εὐμετάβλητον, et inconstantiam in consiliis suis, per tot instabiles dramatis personas repræsentaret. Quam instabilitatem, ita exhibitam, laudi potius quam vitio, cum Aristotele, vertendam duxerim. Non enim aliter propositum suum assequi potuit scriptor: et licet personæ sint ἀνώμαλοι, (id ipsum quod voluit, et necessarium erat) poëta tamen in iis describendis servat τὸ ὁμαλόν. Equidem πρᾶξιν Euripidis, quam κρίσιν Aristotelis, in hac re sequi mallem; et mirari subiret, ἀγχίνοιαν ejus fugisse hoc, quod aliis obvium videtur, nisi scirem, *Nos omnes æque esse Homines.* Nihil dico de odio politico in Argivos et Lacedæmonios, sub personis Agamemnonis et Menelai: quod tamen non dubito quin noster Atheniensis animo haberet infixum, cum hanc fabulam composuit. MARKL. Addit Koehl. hic subitam mutationem Iphigeniæ esse admodum naturæ congruam; vidisse enim illam Achillis periculum, nec ullam sibi spem vitæ superesse; maluisse igitur sponte, quam vi coactam, immolari. BECK.

1355. δυσγενές. Ita MS. Legendum δυσχερὲς, *id quod res molesti habet.* MUSGR.

1357. ἡ μεγίστη. Pro ἡ μεγάλη. Superlativus pro positivo. Hesychius: μεγίστην, μεγάλην. MUSGR.

1358. κἂν ἐμοί. Scil. κεῖται. Vide ad Phœn. 1250.

1361. Non satis commode Helenæ ablatio Ἑλένης ὄλεθρος dicitur. Caudam deinde trahit sequens comma ἥντιν' ἥρπασεν

Πάρις. Utrique vitio medebimur, legendo: τό γ' Ἑλλήνας τίσαντας, ὄλεθρος ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις.—ὄλεθρος pro ὀλέθριος, ut sæpe apud Demosthenem. MUSGR.

1364. καὶ γὰρ οὐδὲ κ. τ. λ. De hoc versu, et infra v. 1370. vide Porsoni Suppl. Præf. ad Hec. p. 43.

1365. πᾶσι γάρ μ' Ἕλλησι κ. τ. λ. Huc refer illud *Nemo sibi nascitur:* et illud, *Non sibi, sed patriæ.* BARNES.

1371. διὰ μάχης μολεῖν Ἀργείοις. Phrasis pæne eadem sequitur, v. 1393. Δαναΐδαισι διὰ μάχης ἐλθών. BARNES. Vide ad Phœn. 479. τόνδε. Scil. *Achillem.*

1377. μνημεῖά μου. Scil. ἔσται.

1387. ὅ σου κρατεῖ. Si retinendum sit ὅ, subintellige τὸ Θεῖον, petendum ex verbo θεομαχεῖν: sin ὅς legendum, ex eodem verbo pete Θεός. Versu proxime sequenti, scribe τἀναγκαῖά γε, *quæ necessaria saltem sunt.* MARKL. Vulgo τά τ' ἀναγκαῖά γε.—τἀναγκαῖά τε Porsonus.

1396. Vulgo διὰ τὸ σῶμ' ἄρχει. Conjeceram ἄρχοι: sed multo melius Hardio ἀρκεῖ (citatus Heathio) Hist. Acad. Gallic. Inscrip. T. IV. p. 296. ἀρκεῖ τιθεῖσα μάχας, *sufficit effecisse bella Helenam.* Antig. 553. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ: *satis erit* (sufficiet) *si ego moriar.* MARKL. Probante Musgravio. Cf. etiam Supp. 511.

1405. ὅπλα. Haud dubie h. l. de *armatis militibus* intelligendum, quos secum ducebat Achilles. Vide supra v. 1317. et 1338. Sic quoque, v. 1410. accipiendum est. HOPFN.

1411. καραδοκήσω σὴν ἐκεῖ παρουσίαν. His dictis exit Achilles, cum Armigeris suis sociis et servis, quasi ad altare. Manent Clytæmnestra cum Filia et Choro. BARNES.

1414. Pro vulgata lectione παῦσαί με, μὴ κάκιζε, recepi eam, quam Reiskius, Heathius, Battierius atque Marklandus jam probarunt. *Compesce te: ne me timidam reddas.* Etiam Dorvillius ad Chariton. p. 91. vocem μὴ transpositam esse censebat atque vertebat: *cessa, desine, ne me emollias.* Κακίζειν, i. q. μικροψυχεῖν. Sic Med. 1235. Electr. 986. Alibi vero, i. q. ἐξονειδίζειν. HOPFN. De propria hujus verbi significatione confert Porsonus Herodot. III. 145. ὡς δὲ ἄχθη τάχιστα, λοιδορέων τε καὶ κακίζων μιν, ἀνέπειθε. Plato Phædr. p. 205, 43. ἐλοιδόρησεν ὀργῇ πολλὰ κακίζων τόν τε ἡνίοχον καὶ τὸν ὁμόζυγα.

1415. ἀδικήσει. Probabiliter Canterus ἀτυχήσεις. Sic ἀτυχῆσαι est *voto excidere,* Herodot. IX. 110. MUSGR.

1416. πλόκαμον ἐκτέμῃς. De hoc more conf. Electr. 148. 183. 239. Æsch. Choëph. init. Soph. Electr. 50. HOPFN.

1417. μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους. De nigris vestibus in funeribus, vide Joh. Kirchmann. de Funer. Roman. II. 17. Barnes.

1422. τί δαί. Haud dubio legendum τί δή; vide ad Med. 1001. Graviore tamen vulnere hunc locum affici putat Gaisfordius.

1427. ἐξάψῃ. Reiskius ἐξάψῃς, nempe quia aliam vestienti vox activa melius conveniat. Musgr.

1434. δραμεῖν ἀγῶνας. Hic locum habet quoque Hebr. xii. 1. δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. Loesner. Hic Poëta semina illius mali sparsa innuit, quod et Clytæmnestræ castitatem abstulit, et Agamemnonis vitam: de quibus idem fusius in Electra, in Oreste, et in altera Iphigenia; sicut Sophocles in Electra, et Æschylus demum in Agamemnone, et in Choëphoris, et in Eumenidibus; ubi Agamemnonem post reditum ex Troja ab uxore adultera occisum constat; unde Orestes Patris necem per matris occisionem vindicavit. Barnes. δεῖ κεῖνον legit Porsonus in Suppl. Præf. Hec. p. 35.

1437. σπαράξεσθαι κόμας. *Antequam comæ lacerentur,* i. e. antequam aliquis vi me abripiat. Hopfn.

1438. μή σύ γ'. Vide ad Hec. 405.

1447. Ἄρτεμιν. Appositivum est ad Παιᾶνα seu hymnum. Hymnus vester sit Diana. In v. 1449. sustuli distinctionem post πῦρ.—προχύταις καθαρσίοισι, est *propter molas salsas lustrales,* i. e. ut mola salsa in ignem, seu victimam ardentem, conjiciatur: vide v. 1099. Sic δινευούσαις ἵπποις, *propter equas currentes,* Iph. Taur. 184. Markl. Per Διὸς κόρην Ἄρτεμιν intelligendus hymnus, sive Pæan in Dianam, qui ab istis verbis inchoabat. Toup. Cur. Post. in Theocrit. XV. 98. p. 29. Porson. In Advers. p. 257. De voce συμφορὰ vide ad Suppl. 611.

1448. εὐφημία. Vox præconis εὐφημεῖν jubentis. Aristoph. Acharn. 237. Musgr.

1449. κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις. Vide supra v. 425.

1450. προχύταις καθαρσίοισι. Vide supra ad v. 1099. 944. Barnes.

1451. ἐνδεξιούσθω. *Teneat dextra.* Hopfn.

1455. στέφεα περίβολα, κ. τ. λ. Coronas innuit, sive infulas, quibus victimarum capita coronabant: de qua re Lucretius, I. 88. *Cui* (Iphigeniæ) *simul* infula, *virgineos circumdata comtus, Ex utraque pari Malarum parte profusa est,* &c. Vide infra v. 1487. Barnes. καταστέφειν est, εἰς τὸ καταστέ-

ϕειν, *ut coronetis, ad coronandum.* De sequentibus vide v. 1545. Markl.

1458. Ἄρτεμιν ἑλίσσειν est *choreis circuire Dianæ simulacrum.* Dicitur autem, ut ἑλίξειν Λατοῦς γόνον, Herc. Fur. 677. et ἑλίξαι βωμὸν, Callim. Hymn. in Delum, v. 321. Petronius Arbiter: *ter orantem Circa delubrum gressum feret ebria Pubes.* Musgr.

1464. ὡς δάκρυα. Forte ὧς, *sic*, id est, quemadmodum nunc facimus: ut hæc loquatur Chorus lacrymans. Markl. In sacrificiis lacrymare nefas habebatur. Omninoque in sacris, Cereris præcipue, (vide Liv. XXXIV. 6. XXII. 56.) omnis tristitia removenda erat. Quare etiam Theseus in Eurip. Suppl. 287. matrem vetat flere, dum assideret aris Cereris. Hopfn.

1469. Χαλκίδος ἀντίπορον. Dianam vocat Χαλκίδος ἀντίπορον, quod Euripi secessus adversos Chalcidi colat et frequentet. Est enim Chalcis urbs Eubœæ insulæ in mari Ægæo, opposita Aulidi, quæ civitas Bœotiæ. Scribit Callimachus, Aulidis Portus adamatos Dianæ fuisse, Hymn. Dian. v. 188. Barnes. Vide supra ad v. 10.

1471. τᾶς γ' Αὐλίδος. Correxeram Τᾶσδ', *hujusce*, ex v. 82. 1301. Confirmant Aldina, et Codd. A. B. et Reiskius. Markl.

1474. Hesychius: θεράπναι, αὐλῶνες, σταθμοί. Nicander in Theriacis: Κελέοιο θεράπναις, ubi Scholiastes: τὸ δὲ θεράπναις, ἤτοι θεραπαίναις, ἢ τόποις πρὸς ξενίαν ἐπιτηδείοις. Confer Orph. Argon. 204. 948. 1206. Nostrum Troad. 215. Bacch. 1032. Herc. Fur. 367. Cantero quoque et Scaligero placet θεράπναι. Musgr. Vulgo θεράπαιναι. Similis error est in Hec. 477.

1475. πόλισμα Περσέως. Mycenas Perseus condidit, uti Brodæus ait; unde Pausanias Corinthiac. p. 58, 6. Καὶ ὅτι μὲν Περσεὺς ἐγένετο Μυκηνῶν οἰκιστὴς, ἴσασιν Ἕλληνες, κ. τ. λ. Præterea Perseus avo suo, Acrisio, in regno Argivorum successit. Barnes. Vide Apollod. II. 2. 1. IV. 4. Hyg. f. 64. Schol. Apollon. IV. 154. Pindar. II. 16. Hopfn.

1476. Κυκλωπίων πόνον χερῶν; Vide supra ad v. 151.

1478. θανοῦσα. Id est, θανεῖν. *Non recuso mori;* quia nimirum magnam apud posteritatem famam mihi comparabo. Sic Æschyl. Agam. 594. νικώμενος ἀναίνομαι. Hopfn.

1484. Χαῖρέ μοι, φίλον φάος. *Vale, carum lumen.* Vide Erasmum in hoc Adagio. φάος, *lux, vita.* Hinc Virgil. *O Luce ma-*

gis dilecta; i. e. *vita*, vel etiam *oculis*. Barnes. Paulo supra v. 1477. φάος est *salus;* ut sæpius apud Homerum.

1486. Ἰὼ, ἰὼ, ἴδεσθε κ. τ. λ. Jam abeuntem Iphigeniam Chorus prosequitur carmine Προπεμπτικῷ, quod precibus ad Dianam deliniendam claudit. Barnes.

1489. παγαῖς. In Codd. duobus παγὰς superscripta est. Quæ διόρθωσις omnino vera mihi videtur: nempe, ἐπιβαλλομέναν κάρα στέφη, παγάς τε χερνίβων· *postquam habuerit coronam capiti impositam, et aquas lustrales capiti aspersas:* nam iste mos erat in hujusmodi sacrificiis. Loquitur hæc Chorus, *exeunte* ex scena Iphigenia. Markl. Qui βαλλομέναν dedit, passive. Sed bene se habet vulgata.

1490. βωμόν. Pendet a στείχουσαν, subaudita præpos. πρὸς, vel ἐπί. Heath.

1492. σφαγεῖσαν. *Postquam cæsa* (percussa) *fuerit* δέρην (i. e. κατὰ δέρην) σώματος, ut παρηΐδι χροὸς, *genis corporis*, Helen. 1089. et Bacch. 723. Markl.

1500. θύμασι βροτησίοις Χαρεῖσα. Hæc de Diana Scythica, sive in Tauris, proprie dicenda; ob hoc autem exemplum etiam de Diana Aulidensi. Barnes.

1503. δολόεντα Τροίας ἕδη. Ob Paridis stuprum et Laomedontis perjurium hæc dicuntur; unde Virgil. *Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.* Barnes.

1506. Mallem cum Scaligero legere κάρα θ' ἑὸν, ut constructio sit: Δός τε Ἀγαμέμνονα λόγχαις ἀμφιθεῖναι Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον, δός τε ἀμφὶ κάρα ἑὸν ἀμφιθεῖναι κλέος ἀείμνηστον. Heath. *Da etiam Agamemnoni, ut inclytam Græciæ coronam, suo autem capiti decus sempiternum armis circumdet.* Epigramma apud Herod. IV. 88. Αὐτῷ μὲν στέφανον περιθεὶς, Σαμίοισι δὲ κῦδος. Musgr.

1508. ὦ Τυνδαρεία κ. τ. λ. Totam scenam spuriam esse, et a recentiori quodam, post Æliani tempora, suppositam, censet Porsonus in Suppl. Præf. ad Hec. p. 21.

1512. ἥκεις. Scaliger ἥκοις, ut sine controversia scribendum statuit Valckenærius V. Cl. not. ad Phœniss. p. 35. Sed non assentior. Musgr. Μὴ cum indicativo jungi docuit Cel. Brunck. ad Comici Nub. 493. Adde Ion. 1552. Hopfn.

1520. Ἀρτέμιδος ἄλσος. De hoc Dianæ saltu vide hujus Fab. v. 185. De vocabulo λείμαξ pro λειμὼν, quæ nos ad Phœniss. 1571. Barnes. Hesych. Λείμακες· νοτεροὶ καὶ ποιώδεις τόποι. In animo habuisse Grammaticum h. l. censet Wess. ad Herod. p. 302. Beck. Confer cum hac nuntii narratione de immo-

lata Iphigenia eam, quam Chorus Æschyl. Agam. 239. profert. Euripides elicit nobis lacrymas, quas ut *parentes* fundimus; Æschylus eripit nobis tanquam *hominibus*. Hopfn.

1526. ὀμμάτων πέπλον προθείς. Rectissime observat Andreas Schottus Observ. Human. V. 17. hunc Euripidis locum Timanthi, illi celeberrimo Pictori, ansam dedisse: ut Lucianus in Chronosolone dicit, Pictores a Poëtis imagines suas formare solitos. De hac re M. Tullius de Oratore: *si denique Pictor ille vidit quum immolanda Iphigenia, tristis Calchas esset, tristior Ulysses, mœreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse: quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari;* etc. Hinc Plinius XXXV. 10. *Nam Timanthi vel plurimum adfuit ingenii. Ejus enim est Iphigenia, Oratorum laudibus celebrata: qua stante ad Aras pictura, cum mœstos pinxisset omnes, præcipue Patruum, cum tristitiæ omnem imaginem consumsisset, Patris ipsius Vultum velarit, quem digne non poterat ostendere.* Vide insuper Quintil. II. 13. et Val. Max. VIII. 12. Barnes.

1532. ἄγοντας. Recte habet. Plene foret, δίδωμι [ὑμῖν, ὑμᾶς] ἄγοντας πρὸς βωμὸν θεᾶς, θῦσαι τοὐμὸν σῶμα κ. τ. λ. Ellipsis notissima est, et ab eruditis sæpe illustrata. Markl.

1534. δώρου. Brodæus pro σώματος ἐμοῦ accipit, et Marklandus probat. Barnesius: *donum victoriæ.* Neque vero diffiteor mihi placere δορὸς, *hastæ* seu *belli;* quod Piersonus (Verisim. p. 79.) jam conjecerat, cui assensum præbent Musgravius et Reiskius. Hopfn.

1536. Si auferas distinctionem post σιγῇ, et ponas post ἐμοῦ, versu præcedenti, sensus tolerabilis effici potest: et ita multi distinguunt. Sed interpolationis suspecta hæc mihi reddit locus similis Hecub. 544. Markl.

1540. εὐφημίαν ἀνεῖπε κ. τ. λ. Scilicet, cum incipiebant sacra, præcones utebantur hac formula solenni: σίγη πᾶς ἔστω λεώς, aut εὐφημεῖτε. Idem et Romani in sacrificiis facere solebant hac formula: *favete linguis.* Neque vero altum silentium his verbis imponi debebat, quum potius, ut cum Horatio, Od. III. 14. loquar, oportebat eos *parcere male ominatis verbis.* Hopfn.

1541. κανοῦν. In hoc loco est *vas,* in quo reponebatur culter sacrificus; a καίνω, *cædo.* Barnes. Schol. Orest. 188. ad v. ἔκανες, hæc observat: ἔκανες, ἐφόνευσας. ὅθεν τὸ κανοῦν λέγεται, εἰς ὃ φέρεται ἡ ἱερουργικὴ μάχαιρα. Adde Schol. ad Aristoph. Pac. 948. et ib. Flor. Christian. Hopfn.

1543. κολεῶν ἔσωθεν. Ita Ed. Ald. et MSS. Emendat Pier-

sonus [p. 80. cui assentitur Reisk.] ἔξωθε κολεῶν, quod et nimis a MSS. vestigiis recedit, et præterea nihil sententiæ adjicit. Legendum, ni fallor, ὀλῶν ἔσωθεν, *intra molam salsam.* In canistris enim tenebatur mola salsa. Hom. Odyss. III. 441. Aristophanes Pac. 948. Musgr. Difficilis locus et variis Criticorum conjecturis tentatus. Primus Barnesius latens ulcus detexit, sed ut medicus erat parum ingeniosus, indicare potuit, sanare non potuit. Piersoni et Musgravii conjecturis et meam qualemcunque emendationem adjiciam. Totus versus obelo transfigendus esse videtur. Quo facto reliqua optime procedunt. ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας, ut in Iphigenia in T. 312. ἕπου μοι, φάσγανον σπάσας χερί. Jacobs. Apud Lycophron. v. 327. Iphigenia vocatur βοῦς στεφηφόρος, ubi Tzetzes diserte monet, eos, qui immolari debuissent, ornatos fuisse floribus atque coronis. Hopfn.

1544. ἐν κύκλῳ βωμὸν θεᾶς. Forte, ἐν κύκλῳ βωμοῦ, ut Herc. Fur. 906. ἐν κύκλῳ δ' ἤδη κανοῦν εἵλικτο βωμοῦ. Sic et Heathius. Ἐν κύκλῳ βωμοῦ est *circum aram.* Markl. Jam Achilles dicitur cum canistro et aqua circum aram ivisse. Ad hunc ritum illustrandum conferas velim Aristoph. Pac. 956. ubi Trygæus famulo dicit: ἄγε δὴ τὸ κανοῦν λαβὼν σὺ καὶ τὴν χέρνιβα, περίϊθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπὶ δεξιᾷ. Ibi Schol. ad v. περίϊθι observat, τοῦτο πρῶτον ἐποίουν καθαίροντες τὸν βωμόν. Hopfn.

1545. Hes. Ἔθρηξεν· (lege ἔθρεξεν·) ἐπῆλθεν, ἔδραμεν. quam glossam huc refert Piers. ad Mœr. v. Θρεκτικός. Beck. Bene distingui debent hæ χέρνιβες a prioribus. Omnes enim ad sacrificium venientes statim ab initio manus aqua lavare solebant: vide quæ supra ad v. 665. notavimus. Postea vero adspergebantur proprie a sacerdote, qui a sinistra ad dextram manum circa aram ibat, et quidem ligno ardente ex ara sumto aut ramo laureo, aqua tincto. Hæc quoque aqua sacra χέρνιψ dicebatur, ut aqua ista spargi χερνίπτεσθαι. Plura de isto ritu monuit Athenæus, Lib. IX. Conf. Aristoph. Pac. 959. ubi Trygæus famulo dicit: φέρε δὴ τὸ δαδίον τόδ' ἐμβάψω λαβών, κ. τ. λ. Hopfn.

1546. ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμις Διός. Ita Porsonus in Suppl. Præf. ad Hec. p. 21. et in v. 1548. τοῦδ' ὃ pro τόδ' ὅγε.

1549. Voces Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ videntur debuisse senarium claudere, ut supra 1523. et sexies præterea in hoc dramate in iambis, vel, quod idem est, in trochaïcis. Legi potest, Στρατός τ' Ἀχαιῶν κοινὸς, Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ, ut v. 1567. ὦ τοῦδ' Ἀχαιῶν κοίρανοι κοινοῦ στρατοῦ. Sed hujusmodi conjecturæ parvi sunt. Certum puto, locum esse interpolatum. Markl.

Quem sequitur Brunckius ad Orest. 201. Versum rejicit Porsonus, ubi supra.

1555. ἵνα πλήξειεν ἄν. Vel, ἵνα πλήξειέ νιν, *ubi id* (vel *eam*) *feriret*. Seneca Agamemn. 899. *Designat oculis antequam ferro petat.* Sed nihil muto; ἵνα significat *ubi:* vide ad v. 338. Markl.

1556. φρενί. Legendum cum Barnesio φρένα. Musgr. Sed spurium hunc iambum censet Valckenær. ad Phœniss. 1378. Markl.

1563. ἔλαφος γὰρ κ. τ. λ. Aristoteles Poet. c. 17. hujus loci mentionem facit, et artificium aperit. Vide Iphig. in Taur. 766. ubi res fusius explicatur. Simile quid de Isaaco SS. Scripturæ memorant. Barnes.

1566. Κάλχας—πῶς δοκεῖς;—χαίρων ἔφη. Dele interrogationem post δοκεῖς, præeunte magno magistro Hemsterhusio ad Lucian. Necyom. p. 475. Πῶς δοκεῖς χαίρων est *summo gaudio affectus*. Markl. Simili fere ratione Aristoph. Ran. 54. πόθος τὴν καρδίαν ἐπάταξε, πῶς οἴει σφόδρα; Hopfn. Vide etiam Brunck. ad Arist. Plut. 742.

1568. ὁρᾶτε τήνδε θυσίαν. Claudicat metrum, θυσία enim primam corripit. Forsan legi potest: ὁρᾶτε δὴ τήνδε θυσίαν, ἣν ἡ Θεός. Heath. Legi quoque potest: ὁρᾶτε θυσίαν τήνδε; ταύτην ἡ Θεὸς Προὔθηκε, κ. τ. λ. et aliis forte modis, omnibus incertis. Markl.

1570. μάλιστα. Poni videtur pro μᾶλλον, ut Apollon. Rhod. III. 91. πίθοιτό κεν ὔμμι μάλιστα, Ἢ ἐμοί. Musgr.

1573. Ἰλίου τ' ἐπιδρομάς. Hesych. ἐπιδρομή· ἔφοδος, ἁρπαγή, ἐπίβασις.

1574. Recte judicat Tyrwhittus, αἶρε et χώρει modi imperativi esse. "Calchas scilicet," viri doctissimi verba sunt, "cum principes prius allocutus esset, his verbis ad vulgus Græcorum orationem convertit." Addo, nominativum ναυβάτης huic interpretationi non obstare. Virg. Æneid. XI. 464. *Equites Messapus in armis, Et cum fratre Coras latis diffundite campis.* Musgr.

1588. βλέπουσαν. Pro ζῶσαν. Vide quæ nos ad Supp. 177. et hujus Fabul. v. 474. Barnes.

1593. παραμυθεῖσθαι. Sc. φῶ; *Quid dicam? Num* (dicam) *frustra hosce sermones aut narrationes consolandi mei causa fingi?* παραμυθεῖσθαι, ut παρηγορεῖν, est *alloqui*. Sed legitur quoque pro *consolari* ut h. l. Sic quoque Senec. Troad. 622. *alios parentes alloqui in luctu decet.* Unde *allocutio* Catull. XXXIX. 5. Hopfn.

1597. θυγατρὸς ἕνεκ' ὄλβιοι. Omnino assentior Barnesio, suspicanti istud ἕνεκ' esse ab aliena manu. Vide ad Iph. Taur. 1456. MARKL.

1599. Τόνδε μόσχον εὐγενῆ. Orestem adhuc infantem intelligit. BRODÆUS. Hesych. μόσχος· ἁπαλὸς, νέος. Sic πῶλος Græce, et *Pullus* Latine, de quovis tenero animalculo. BARNES.

1600. ὀρᾷ. *Intentus est.* BRODÆUS.

FINIS NOTARUM IN IPHIGENIAM IN AULIDE.

NOTÆ

IN

IPHIGENIAM IN TAURIS.

NOTÆ IN IPHIGENIAM IN TAURIS.

Vers. 2. Οἰνομάου γαμεῖ κόρην. Nempe Ἱπποδάμειαν. Hanc autem historiam, quomodo videlicet Pelops Œnomai filiam, Hippodamiam, duxerit, Eustathius refert ad Iliad. B. p. 182, 13. etc. Barnes.

3. ἔβλαστεν. Honesta et frequens metaphora a campis et seminatione ducta. Hinc ἀροτὴρ pro γενετὴρ, et ἄροσις pro μίξις, et *genitale arvum* apud Virgilium pro *matrice*. Tale illud Orest. 541. Πατὴρ μέν ἐφύτευσέν με, σὴ δ' ἔτικτε παῖς Τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα. Tale Phœniss. 18. Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ. Tale illud Theognidis: Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον, Ὃς τὴν ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν. Ejusdem generis sunt βλάστημα, σπέρμα et σπορὰ, σπείρω, φύω et φυτεύω passim apud auctores. Sophocles vero, allegoria haud usquequaque observata, in Œdipo Tyran. 1264. Φοιτᾷ γὰρ ἡμᾶς ἔγχος ἐξαιτῶν πορεῖν, Γυναῖκά τ' οὐ γυναῖκα, μητρῴαν δ' ὅπου Κίχοι διπλῆν ἄρουραν, οὗ τε καὶ τέκνων. Barnes.

6. πυκναῖς Αὔραις. Egregie hoc illustrat Livius, Lib. XXVIII. c. 6. *Fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus certis reciprocat, sed temere in modum venti nunc huc, nunc illuc, verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens, rapitur. Ita nec nocte, nec die, quies navibus datur.* Musgr.

8. Connectendum profecto est ὡς δοκεῖ cum ἔσφαξεν, sive post hanc vocem, quod facit Marklandus, distinxeris, sive non distinxeris. Seidler.

9. κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος. Miror Marklandum poëtico κλειναῖς πτυχαῖσιν Αὐλίδος prætulisse pedestre κλεινῆς πτυχαῖσιν Αὐλίδος. An corrupta etiam putavit τὸ κλεινὸν πέδον Σπάρτης, Hel. 57. et κλειν' Ἀθηνῶν ὁρίσματα, Hippol. 1449. ? Seid.

10. χιλίων ναῶν. Vide ad Androm. 106.

14. Aldus Ἑλένης. Sed Codd. omnes Ἑλένη. Unde Marklandus emendat Ἑλένην, comparans Orest. 413. μετῆλθόν σ'

αἷμα μητέρος θεαί. et Cyclop. 280. Immo ipso hoc Cyclopis loco, τῆς κακίστης οἳ μετῆλθεθ' ἁρπαγὰς Ἑλένης, rectius utare ad vulgatam vindicandam. Nam non magis Helenam, quam, qui eam rapuerant, erant persecuturi. SEIDL. Proculdubio recte se habet Ἑλένης.

15. δεινῆς δ' ἀπλοίας. Aldus δεινῆς τ' ἀπλοίας. Sed δ' pro τ' Barnesius, probante Marklando, qui cum Reiskio intelligit οὔσης. Mox tamen idem addit: ἀπλοίας, *absolute.* "Posterius, inquit Schæferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 574. nihil ut subaudiatur, magis placet. Cf. Homericum νηνεμίης, Il. E. 523." Mihi quidem nihil horum satisfacit, sed etiam pro altero τ' repono δ', ut hic sensus sit, *navigandi autem difficultatem, non ventos nactus;* quasi dixerit πνευμάτων δ' οὐ τυγχάνων, δεινῆς δ' ἀπλοίας, scil. τυγχάνων. Conf. Androm. 739. χείματος ἀγρίου τυχοῦσα. Maxime autem me movet Iph. Aul. 88. ἥμεσθ' ἀπλοίᾳ χρώμενοι κατ' Αὐλίδα. Ἀπλοίας τυγχάνων idem est quod ἀπλοίᾳ χρώμενος. SEIDL.

16. ἐς ἔμπυρ' ἦλθε. *Holocausta* consuluit, non *ignem sacrum,* ut male reddit P. Brumoy. Similem habes phrasin Androm. 1090. τυγχάνει δ' ἐν ἐμπύροις. HEATH. Cf. Barnes. ad Hel. 746. Verum ἔμπυρα h. l. positum esse puto pro μαντικὴν, partem pro toto, quod aiunt. Ita Hel. 746. coll. Phœniss. 954. SEIDL.

18. Vulgo ἀφορμίσῃ. Omissum video hoc verbum in Lexicis, sed non minus probum est quam ἐξορμίζειν. SEIDL. Male ἀφορμίσει Zimmermannus, Gaisfordius, Seidlerus, Matthiæ. Sophocles Aj. 560. οὔτοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μήτις ὑβρίσῃ. Ita recte, ni fallor, omnes edd. ante Brunckium, qui consentientibus codd. nonnullis ὑβρίσει reposuit, formam Atticis prorsus ignotam. Vide Mus. Crit. I. p. 363. Nec multo meliora essent ὑβριεῖ et ἀφορμιεῖ. Frustra subjunctivum in hujusmodi locis sollicitant viri docti. Mox recte λάβῃ Schæferus, Seidlerus, Matthiæ. Auctor hujus emendationis Matthiæ Gramm. Gr. §. 522. Necessarium esse λάβῃ monet Seidlerus. Omnes tamen infra v. 1267. Οὐ, πρίν γ' ἂν εἴποι τοὔπος ἑρμηνεὺς τόδε. Ubi non minus necessarium est εἴπῃ, quod scribendum primus monuit Blomfieldius ad Æschyli Prom. 795. ELMSL.

21. φωσφόρῳ θεᾷ. *Dianæ,* sic dictæ Callimacho Hymn. in Dian. v. 204. Diotimo in Epigrammate apud Reiskium, p. 51. MUSGR. Aliam autem rationem alii adducunt, quare Agamemnoni irascebatur Diana, nempe quia Cervam illi sacram interfecerit; vel, ut nonnulli, quod Dianam de jaculandi peritia provocarit; ut Callim. Hym. Dian. v. 262. Μηδ'

ἐλαφηβολίην, μηδ' εὐστοχίην ἐριδαίνειν· Οὐδὲ γὰρ Ἀτρείδης ὀλίγῳ ἐπεκόμπασε μισθῷ. BARNES.

30. Ταύρων χθόνα. Eustath. in Hom. Iliad. B. p. 259, 6. Ἔθνος Βόρειον οἱ Ταῦροι· καὶ Ταυρόπολις ἡ Ἄρτεμις. Taurica gens Scythiæ, una ex famosis Chersonesis; (vide Not. ad Hecub. 8.). ubi Diana humanis victimis colebatur. Vide Ovid. Trist. IV. 4. et de Ponto, III. 2. Q. Curtii, Lib. IV. Herod. Lib. IV. August. de Civit. Dei, VII. 19. 26. Antonini Liberalis Metamorph. c. 27. Vadianus, Pomponii Melæ interpres, in Melæ, Lib. II. sic scribit, citante Gaspar. Stiblino: *Quod ad Tauros attinet, scribit Herodotus, Tauros omnes naufragos Iphigeniæ immolare solere, et precibus peractis, hominis caput clava ferire, corpus truncum e ripa deturbare, caput cruci suffigere. Captis vero bello caput amputant, referuntque domum, et suffixum fuste, in tecti sublimia statuunt, plerumque autem supra furnarium erigunt, ideo id agentes, quod hos totius domus custodes esse persuadeantur.* BARNES. Herodoti locus est Lib. IV. 103.

32. Θόας. De hoc vide Ovidium locis supra citatis; a θοὸς autem dici videtur, quod *celer* sonat. BARNES.

35. Aldus ὅθεν νόμοισι τοῖσιν. Canterus conjecit ὅθ' ἐννόμοισι τοῖσιδ', quem recte sequitur Barnesius. Sensus est: *Ubi hisce festi legibus*, i. e. hoc solenni festo, *gaudet Diana*. Nihil igitur opus est Marklandi emendatione, ἑορτῇ legentis. Referendum est illud τοῖσιδ' ad ea quæ proxime sequuntur, θύω γὰρ κ. τ. λ. quod recte monuit Elmsleius.

39. κατάρχομαι μὲν, κ. τ. λ. Vide ad Phœn. 573.

40. ἀνακτόρων θεᾶς. Ἀνάκτορον τὸ et τὰ ἀνάκτορα *palatium regum;* sed et *templum* quoque deorum notat, quia dii ἄνακτες et ἀνάκτορες. BARNES.

41. τὰ δ' ἄλλα. Id est, *modum sacri peragendi*. MUSGR. Hunc versum, qui vulgo post v. 36. legitur, huc transferendum esse monuit Marklandus, recte adsentiente Musgravio.

43. λέξω πρὸς αἰθέρ'. Fuit ea Græcorum consuetudo; unde in Sophoclis Electra tanquam res usitata a Chrysothemide commemoratur, v. 426. Male igitur nonnulli Euripidem reprehendunt, tanquam hanc somnii enarrandi rationem ex proprio ingenio fabricatus esset, ineptam haud dubie, nisi ex veterum superstitione penderet. MUSGR.

45. παρθένοισι δ' ἐν μέσαις. Mallem παρθενῶσι δ' ἐν μέσοις, *in medio cubiculi mei*. De voce μέσος abundante vide Dorvill. ad Chariton. p. 547. Singulæ virgines videntur singulos παρθενῶνας habuisse. Iph. Aul. 1161. hac Fab. 809. MARKL.

Placet Musgravio. Neque ego magnopere repugno. Solebant tamen regiæ virgines cœtu æqualium stipari. Vide Phœniss. 1737. 1748. SEIDL.

48. πᾶν δ' ἐρείψιμον στέγος. Imo ἐρέψιμον, quod est per periphrasin ἡ ὀροφὴ, (unde nostrum *roof*) pars quæ domum ἐρέφει, *tegit*: unde ξύλα ἐρέψιμα apud Suidam. Alii quoque ita emendarunt. MARKL. Cui assentire videtur Porsonus in Advers. p. 258.

54. ὕδραινον. Desideratur augmentum, quod hic abesse certe posse, alio loco pluribus demonstrabitur. Ab obliqua oratione ad rectam transit. Pari modo Atossa somnium narrat in Æschyl. Persis, v. 179. seqq. Erfurdtius volebat ὑδραίνειν, quemadmodum emendari posse jam monuerat Musgravius Exercitt. in Eur. init. qui tamen ipse huic emendationi non multum tribuit. SEIDL. ὑδραίνειν etiam Porsonus apud Dobræum, monente Gaisfordio.

58. Sic Ovidius de Ponto, III. 2. 73. *Spargit aqua captos lustrali Graia Sacerdos*. MUSGR.

60. Στροφίῳ γὰρ οὐκ ἦν παῖς. Putat Marklandus, Euripidem, ut μισογύναιον, mulieres interdum consulto inepta loqui facere. Eodem modo infra ad v. 641. odium suum in Argivos poëtam opinatur explevisse, ut Orestem puerilia garrire faceret. At quale hoc est! Omitto virum doctissimum refutare. Nostrum locum quod attinet, Iphigenia sibimet ipsa objicit, *at fortasse hoc somnium spectat ad propinquos meos. Non est*, inquit; *de propinquis meis equidem somnium non possum explicare, nam qui solus ex propinquis meis filium habere posset, Strophius, is certe tum, quum ego perirem, nondum habebat*. Ac vere sic argumentatur, nam Menelaus neque habebat tunc filium, neque, si habuisset, ab Iphigenia curabatur. SEIDL.

70. ἔνθ' Ἀργ. ἐστείλαμεν; Non *ubi advenimus*, sed *quo tetendimus, ubi appellere consilium fuit?* SEIDL.

73. Libri τριχώματα. Heathius et Ruhnkenius conjiciunt θριγκώματα, quod nimis a libris recedit: Musgravius τοιχώματα, vocabulum auctoritate carens, nimisque h. l. laxum. Melius Marklandus τριγχώματα, quod τριγχὸς et θριγκὸς, τρίγχωμα et θρίγκωμα idem valeant. Sed quis credet, poëtam in proximo statim versu alia orthographia usum esse? Euripidis manum restituisse mihi videor. Etymologicum M. p. 455. 52. θριγκῷ, τῷ τροχώματι· παρὰ τὸ θρέξαι· ὁ περιτρέχων κυκλόθεν οἷον στέφανος. θριγκὸς οὖν τὸ ἀνώτατον τῆς τοῦ τοίχου οἰκοδομήσεως, καὶ ὁ ὑπὸ τὸν κλινόποδα τοῦ τοίχου τόπος· καὶ ἡ στεφάνη, κ. τ. λ. Hesych. τροχός· περιβόλαιον, τεῖχος. ubi cf. Interpp. Fortasse

rectius scribitur περιβόλαιον τείχους. Apud eundem enim Θριγκός· ἡ στεφάνη τοῦ τείχους, περίφραγμα, ὡς περίβολος. Emendationem Euripidis istam etiam Schæfero meo non displicuisse video in Indic. Græc. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 677. SEIDL. Qui τροχώματα dedit.

78. Vulgo post χρήσας interrogationis signum ponunt et v. seq. post κατακτὰς comma, orationem proximis adjungentes. Hoc modo constructio turbatur, quam diversis conjecturis sublevare conantur Marklandus et Musgravius. Si Aldum inspexissent viri doctissimi, vidissent, locum ab interpunctione laborare, quam vel sine Aldo non difficile erat corrigere. Nam post χρήσας Aldus comma habet, et post κατακτὰς punctum. Puncti loco interrogationis notam posuimus, nisi quis præferat notam exclamationis. SEIDL.

79. διαδοχαῖς δ' Ἐριννύων Ἠλαυνόμεσθα. Vide Orest. Fabul. et præcipue a v. 1638. et deinceps: ubi de exsilio ejus et erroribus. BARNES.

81. δρόμους καμπίμους. Hes. Κάμπειος δρόμος· οὐκ εὐθύς, οὐχ ἁπλοῦς, ἀλλὰ καμπὰς ἔχων. BECK. De verbo ἐκπληρεῖν vide ad Orest. 54.

84. οὓς ἐξεμόχθουν κ. τ. λ. Hic iambus, iisdem omnibus verbis, legitur infra v. 1421. unde opinor huc translatus fuit: ibi enim est omnino necessarius; hic nihil agere videtur, quare uncinis eum inclusi. MARKL.

85. εἶπας. Recte Barnesius explicat ἐκέλευσας. SEIDL. Vide ad Iph. A. 95.

87. ὅ φασιν οὐρανοῦ πεσεῖν ἄπο. Simile quid in Apostolorum Actis narratur de Diana Ephesina: xix. 35. Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς; ab Euripide τὸ Διοπετὲς circumlocutione exprimitur, ἄγαλμα, ὅ φασιν ἀπ' οὐρανοῦ πεσεῖν. Res eadem narratur de Palladio Minervæ et de Ancili Romano. De Palladio inter alios vide Cononis Διηγήσεων λδ. De Ancili autem Dionys. Halicarn. Lib. II. et Lactant. I. 21. Livium quoque, &c. Ovid. Fast. Lib. II. *Ecce levi scutum versatum leniter aura Decidit: a populo clamor ad astra venit.* Hoc autem Dianæ signum, postquam ab Iphigenia et Oreste deportabatur in Græciam, magna a Græcis veneratione colebatur. Vide Pausan. in Atticis, p. 21, 33. et in Laconicis, p. 98, 24. &c. BARNES.

91. Vulgo δοῦναι τόδ'· ἐνθένδ' οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρας. Legendum, Ἀθηναίων χθονὶ | δοῦναι. τὸ δ' ἐνθένδ' οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρα. Τὸ ἐνθένδε sive τοὐνθένδε valet ἐκ τούτων, μετὰ ταῦτα. Exempla præ-

bet index Beckianus v. Ἐνθένδε. Sophocles Phil. 895. Παπαῖ, τί δῆτα δρῷμ' ἐγὼ τοὐνθένδε γε; Œd. C. 476. Εἶεν. τὸ δ' ἔνθεν ποῖ τελευτῆσαί με χρή. ELMSL.

92. καὶ ταῦτα κ. τ. λ. Statim ante *nihil præterea dictum esse* refert, et jam tamen addit aliquid, quod præterea dictum sit. Hinc conjicias, Euripidem scripsisse: ἐνθένδ' οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρα, ἢ ταῦτα δράσαντ' ἀμπνοὰς ἕξειν πόνων. Sed nihil mutandum. Ἐῤῥήθη explica *mandatum est*, ut supra v. 85. εἶπας habuimus pro ἐκέλευσας. *Præter hæc nihil mandatum est, et hæc illa esse, quæ si fecissem, habiturus essem laborum requiem.* SEIDL.

94. Optime legit et distinguit Gaisfordius, ἄγνωστος, εἰς γῆν ἄξενον.

96. ἀμφίβληστρα. Proprie ἀμφίβληστρον *rete* sonat, per metaphoram autem *tunicam*, ut apud Sophoclem; at hic loci *munitiones*, ἀμφίβλημα, vel περίβολον. BARNES.

97. Heath. divisim πρὸς ἀμβάσεις scribi jubet. Nam ἐκβαίνεσθαι προσαμβάσεις non significare posse, *Egressum scandere scalas;* præpositionem πρὸς igitur necessariam esse, et locum vertendum: *An egrediemur versus gradus, quibus adscenditur ad templum?* BECK.

98. Pro μάθοιμεν recte Reiskius λάθοιμεν. MUSGR.

100. ὧν οὐδὲν ἴσμεν. Cum interrogatione. *Eane* claustra *de quibus nihil novimus?* quæ, quomodo obfirmentur, et quo pacto aperienda sint, nihil omnino scimus? MARKL. Vel etiam sine interrogatione.

105. οὐ κακιστέον. Id est, *non contemnendum, non contumelia afficiendum est dei oraculum.* Contumelia enim erat, si oraculo diffidentes fugiebant. Mirum, Marklandum et Musgravium hæc non cepisse, quorum ille οὐκ ἀπιστέον, alter οὐ λακτιστέον vult reponi. SEIDL.

108. νεὼς ἄπωθεν, κ. τ. λ. In navis vicinia hanc ob causam commorari nolebant, quod, si conspecta esset illa, probabile erat, vicinos potissimum locos Thracas perquisituros esse ad hospites, qui advecti essent, inveniendos. SEIDL.

110. νυκτὸς ὄμμα λυγαίας. Hanc dictionem nemo interpretum explicuit. Musgravius conjicit ἅρμα pro ὄμμα. Non fecisset, si meminisset Æschyl. Pers. 426. ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο. Ὄμμα dici pro φῶς satis notum est. Ὄμμα νυκτὸς igitur antiphrasis est, *lux, qualem nox habet*, i. e. *nulla lux, tenebræ.* Ipse Noster explicat Phœniss. 543. νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον. Plura hujus generis exempla collegimus ad Troad. 554. SEIDL.

112. πάσας προσφέροντε μηχανάς. Erasmus in Proverbio: *Omnes adhibere machinas.* BRODÆUS.

113. Comma post κενὸν melius abest. Intellige sic: ὅποι δέμας καθεῖναι κενόν ἐστι, i. e. ὅπου κενόν ἐστι, ὥστε ἐνταυθοῖ δέμας καθεῖναι. Porsonus ad Hec. 1057. non recte explicare videtur ἐκεῖσε ὅπου. Paulo post, v. 119. supplendum quidem ἐκεῖσε, sed ὅποι vim suam retinet, *in quem locum*. SEIDL. τριγλύφων. Proprie adjective sumenda est hæc vox τρίγλυφος, subaudito γλυφὴ, *incisura;* nisi fortasse τὰ τρίγλυφα exstat in plurali. Sunt autem hæc τρίγλυφα *excavationes* quædam in ædificiis, sive *intercolumnia;* de quibus egit Vitruvius; I. 2. IV. 1. Cf. Orest. 1358.

116. seq. Recte Marklandus aliique viderunt, hunc utrumque versum contra libros, qui cum proximis Oresti assignant, Pyladi adhuc tribuendum esse. Sed quod post πάλιν versum excidisse Marklandus putat ad hunc sensum: τῶνδ' οὔτι πράξανθ', ὧν χάριν δεῦρ' ἥκομεν, in eo vir doctissimus non minus fallitur, quam quod οὔτοι initio sententiæ interrogationem excludere censet. Nam verba ἐκ τερμάτων male reddunt *ex istis finibus,* quæ significant *a meta,* quam scilicet pæne attigerant. Retinebimus igitur interrogationis signum post πάλιν, quod Aldus offert. SEIDL. De futuro ἀροῦμεν vide ad Med. 841.

120. Heathius conjicit αἴτιος γενήσομαι, Musgravius ἄρτιον γενήσεται, Marklandus locum se negat intelligere. Sententiæ sic cohærent: *Eundum est, ubi corpus occultantes latebimus; deus enim nobiscum erit, nec committet, ut ipse in causa sit, cur irritum oraculum cadat:* sive brevius: *nos nostra faciemus, deus faciet sua.* Nam τὸ τοῦ θεοῦ, i. e. θεός. Mutatione igitur nihil opus. SEIDL.

122. σκῆψιν. *Excusationem, detrectandi prætextum.* HEATH.

123. sqq. Hanc orationem cum libris omnibus Iphigeniæ dedimus. Tyrwhittus tamen et Musgravius choro tribuunt argumentis satis speciosis, quibus ipse olim inducebar. Contendunt enim, chorum rectius dici κληδούχου δούλαν, quam Iphigeniam; deinde Iphigeniæ, quippe quæ in templo habitaverit, (cf. v. 66.) non convenire illa, πρὸς σὰν αὐλὰν πόδα πέμπω. At prius argumentum jam labefactavit Marklandus citans Wesselingium Observ. I. 3. qui dearum multas, immo ipsam quoque Dianam, κληδούχους dictas esse docet. Quod autem deæ δούλαν sese appellat Iphigenia, similiter Ion in cognomine fabula, v. 312. se Apollinis δοῦλον nuncupat, coll. ibid. v. 131. 181. In Troad. 454. Cassandra Ἀπόλλωνος λάτριν se dicit. Ipsam Iphigeniam infra v. 1120. Thoas templi πυλωρὸν vocat. Alterum argumentum quod attinet, domicilium quidem habebat Iphigenia templo contiguum, sed eam ob causam non semper in ipso templo versabatur. Videtur

ab altera parte Iphigenia, ab altera chorus templi atrium intrasse. Deinde vox εὐφαμεῖτε sacerdoti multo magis convenit, quam ancillæ, et quum hujus terræ incolas appellat, proxime in animo habet ipsas has ancillas. Nam præter has jam nemo aderat. Pari modo Ion templi ministros alloquitur, v. 94. seqq. Porro voces πόδα παρθένιον, v. 130. hanc orationem choro prorsus abjudicant. Constat enim chorus ex mulieribus, quibus liberi tribuuntur infra v. 1039. et quæ v. 1112. virgines se adhuc esse ipsæ negant. Nec facile corrupta haberi potest vox παρθένιον, quum eadem laude Ion glorietur, v. 147. ὅσιος ἀπ' εὐνᾶς ὤν. Phœniss. v. 838. Tiresias ad filiam: κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερί. coll. Hippol. 1003. Denique infra v. 210. Iphigenia, quum dicit δυσχόρτους οἴκους ναίω, respicere videtur ad v. 133. ubi χόρτων εὐδένδρων Εὐρώπαν commemoraverat. SEIDL.

124. δισσὰς συγχωρούσας πέτρας. Recte Barnesius explicat συμπληγάδας, quæ etiam συνδρομάδες vocantur, et συνορμάδες a Simonide, teste Scholiasta ad Nostri Med. 2. SEIDL.

127. Δίκτυννα. Quare Diana sit ita dicta, vide Callim. Hym. Dian. v. 198. BARNES.

128. εὐστύλων Ναῶν. Audiendus Ovidius, testis forte oculatus, de Ponto: III. 2. 49. *Templa manent hodie vastis innixa columnis, Perque quater denos itur ad illa gradus.* Confer etiam Periplos maris Euxini. MUSGR.

131. κλῃδούχου δούλα. Vide supra ad v. 123. Ceterum dicit Iphigenia: *accedo ad templum tuum, ubi sacerdos sum tua, quod munus cum patriæ meæ jucunditate mihi permutandum fuit.* SEIDL.

133. χόρτων τ' εὐδένδρων. Ita libri omnes. Marklandus χόρτον τ' εὔδενδρον, et proxime Εὐρώτα. Præstaret certe χόρτους pro χόρτον. Sed fortasse non minus recte dicitur Εὐρώπα χόρτων εὐδένδρων, quam ἅρμα Νισαίων ἵππων, Herodot. VII. 40. et infra v. 1208. ἀστάκτων ὑδάτων Παρνάσιον κορυφάν. Cf. Matthiæ Gramm. Gr. §. 314. 2. Neque minus audacter Sophocl. Electr. 706. dicit ἀνὴρ λεύκιππος, pro λευκοὺς ἵππους ἔχων. Ceterum χόρτος duplicem proprie habet significationem, aut *pabulum* aut *septum* denotans. Vide Etymol. Magn. p. 813. 53. coll. Hesych. vv. χόρτος et αὐλῆς, ibique Interpp. Hesychius tamen: χόρτος—δηλοῖ δὲ καὶ χώραν. Hinc nostro loco χόρτους εὐδένδρους explico *herbida pascua arboribus consita.* Cf. infra ad v. 210. SEIDL.

134. Εὐρώπαν. Corrigit Barnesius Εὐρώταν. Eurotan enim famosum esse Laconiæ fluvium, et Laconiam provinciam Pe-

loponnesi, ubi regnaverit Agamemnon, Iphigeniæ pater. Etiam Marklandus de Eurota flumine cogitat. Sed vere Hermannus monet, non Laconiæ, sed potius Argolidis fluvium Iphigeniæ commemorandum fuisse. SEIDL.

136. ἔμολον. Nescio, quid inficeti aut inurbani in hoc solitario verbo, quod vocat, viderit Musgravius. Arcessiverat chorum Iphigenia: quidni igitur dicat *adsum?* SEIDL.

140. Libri μυριοτεύχοις, quæ vox nihili est. Minima mutatione scripsi μυριοτευχοῦς, quod referendum est ad τοῦ ἐλθόντος. Μυριοτευχὴς eodem modo formatum est, ut χαλκοτευχὴς et χρυσοτευχής. SEIDL. Vix deterius est Matthiæi μυριοτευχεῖ.

141. τῶν Ἀτρειδᾶν τῶν κλ. Supple ἑνὸς sive potius τοῦ ἑτέρου. Simili structura Herod. V. 99. τῶν ἄλλων ἀστῶν Ἑρμόφαντον, et I. 107. τῶν μάγων τοῖς ὀνειροπόλοισι, quos locos cum aliis ejusdem generis affert Fischer. ad Well. III. a. p. 355. Ceterum, quamquam Menelaus quoque iter una fecerat, verius tamen Agamemnon, ut dux expeditionis, dicitur ad Trojam venisse μυριοτευχὴς κλεινᾷ σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ. Sophocles Electr. 605. eundem dicit τὸν τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος στράτευμα ἀγείραντα. Στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν legimus apud Æschyl. Agam. 45. SEIDL. Vide ad Androm. 106.

144. μολπαῖσι βοᾶς. Vulgo μολπᾶς βοᾶν, quod nec sensui nec metro convenit. Inter varias emendationes, hæc Matthiæana maxime nobis arridet; quæ accepta locum magnopere vexatum saltem intellectu facilem reddit. Sententia, copulis absentibus, majorem emphasin inducit.

146. ἐν κηδείοις οἴκτοις. Verte: *in funebribus lamentis.* HEATH.

147. αἵ μοι ξυμβαίνουσ' ἆται. Hæc verba accipienda sunt quasi dixerit poëta, οἴκτοισι τῶν ἀτῶν, αἵ μοι ξυμβαίνουσιν. Ita noster Tro. 874. ποινὰς, ὅσοι τεθνᾶσ' ἐν Ἰλίῳ φίλοι. Id est, ποινὰς φίλων, ὅσοι τεθνᾶσ' ἐν Ἰλίῳ. Nonnullæ edd. ὅσοις, aliæ ὅσων, sed recte Aldina ὅσοι. Οἶκτος genitivum adsciscit, Hipp. 1087. οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φυγῆς. ELMS.

149. ζωᾶς. Subaudi ἕνεκα. ÆMIL. PORTUS. In fine versus vocem ὀνείρων uncis inclusimus, quod metrum hac voce abundat. Per se quidem ὄψις ὀνείρων bonum est, sed quum proxime sequatur νυκτὸς, genitivo isto facile caremus. Ad ὄψιν, opinor, adscripserat aliquis ὄνειρον, quod ubi semel in textum admissum est, non potuit non in ὀνείρων mutari. SEIDL.

151. Pravam lectionem ὠλόμαν, ὠλόμαν correxerunt Heathius et alii. SEIDL.

159. πηγὰς, κ. τ. λ. Verte: *Et fontes ex montanis juvencis*

derivatos. Significatur enim *lac,* non *sanguis;* et libatio, quæ mortuis fiebat, quando non conjuncta erat cum sacrificio, constabat melle, lacte, et vino: vide Orest. 123. HEATH.

170. καὶ ἐμᾶς. Ita Nostri Electr. 889. ὃς σὸν πατέρα κἀμὸν ὤλεσεν, et sæpe alibi. Aldus κεμᾶς. Musgravius, qui proponit κἀμᾶς, jure rejicit mirum illud Brodæi κεμὰς, quod ab editoribus aliquot receptum est. SEIDL. Ita etiam Porsonus, qui et sequentia optime sanavit: ἔνθα δοκήμασι Κεῖμαι σφαχθεῖσ', ἁ τλάμων. Cf. Troad. 415.

172. Hes. ἀντιψάλμους· ἀντιστρόφους. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις. BECK.

173. βάρβαρον. Mirari licet, Græcas mulieres canere velle barbaros modos. An quod in Asia jam degentes his erant adsuetæ? Majori certe jure facere hoc poterant Phryx in Orest. 1381. et Phœnissæ virgines in Phœniss. 1301. SEIDL.

175. μοῦσαν Νέκυσιν μέλεον. Conjunge μοῦσαν νέκυσιν. Sic Noster Hel. 178. παιᾶνας νέκυσιν ὀλομένοις, quem locum jam non magis tentandum existimo, quam nostrum, in quo legi volunt nonnulli νέκυσι μελομέναν ad exemplum Phœniss. 1302. ἰαχὰν μελομέναν νεκροῖς. Cf. etiam infra v. 378. τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα, et quæ notavimus ad vv. 444. et 445. SEIDL.

176. τὰν Ἅιδας ὑμνεῖ. Confer Nostri Hercul. Fur. 1005. ἢ φθιτῶν αὐδὰν, ἢ τὸν ἀΐδα χορὸν ἰαχήσω. Electr. 143. μέλος ἀΐδα. Suppl. 775. ᾅδου μολπὰς, et, quem Musgravius citat, Suppl. 74. χορὸν, τὸν ᾅδας σέβει. SEIDL.

178. οἴμοι τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων! κ. τ. λ. Hanc difficillimam totius carminis partem merito appellat Seidlerus. Tres primos versus ita dubitanter corrigo: Οἴμοι, τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων Ἔρρει φῶς, ἔρρει σκῆπτρον (Οἴμοι) πατρῴων οἴκων. Infra etiam v. 828. Orestes δόμοις φάος appellatur. Ad ἔρρει σκῆπτρον conferantur Pelei verba Andr. 1197. Οὔ τι μοι πόλις, πόλις. Σκῆπτρά τ' ἐρρέτω τάδ' ἐπὶ γαῖαν. Verba πατρῴων οἴκων non *meam* sed *tuam paternam domum* significare mihi videntur. Mea enim sententia hoc carmen in quatuor ῥήσεις dividendum est. Iphigeniæ tribuo versus 142—171. iterumque 194—225. Reliqua chori esse arbitror. Sequuntur duo versus catalectici, τίν' ἐκ τῶν εὐόλβων Ἄργει Βασιλέων ἀρχὰ, qui meam emendandi facultatem longe superant. Deinde legendum, fere ut vulgo, Μόχθος δ' ἐκ μόχθων ᾄσσει Δινευούσαις ἵπποισι Πτανοῖς. Quæ verba de Pelopis equabus accipio, licet aliter sentiant Musgravius et Seidlerus. Dativum δινευούσαις illustrat Matthiæ Gramm. Gr. §. 390. Sequitur, ἀλλάξας δ' ἐξ ἕδρας Ἱερᾶς ὄμμ' αὐγᾶς Ἅλιος, ἄλλοις ἄλλα προσέβα Χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα,

φόνος ἐπὶ φόνῳ, ἄχεά τ' ἄχεσιν. Jacobsio debetur ἐξ ἱερᾶς, Marklando ἱερᾶς, Barnesio ἄχεά τ' ἄχεσιν. Ἀλλάξας nominativus absolutus est, de quo vide ad v. 916. Frustra autem Seidlerus ἄλλαις, ὀδύναις scilicet, προσέβη pro προσετέθη accepto. Recte se habet vulgata ἄλλοις μελάθροις, i. e. ἄλλῃ γενεᾷ. Elmsl. Omnino tamen præstat Musgravii de Solis equis judicium. Vide notam sequentem. In v. 181. τις pro τιν' ex Æm. Porti conjectura reposuit Matthiæ, et in v. 183. μόχθους in accusativo ad verbum ᾄσσει active sumendum, refert. Sed vulgata, quoad nominativum absolutum, rectius fortasse explicuit Elmsleius. In personarum distributione, tantummodo vv. 178. 179. choro tribuit Musgravius; idque recte fecisse videtur.

184. Marklandus V. Cl. δινευθεῖσαις ἵπποισιν πτανοῖς interpretatur *ob currentes equas* Pelopis *volucres:* id est, ut ipse mox planius declarat, ob Œnomaum velocitate Pelopis equarum superatum. At hoc est non obscure tantum, sed omnino ænigmatice, loqui. Deinde δινεύειν non, quod hæc interpretatio postulat, *velociter currere* significat, sed *in orbem currere;* neque adeo Pelops, si ἵπποις δινευθεῖσαις usus esset, hastam Œnomai insequentis effugere potuisset, siquidem recta via a Pisa ad Isthmum currum agere debuit, ut auctor est Diod. Sic IV. 74. Confer Hom. Iliad. Σ. 543. Ψ. 875. Xenophon: τὰς δέ γε τῶν χαλινώσεων καὶ ἀναβάσεων ἀποκωλύσεις καὶ τἄλλα δινεύματα, *De Re Equestri.* Inter equorum δινεύματα sunt, credo, gyri memorati Virgilio Georg. III. 115. Solis contra equi, utpote orbem gyro circumeuntes, recte ἵπποι δινεύουσαι dicuntur. Orpheus Hymno in Solem 7. Ῥόμβου ἀπειρεσίου δινεύμασιν οἶμον ἐλαύνων. Eosdem equos Noster, ne quem hic genus fœmininum offendat, πτεροέσσας vocat, Electr. 464. Musgr. Ad totum autem locum maxime conferri merentur integra carmina Orest. a v. 947. et Electr. a v. 704. Seidl.

185. πταναῖς ἀλλάξας. MS. Victor. Hoc vulgato πτανοῖς videtur præferendum. Noster Hel. 1487. ὦ πταναὶ δολιχαύχενες. Seidl. De solis regressu et Thyesteis dapibus vide Senecæ Thyestem, v. 790. Nota Historia. Barnes.

188. χρυσέας ἀρνός. De aurea agna, sive agno, sive ariete, cujus custodia fatum habuit regni Atrei, vide Eustathium περὶ Ἀτρέως χρυσίου ἀρνίου, et poëticos et mythologicos scriptores; Senecam inprimis Tragœdum Thyest. 225. etc. Est Pelopis *altis nobile in stabulis Pecus, Arcanus Aries, ductor opulenti gregis: Hujus per omne corpus infuso Coma Dependet auro; cujus e tergo novi Auraia Reges sceptra* Tantalici *gerunt: Possessor hujus Regnat,* etc. Barnes.

193. ἐπὶ σοί. Recte Marklandus interpretatur: ἐπὶ σοὶ, *contra te, O Oresta.* Neque enim video, quidni Orestem, quem supra allocuta est, cujusque memoria tum, quum manibus ejus justa faceret, semper ei obversari debebat, sic nude compellare potuerit. Locum intellige sic: *jam vero hic dæmon in te irruit, a teneris ille mihi infestus, dæmon materni conjugii, etc.* Emphasin habent voces ἐξ ἀρχᾶς, ut quæ proxime recurrant, non pronomen μοι; alias dicendum fuisset ἐμοί. SEIDL.

196. νυκτὸς κείνας. Explicant *noctis illius, in qua nata sum.* Quasi vero noctu, non item interdiu nasci homines soleant. Haud dubie intelligit noctem, qua primum tori societate sese junxerunt Agamemnon et Clytæmnestra. Ita enim loquuntur ii, qui uberiorem rei explicationem addere nolunt. Vide ad Troad. 1180. Hinc colon posui post κείνας, quod vulgo deest. Unus Brodæus videtur recte intellexisse. Ille enim: " ζώνας, nuptiarum, quibus *vesperi* sponsus virgini zonam solvit." Post verba ἐξ ἀρχᾶς haud dubie excidit particula, quæ nexum sententiarum fecit, ut mihi quidem videtur, γάρ. SEIDL.

197. λοχιᾶν. Ita scripsi et metro et sententia jubente. Vulgo λοχείαν. Scaliger profert λοχειῶν, sed alteram formam satis tuebitur vel sola analogia. Post παιδείαν addidi μοι, quod ob sequentem eandem syllabam librarii prætervideruut. SEIDL. Sensus igitur est: *a partus initio infelicem infantiam Fata mihi portenderunt.*

199. ἃ μναστευθεῖσ'. Confusionem, quæ hic obtinet, interpretum nemo non sensit. Scaliger collocari hunc versum vult post v. 211. ubi non minus incommodus est. Ex nostra descriptione hoc loco lacuna est aut unius versus aut unius cum dimidio, prout strophica legeris. Vanus igitur omnis emendandi conatus. SEIDL.

202. σφάγιον πατρῴᾳ λώβᾳ. Explicari potest vel ex hujus Fab. 20. et seqq. vel ex Sophoclis Electra 568. sqq. MARKL.

206. ἐπέβασαν. *Admoverunt, adire fecerunt*, subaudito *Græci*, ut v. 25. Tempus hoc active sumtum videas Hom. Il. I. 483. sed et alibi passim. MUSGR. Ita Theodorid. Epigramm. XIII. Brunck. Anal. II. p. 44. ἃ καὶ Σωσάνδρου παῖδ' ἐπέβασε πυρᾶς. Cf. Miscell. Obs. IX. p. 436. Canterus conjiciebat ἐπιβᾶσαν. Est autem hujus loci hæc constructio: ἂν—Λήδας κούρα—ἔτρεφεν, (ταύτην) εὐκταίαν Αὐλίδος ψαμάθων ἐπέβασαν. Ita, copula ut inseratur, non est opus. SEIDL.

207. νύμφαν. Ita bene Scaliger et plerique alii, quidquid contradicant Barnesius et Sallier. ad Mœrid. Attic. p. 269.

Piers. Aldus νύμφαιόν. Corruptio nata videtur ex sequenti syllaba οι. SEIDL.

208. τῷ τᾶς Νηρέως κούρας. Achilli, Thetidis filio: finxerat enim Agamemnon, se velle Iphigeniam ei nuptum dare, ut superiore Tragœdia docuit Euripides. BRODÆUS.

210. δυσχόρτους. Interpretor *steriles, omnis amœnitatis expertes.* Hesych. εὔχειλον, εὔτροφον, εὔχορτον, et iterum: ἄχειλον, ἄτροφον, πολύχορτον. Pollux VII. 184. μηλόβοτος γῆ, εὔβοτος, εὔνομος, καὶ εὔχιλος, καὶ εὔχορτα πεδία, ὡς οἱ ποιηταί. Cf. supra ad v. 133. ad quem Musgravius citat Herodot. IV. 61. τῆς γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης, et Ovid. Trist. III. 12. 16. *Nam procul a Geticis finibus arbor abest.* SEIDL. De Peplo Minervæ vide ad Hec. 461.

213. ἱστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις. Siquidem emissus stridet radius. BRODÆUS.

215. ἀλλ' αἱμοῤῥάντων κ. τ. λ. Magnopere hic hæserunt Interpretes, quorum plurimæ in hunc locum extant conjecturæ. Sed sana puto omnia. Composita est locutio ex αἱμάσσειν ξένους (ut Orest. 1272. σφάγια φοινίσσειν) et αἱμάσσειν βωμοὺς (ut Androm. 260. αἱμάτου βωμόν). Pro simplici αἱμάσσειν ξένους poëtice dicit αἱμάσσειν ξένων ἄταν. Sic Phœniss. 1299. legimus πέσεα δαΐα αἱμάξετον de Eteocle et Polynice. Infra v. 392. κούρα διατέγγει αἷμα βρότειον. Διατέγγειν ἄχναν Sophocles dixit Trach. 848. Audaciori etiam compositione Orest. 982. Μυρτίλε φόνον δικὼν ἐς οἶδμα πόντε. Solve autem compositionem sic: αἱμάσσεσα βωμὲς, ὅπερ ἐστὶ δυσφόρμιγξ ξένων ἄτα. Noster Orest. 949. τιθεῖσα λευκὸν ὄνυχα διὰ παρηΐδων, αἱματηρὸν ἄταν, ubi bene Scholiastes: ἀντὶ τοῦ καταξέουσα ἑαυτῆς τὰς παρειὰς τοῖς ὄνυξι, ὅπερ ἐστὶ δι' αἵματος βλάβη. Nec plane dissimiles sunt Æschyl. Sept. Theb. 290. μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος, τὸν ἀμφιτειχῆ λεών, et Nostri Phœniss. 1352. ὦ τλῆμον, οἷον τέρμον', Ἰοκάστη, βίου γάμων τε τῶν σῶν, Σφιγγὸς αἰνιγμοὺς, ἔτλης. ubi conf. Pors. Nostri loci difficultatem auget minus usitatus verborum ordo. Præcedere enim debebat βωμοὺς, postponi ἄταν. Sed infra quoque, v. 1060. in simili causa expectaveris potius hunc verborum ordinem, ἔλεγον ἀείδεις οἶτον. SEIDL.

218. αὐδὰν, οἰκτρόν τ'. Aldus οὐδ' ἄνοικτρόν τ'. Una littera mutata Tyrwhittus αὐδὰν, οἰκτρόν τ', qua emendatione, quum præcesserit οἰκτρὸν, nihil est verius. SEIDL.

223. ἔτι νέον, ἔτι θάλος. Dictum arbitror pro ἔτ' ἔτι νέον θάλος, ut infra v. 1215. ἔτι μιν ἔτι βρέφος, κ. τ. λ. Namque νέον a θάλος disjunctum nolim. Supra v. 200. πρωτόγονον θάλος. v. 165. Ἀγαμεμνόνιον θάλος. Phœniss. 88. κλεινὸν θάλος. SEIDL.

225. Ἄργει σκηπτοῦχον Ὀρέσταν. Orestem, natum, ut Argis imperitaret; aliquando regem futurum. Barnes. Post hunc versum Marklandus posuit notam abrupti sermonis, perrecturam enim Iphigeniam fuisse putat, nisi eam interpellasset chorus. In quo fallitur. Oratio perfecta est et absoluta, nec usquam omnino tali quidem modo Tragici orationem abrumpunt. Construe ὃν—Ὀρέσταν ἔλιπον.—Ceterum ad totum hoc carmen conferri jubeo cognati argumenti locum in Nostri Hel. a v. 164. usque ad v. 252. ne quis in eo offendat, quod chorus Iphigeniæ infortunia et cognita habeat et in exponendis iis illi respondeat. Seidl.

228. Non opus est ut pro παῖ legatur τε, quod olim putavi. Defenditur παῖ ex nostri Cretens. citatis Porphyrio De Abstinent. IV. 19. Soph. Trach. 61. Eurip. Iph. Aul. 885. et aliis locis, ubi παῖ et τέκνον in eadem sententia, vel versu. Markl. Vide ad Phœn. 22.

230. τί δ' ἐστι κ. τ. λ. Vertunt: *quid vero terroris est in præsenti nuntio?* Sed Marklandus conjicit: τί δ' ἐστὶ τό με παρόντος ἐκπλῆσσον λόγου; *quid vero est, quod me deturbat (excutit) ex præsenti sermone?* vide ad v. 756. Musgravius mavult τοὐκ παρόντος, i. e. τὸ ἐκ παρόντος. Sed ægre abesse potest pronomen. Quare scripsisse puto Euripidem: τί μ' ἐστι τοῦ παρόντος ἐκπλῆσσον λόγου;—ἔστι ἐκπλῆσσον, i. e. ἐκπλήσσει. Seidl.

232. φυγόντες. Marklandus φεύγειν hic et infra v. 1291. male explicat *navigare*, quum sit *effugere*, ut sæpe. Seidl.

235. οὐκ ἂν φθάνοις ἄν, κ. τ. λ. *Non poteris satis celeriter præparare:* aliis verbis, *præpara cito*. Proprie, vix prævertes (illorum scil. adventum) præparationibus tuis. Seidl. Vide Brunck. ad Arist. Plut. 1133. qui confert Herac. 716.

242. καὶ τυχόντες εἵλετε; *Quomodo eos assecuti estis cepistisque?* Reiskius non male κἀντυχόντες, ut Hel. 1217. ναῦται σφ' ἀνεῖλον, ἐντυχόντες. Sed quod libri habent, intelligi potest, si ad τυχόντες suppleas αὐτῶν. Seidl. Pro πῶς malim ποῦ. Prima enim rustici responsio nihil nisi locum indicat. Musgr. Recte: πῶς irrepsit e v. 236.

245. βοῦς ἤλθομεν νίψοντες. Morem fuisse, pecudes quascunque, si scabræ essent, in mari lavare, docet Cato de Re Rustica, c. 96. Adde Oppian. Halieut. IV. 313. Musgr.

246. πῶς, Τρόπῳ θ' ὁποίῳ. Hoc pleonasmo sæpe Tragici utuntur. Ejusdem generis est Nostr. Electr. 776. ποίῳ τρόπῳ καὶ τίνι ῥυθμῷ. Seidl.

248. οὐδέπω βωμὸς θεᾶς κ. τ. λ. Veritati parum congruit hæc sententia. Conf. inf. v. 337. Marklandi conjectura dis-

plicet: itaque legerim: χρόνιοι γὰρ ἥκουσ', ἐξότου βωμὸς θεᾶς. *Veniunt enim, multo tempore exacto, ex quo ara deæ sanguinis Græci rivulis fuerit infecta.* χρόνιος hic et alibi denotat, quum quis, post intervallum temporis satis longum, aliquid agit. χρόνιον ἴχνος θείς, Orest. 224. χρόνιοί τε ξυνιόντες, Thucyd. Lib. I. 141. MALTBEIUS. Præeunte Heathio.

249. ἐξεφοινίχθη. *Penitus cruentata fuit:* ἡ γὰρ ἐξ πρόθεσις ἐπίτασιν δηλοῖ, teste Suida in ἐξωμμάτωμαι. Inter innumera exempla, quæ hanc præpositionis ἐκ potestatem illustrant, pauca tantum apponemus, quæ sic interpretanda esse Suidas auctor confirmat. In ejus ergo Lexico reperire licet: Ἐξάγιστος, λίαν ἐναγής. Ἔξαρνος, ὁ τῷ ἐξαρνεῖσθαι ἐπιμένων. Ἐξομόσαιτο, παντελῶς ἀρνήσαιτο. Ἐξωλεθρία, πανωλεθρία. MUSGR.

251. βοῦς ὑλοφορβούς. *Boves in-silvis-pascentes.* Homer. Il. E. 162. Πόρτιος, ἠὲ βοὸς, ξύλοχον καταβοσκομενάων. Sic θηρῶν ὑλονόμων, Anth. III. 25. p. 270. MARKL. Varro de Re Rust. II. 5. *Pascuntur armenta commodissime in nemoribus, ubi virgulta et frons multa.* MUSGR.

253. πορφυρευτικαὶ στέγαι. Quibus sc. opperiebantur purpurarum piscatores (πορφυρευταὶ), dum tempus esset, sportulas, purpuris captandis in mare demissas, extrahere. Vide Polluc. I. 48. MUSGR.

256. ἄκροισι δακτ. Brodæus: ἀκροποδιτί. SEIDL.

257. ἔλεξε δ'· οὐχ ὁρᾶτε; κ. τ. λ. Confert Gaisfordius Miltonum nostratem in Como; v. 297.

260. ὦ ποντίας παῖ Λευκοθέας. De hac Fabula videsis Apollod. Bibl. III. 4. et Ovid. Metam. IV. Fab. 13. BARNES.

262. εἴτ' οὖν ἐπ' ἀκταῖς θάσσετον, Διοσκόρω. Ignoscat lector et hic, si paullum de via excessero. Quæri enim potest, qua probabilitate hoc fictum sit. Nuper enim admodum mortui erant Dioscuri, Castor et Pollux; neque de eorum divinitate adhuc etiam inter Græcos convenerat. Duplex enim fama de iis obtinuerat (prout sorori eorum Helenæ narrat Teucer, Helen. 138. seqq.). Alii enim dicebant, eos sibi manus intulisse ex mœrore ob flagitia et dedecora sororis suæ Helenæ: Alii, in numerum deorum adsumtos fuisse. Itaque quæri, inquam, potest, unde barbaris Tauris, tam longe a Græcia dissitis, neque hoc solum, sed et pastoribus et bubulcis (ignarissimis mortalium, et quibus *parum erat commercii cum mari,* ut Iphigenia dicit supra v. 243.) *marinum* Dioscurorum *Numen* tam familiariter innotesceret? Et dicendum est, opinor, vel, hoc Tauris notum esse potuisse ex narrationibus *Græcorum captivorum;* quod fieri forte potuit: vel, Euripidem sui ob-

litum fuisse ; quod etiam fieri forte potuit : puto enim hoc ei (et cui non ?) alibi accidisse. Hic autem armentarius Tauricus precatur quasi merus esset Græcus, et in ævo Euripidis natus. Markl. Facile poëtæ condonabimus, quod minus hic temporum et hominum, qui loquuntur, rationem habuerit. Ab hac parte haud raro Tragici peccant, si tamen hoc est peccare. Seidl.

263. Νηρέως ἀγάλμαθ'. Brodæus : *filii.* Nisi potius deos marinos dicit Νηρέως ἀγάλματα, i. e. χάρματα. vide Suid. v. ἀγάλματα. Seidl.

264. ἔτικτε πεντήκοντα Νηρήδων χορόν. Vide quæ nos ad Iphig. Aul. 1044. ubi de quinquaginta Nerei filiabus. Quod τίκτω autem de *Maribus* dicatur, vide Iphig. Aul. 464. Barnes.

265. μάταιος. Id est, οὐκ εὐσεβής. Seidl.

266. ἐφθαρμένους. Recte vertitur *naufragos.* Seidl.

270. θηρᾶν. Intellige ἔδοξε ex versu antecedente, in quo significat *visus est,* hic *visum est.* Seidl.

277. ἐστομωμένη ; Στομοῦν est ὀξύνειν, ἀκονᾶν, diciturque proprie de gladiis, quibus acies additur. Transfertur deinde ad alias res, quæ infestæ redduntur, ad usum infestum instruuntur, armantur. Hinc nostro loco δειναῖς ἐχίδναις ἐστομωμένη interpretor *horrendis viperis instructa, armata.* Vertunt vulgo *ruens armata* seu *infesta.* Sed illud *ruens* certe Græco verbo non inest. Plutarch. Anton. p. 298. πολλοῖς ἀκοντισταῖς καὶ σφενδονήταις οὐ μόνον τὴν οὐραγίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς πλευρὰς ἑκατέρας στομώσας, ἐν πλαισίῳ τὸν στρατὸν ἦγε, ubi στομώσας est : quum *infestas reddidisset,* atque ita *firmasset.* Seidl.

278. ἐκ χιτώνων. De longa eaque nigra Furiarum veste cf. Stanlei. ad Æschyl. Choëph. 1046. et Eum. 55. Qua veste si fingas hanc Furiam volantem caput quoque sibi involvisse, recte dicetur ἐκ χιτώνων πῦρ καὶ φόνον πνέειν. Marklandus conjicit ἐξ ἐχιδνῶν, Musgravius ἐκ χαλινῶν, *ex labiis.* Ceterum cf. Æschyl. Eum. 132. 177. Choëph. 1046. seqq. Seidl.

279. πτεροῖς ἐρέσσει. *Remigat alis.* Metaphora a navigatione ad volatum, et e contra, frequens est apud Poëtas, ut *remigium alarum ;* Virg. Sic *vela* dicuntur *navium alæ,* &c. Barnes. Alas Furiis Euripides tribuit hic et Orest. 266. quas Æschylus Eum. 51. ἀπτέρους nuncupat. Seidl.

280. πέτρινον ὄχθον ὡς ἐπεμβάλῃ. *Ut injiciat* mihi *saxeam* hanc *molem :* stabat enim juxta rupem quando hæc locutus est. ἐπεμβάλῃ, scil. ἐμοὶ, ut v. 904. quæ non opus fuisset notasse, nisi in versione et explicatione hujus loci a viris doctis

mire erratum vidissem. Memineris autem hunc esse *insani* sermonem. Est παρὰ προσδοκίαν: *insano* tamen convenientissimum, atque adeo hoc loco pulcherrimum. In Longini περὶ Ὕψ. cap. xv. prædicatur Euripidis studium et felicitas in exprimendis his duabus animi affectionibus, Furore et Amore. Et sane ἀναίσθητος sit oportet qui hæc Orestis (a versu 275.) sine animi commotione legere possit. MARKL.

282. Legendum ταῦτα. Vulgo ταὐτά. Totum hunc locum quoniam non intelligebant interpretes, variis conjecturis operam dederunt. Dicit hoc: *Licebat autem videre non has formarum species,* (quas scil. dicebat,) *sed confundebat ille sonos vitulorum canumque latratus, quos voce Furiæ dicuntur imitari,* i. e. in mugitu vitulorum, canumque latratu sibi visus est agnoscere Furias, quæ cum canibus solent comparari. Hoc modo etiam nexus cum proximis aptissimus est. SEIDL.

288. Recte post λαγόνας Schæferus comma posuit, ut jam voluit Heathius. Reiskius et Marklandus legi malunt λαγόνας εἰς, πλευράς θ' ἱεὶς, probante Musgravio, qui πλευρὰς *costas ipsas*, λαγόνας autem *ilia* significare monet. Sed πλευρὰς, opinor, interpretandum hic est de *latere* in universum. SEIDL.

289. δοκῶν Ἐρινῦς κ. τ. λ. Id est, *putans talia facta arcere Furias.* SEIDL.

293. κόχλους. De concharum, ante tubam inventam, usu vide Hesych. v. κόχλος. Nonnum, Lib. XVII. v. 93. MUSGR. Cf. etiam Lobeck. ad Soph. Aj. 17.

296. πολλοὶ δ' ἐπληρώθημεν. Id est ἐπληρώθημεν, ὥστε πολλοὶ εἶναι, *numerus noster ad multitudinem expletus est;* i. e. tam frequentes convenimus, ut brevi multi essemus. Aliquid similitudinis habet Soph. Electr. 708. Βοιωτὸς ἄλλος δέκατον ἐκπληρῶν ὄχον, *curru suo decem curruum numerum explens.* SEIDL.

297. πίτυλον. Significat proprie quemlibet *motum, continuum* præsertim *ac intensum,* specialiter συστροφὴν χειρῶν, *micationem manuum;* ψόφον ὑδάτων et καταφορὰν ὑδάτων, *strepitum* et *defluxum* aquarum; item apud pugiles, τὰς ἐν περιόδῳ καταβολὰς τῶν πληγῶν, *vulnerum* per vices *inflictiones:* apud nauticos vero, τὸ πρὸς κέλευσμα ἐλάσαι, *remos ad* Celeusma *movere;* uti nos docet Hesychius. Figurate autem hic Poëta μανίας πίτυλον vocat *furiosum illum,* quo Orestes stimulabatur, *motum.* Scholiastes autem in locum ait: πίτυλος· ἡ συνεχὴς φορὰ τοῦ ποτηρίου, *frequens poculi circumlatio.* Ita Alcest. 815. πίτυλον σκύφου vocat *liberam compotationem;* quod tamen alii ad κότταβον referunt. BARNES.

299. πρὔργου πεσόντα. Heath. vertit *hominem opportune lapsum*. BECK.

302. Codd. omnes habent εὐπήνυς ὑφάς. Recte: ut πρὐκάλυπτεν sit transitivum, *tegendo prætendebat*. Præivit Euripidi Homerus Il. E. 315. vide Iliad. P. 132. MARKL. εὐπήνοις conjecerant Reiskius et Piersonus. Aldus εὐπήκτοις ὑφαῖς. Hesychium v. ἀπέψα, ἀπέμασσεν, ad hunc locum respicere putant ejus Interpretes. SEIDL.

303. τραύματα. *Vulnera*, i. e. *tela*. MARKL.

310. οὗ. De tempore, ut ἵνα. Vide Schæf. ad Soph. Œd. Col. 621. SEIDL.

311. ἀλλ' ὅπως θανὔμεθα Κάλλισθ'. Id est, σκόπει vel σκοπῶμεν ὅπως: quamobrem distinguendum plene post Κάλλισθ'. vide Æschyl. Prom. 68. et Schol. Aristoph. Equit. 80. MARKL.

313. δίπαλτα πολεμίων ξίφη. Egregie nugatur Stiblinus, dicendo, παλτὸν esse teli genus, Medis ac Persis peculiare; quia nempe Xenophon de Persa Cyro dicit, quod τὰ παλτὰ ἐπὶ τὰς χεῖρας ἔλαβε: quum vox sit Græca et Græcæ originis, a πάλλω, *vibro*, deducta. Hinc Hesych. παλτά· ἀκόντια, λόγχαι. Et certe, quicquid alias δίπαλτον, vel ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν, vel παντὶ σθένει, significat, nihil antiquius hic habuit Poëta, quam *duos* duorum juvenum *strictos* et *vibratos* enses exprimere. Vide J. Brodæum in hunc locum. BARNES.

314. λεπαίας ἐξεπίμπλαμεν νάπας. Proprie λέπας significat *promontorium*, ut apud Nicandrum et in Anthologia; et hinc Euripides alio in loco λεπαίας χθονὸς de *montosa terra* dixit; item *saltus* potest sonare *corticibus abundans*; et hinc in hoc loco λεπαίας νάπας *saltuosas sylvas* vocat. Videsis Lexicographos. BARNES.

316. ὠσαίατο. Intellige de Oreste et Pylade. SEIDL.

317. Plerique MSS. αὖτις, quod jam ante collatos libros multi conjecerant. Aldus ὗτις. Scripsi cum Schæfero αὖθις, quam formam hodie in Tragicis ubique solent reponere. Nempe illud Ionum esse fertur, hoc Atticorum. At quærere tamen licet, quamobrem librarii formæ αὖθις, cui assueverant, rariorem prætulerint hic et infra 575. 737. 1277. Iph. Aul. 442. 1000. εἰσαῦτις, infra v. 367. Suppl. 415. et alibi sæpe. Præterea frequentissimum est apud Tragicos Ionicum αὖτε, quod solus Æschylus habet his locis: Sept. Theb. 5. Agam. 340. 561. 569. 1032. 1086. Choëph. 407. 412. 977. Eum. 49. 253. Pers. 181. Quin etiam Aristophanes Lysistr. 66. Vesp. 1015. Nostro loco ipsa quoque corruptela ὗτις ducit

ad αὖτις, non ad αὖθις. Constat denique, veterem Atticismum cum Ionismo fuisse conjunctissimum. Has ob causas in ambiguo adhuc esse putaverim, utra forma in Tragicis anteponenda sit. Grammaticorum autem quorundam præcepto, qui de significationis diversitate inter αὖτις et αὖθις disputant, (vide Valcken. ad Ammon. p. 27.) vix quidquam tribuendum est. Τὸ ὑπεῖκον collectivum est pro οἱ νῦν ὑπείκοντες. SEIDL. Νῦν, *modo*, *nuper*, de re præterita, ut Hecub. 1120. D. Joan. XI. 8. MARKL. Piers. Ver. p. 18. totum locum reddit ita: *Fugientes montanas implerimus sylvas. Sed, si quis fugeret, alii irruentes jaciebant ipsos: si vero hos pellerent, rursus, qui nunc fugiebant, illos saxis petebant.* BECK.

319. βαλών. Ita MSS. tres. Vulgo λαβών. Innuit Pastor, non sine numine divino evenisse, ut nemo victimas deæ addictas lapide attingeret, sed integræ illibatæque aris reservarentur. Statius Theb. VII. 696. *ne quid mortalia bello Lædere tela queant.* MUSGR. Porsonus ad Orest. 1210. citat ηὐτύχει βαλών. SEIDL. εὐτύχει idem est quod ἐπέτυχεν, *fortunatus fuit*, vel *scopum attigit.* MARKL.

325. Vulgo ὡς χέρνιβάς τε καὶ σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι. Malim: ἐς χέρνιβάς τε καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι. Lycophron, v. 196. nescio, an huc respiciens: σφαγείων ἠδὲ χερνίβων πέλας. Suidas σφαγεῖον explicat τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃ εἶπεν ὁ Ποιητὴς ἀμνίον. Locus Homeri est Odyss. III. 444. ubi Scholiastes ἀμνίον ab Atticis σφαγεῖον dici testatur. ὡς in ἐς mutavi, inductus observatione Valckenærii V. Cl. ad Phœniss. 1400. ὡς pro εἰς non adhiberi, nisi nomine proprio sequente. Qui ἐξέπεμπε retinent, interpretari debent, ne præpositio ἐξ otiosa sit, *ex urbe tibi misit.* MUSGR. Probante Porsono.

330. τὸν φανέντα. Id est, περὶ τοῦ φανέντος. Sæpe occurrit hoc schema Ὁμηρικόν. vide Aristoph. Av. 167. et Scholiast. MARKL. De hac loquendi formula, vide Schæf. ad Theocrit. Id. XXV. 179. coll. Erfurdt. ad Soph. Antig. 212. SEIDL.

331. Ἕλληνος ἐκ γῆς. Sic Heraclid. 130. στολὴν γ' Ἕλληνα. MUSGR. Duos alios locos e Tragicis adduxit Elmsleius, in quibus legitur Ἕλλην femininum: viz. infra v. 481. Æsch. Agam. 1263. adeo ut quater omnino in hoc genere occurrit, et ubique, ut censet V. D., corruptelam efficit. Sed hoc dubitandum. Vide Lobeck. ad Soph. Aj. 323.

333. οἷα. Dicit, opinor, hoc: τὰ δὲ ἐνθάδε, οἷα ἔσται, (sive, ut Brodæus, οἷα εἶναι πρέπει,) ἡμεῖς φροντιούμεθα, *qualia vero ea erunt, quæ hic in templo facienda sunt,* (i. e. quomodo vero

ipsum sacrificium institui oporteat,) *mihi curæ erit.* Pro οἷα Reiskius conjecerat ὅσια vel οἷδε. Posterius etiam Toupius in Suid. II. p. 167. Prius amplectitur Musgravius, rejecto illo, quod ipse in Exercitt. in Eurip. proposuerat, οἷα, ex Hesychii glossa: οἷα, τὰ δεινὰ, Αἰολεῖς. SEIDL.

336. θοὐμόφυλον. Sic recte correxerat Barnesius, ut scribimus θοἰμάτιον, θοὔρμαῖον, θοὐκαταῖον, θἀμάρτια, Æschyl. Agam. 548. et alia multa. Eodem modo in Nostri Cyclop. 238. scribendum θἀδώλια. Aldus τοὐμόφυλον. SEIDL.

337. λάβοις. Marklandus male legi vult λάβες, i. e. ἔλαβες, quod ἡνίκα sine ἂν nonnisi cum indicativo ponere soleat Euripides. Eadem est constructio, quam paulo ante vv. 315. 316. fecit particula εἰ. Cf. Matthiæ Gramm. Gr. §. 521. SEIDL.

338. ἠγριώμεθα, Δοκοῦσ'. Sine causa hic locus vexavit interpretes. Illud δοκοῦσ' neque est δοκοῦσαι, neque nominativus absolutus pro δοκούσης ἐμοῦ. Participium singularis numeri sæpissime jungitur cum verbo plurali. Vide Lobeck. ad Ajac. 191. et Brunck. ad Soph. Philoct. 645. SEIDL.

341. καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν ἀληθές· κ. τ. λ.. Marklandus: "Sensus esse videtur; *vera ratio hujus malevolentiæ meæ erga hos hospites est, quia* angor." Intellige potius sic; *id ipsum profecto est, animi ægritudo et indignatio erat, quæ me occupavit, nam,* &c. Spectat ad illud, quod paulo ante dixerat ἐξ ὀνείρων, οἷσιν ἠγριώμεθα. SEIDL.

343. αὐτοὶ κακῶς πράξαντες. Vertunt: *propterea quod ipsi male rem gerant,* i. e. *infelices sint.* Bene quidem, neque esset tautologia, quam viri docti hic videre sibi videntur, modo scriptum legeretur πράσσοντες. Sed quid aoristus πράξαντες? Euripidem dedisse puto καλῶς pro κακῶς hoc sensu: *Infelices, qui ipsi aliquando felices fuerunt, felicioribus se non bene volunt.* Familiarissima Euripidi est sententia, eos tantum adversa fortuna vere cruciari, qui antea felices fuerint. Vide infra ad v. 1086. Paulo post v. 368. eodem vitio libri habent κακῶν pro καλῶν. SEIDL.

344. οὔτε—Οὐ. Vide Schæf. ad Soph. Œd. Col. 972. Sic etiam in Nostri Orest. 46. μήτε—μὴ—μήτε. SEIDL.

345. Συμπληγάδας. Marklandus legi vult Συμπληγάδος in genitivo, quamquam non ignoret, Euripidem sæpe ponere διὰ *per* cum accusativo. At si alibi fecit, quidni etiam hic potuerit? SEIDL.

347. ἵν' ἀντετιμωρησάμην. Vide ad Phœn. 206. MUSGR.

348. τῆς ἔνθαδ' Αὖλιν κ. τ. λ. Sensus: *Cædem meam in Au-*

lide peractam compensans cæde alia hic peragenda, veluti in altera Aulide. Stiblin.

349. οἴ μ', ὥστε. Legendum cum Pierson. ἤ μ' ὥστε, *ubi me ut*—. Musgr. Probante etiam Marklando, et Elmsleio.

352. ὅσας γενείῳ χεῖρας ἐξηκόντισα. Locutionem ὅσας χεῖρας, quæ recte habet, unice explicat et illustrat locus Callimachi Hymn. in Dian. v. 26. Ὣς ἡ παῖς εἰποῦσα, γενειάδος ἤθελε πατρὸς Ἅψασθαι, ΠΟΛΛΑΣ δὲ μάτην ἐτανύσσετο ΧΕΙΡΑΣ. i. e. *sæpe* extendit, ut recte cepit Vulcanius. Ejusdem generis videtur πᾶσαν ἵης γλῶσσαν, apud Soph. Electr. 598. *semper in ore habes.* Homerus Odyss. B. 151. de duobus aquilis Telemacho missis a Jove, τιναξάσθην πτερὰ ΠΟΛΛΑ· multas *alas quatiebant*: i. e. *frequenter.* In nostro idiomate servatur loquendi genus; nam D. Luc. XXII. 53. vertitur, *Ye stretched forth* no hands *against me.* Markl. Constructio sic instituenda: ὅσας χεῖρας ἐξηκόντισα ἐξαρτωμένη γενείου γονάτων τε τοῦ τεκόντος. Iph. Aul. 1213. περὶ σὸν ἐξαρτωμένης γένειον. Hanc explicationem jam video proditam a Schæfero ad Lamb. Bos. Ellips. p. 716. Seidl.

356. νιν. Id est, νυμφεύματα ἐμὰ, ut jam explicat Brodæus. Musgravius cum Tyrwhitto emendat: μήτηρ δ' ἐμὲ, σέθεν κατακτείνοντος, Ἀργεῖαί τε νῦν ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν. quoniam per totam hanc fabulam Clytæmnestra Argis relicta esse fingatur, quo tempore Aulide immolata sit Iphigenia. Non video, quid in librorum lectione contrarium sit. Νῦν etiam Heathius voluerat. Seidl.

360. ἐν ἁρμάτων δ' ὄχοις. Tantillam rem tam flebili querelæ immisceri est fortasse, quod mireris. Sed neque hoc nullam ad pathos movendum vim habet. Heroicis enim temporibus majorem, quam postea, dignitatem habuit ἐφ' ἅρματος ὀχεῖσθαι, solis, ut videtur, Principibus ita tum vectari solitis: unde non immerito indignetur Iphigenia, quod aliis omnibus honori erat, sibi uni ex fraude patris in perniciem vertisse. Potest etiam allusio esse ad currum, quo novam nuptam ad mariti domum deduci mos erat. Musgr.

361. Cum hoc versu oratio Iphigeniæ ad patrem finitur. Seidl.

362. Voces ὄμμα et διὰ καλυμμάτων ambiguæ sunt: sed explicantur versu 1110. Iphig. Aulidensis. Markl. De constructione vide ad Phœniss. 370. καλύμματα sunt *amicula*, quibus, ex more Veterum, nova nupta obtecta erat. Lucianus in Sympos. καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη. Hinc ἀνακαλυπτήρια vocabatur dies, in qua sponsus ἐκκαλύπτει

τὴν νύμφην. Polluc. III. 36. vide et Æschyl. Agam. 1188. Musgr.

363. Pro τοῦτον εἱλόμην legi vult Tyrwhittus οὔτ᾽ ἀνειλόμην, quod neutiquam necessarium est. Idem versu sequenti κασιγνήτῃ in dativo, ut jam ante Stiblinum nonnulli voluerant. Sed sororis mentio ab hoc loco alienior est. Nam proxime quoque de Oreste loquitur. Dicit hoc: *nec, licet soror ejus, parvum meum fratrem tum osculata sum præ pudore;* aliorum scil. non fratris. Nam si osculata esset, retegenda fuisset facies, quam obvolutam nuptæ habebant. Tyrwhitti emendationi, laudatæ olim a se ad Lamb. Bos. p. 229. jam ipse Schæferus objicit, particulam οὔτε alienum locum occupare. Seidl.

368. Pro vulgato κακῶν ipse sensus ducit ad καλῶν. Iphigenia enim nondum audiverat de cæde patris sui: putavit illum adhuc εὐδαιμονεῖν, v. 529. Reisk. quoque legit καλῶν. Markl.

370. τὰ τῆς θεοῦ δὲ κ. τ. λ. Addit hanc disputationem Iphigenia, quod jam abitura est, ut ad hospitum immolationem necessaria præparet. Ceterum ab hoc versu usque ad finem orationis sententiæ sic videntur cohærere: *Non laudo Dianam, quæ quum arceat a templis cæde aliaque ratione pollutos, ipsa hostiis humanis delectetur. At fortasse et hanc deam et ceteros deos, qui Tantali quondam epulis delectati esse dicuntur, immerito talis crudelitatis accusamus. Homines potius culpam suam transferre videntur in deos, qui a scelere immunes sunt.* Seidl.

372. λοχείας. Puerperæ ob recentem partum immundæ. Brodæus. Hos vero ritus et purificationes et immunditiem, a tactis cadaveribus ortam, tangunt Mosaicæ sanctiones. Barnes.

375. οὐκ ἔσθ᾽, ὅπως κ. τ. λ. Jovis et Latonæ filia sapientior est, quam ut tale quid admittat. Ceterum vereor, ne Euripides scripserit numerosiore verborum ordine ὅπως ἂν ἔτεκεν. Seidl. Porsonus ὅπως ἔτικτεν legit, ejecta particula.

376. τοσαύτην ἀμαθίαν. Geminam locutionem vide infra v. 384. Sic Homerus ὁμηλικίη pro ὁμῆλιξ. Odyss. Γ. 49. Ζ. 23. Musgr.

377. τὰ Τ. θεοῖσιν ἑστιάματα. Fabula est, deos aliquando a Tantalo convivio exceptos, interque cæteras epulas ipsum illius filium, Pelopem, iis appositum, reliquos deos facti horrore abstinuisse; Cererem solam ex humero illius cœnasse. At Jupiter, pueri casus misertus, illum vitæ restituit, humerumque ex ebore addidit: unde Virgilius, Georg. III. 7.

humeroque Pelops insignis eburno. Vide Servium in locum. Hanc fabulam Euripides in hoc loco, ut impiam, damnat, quod et Pindarus facit Olymp. 1. Ἐμοὶ δ' ἄπορα, γαστρίμαργον Μακάρων τιν' εἰπεῖν. Ἀφίσταμαι· ἀκέρδεια λέλογχε θαμινὰ κακαγόρους. BARNES. De constructione vide ad Phœn. 934.

380. τὸν θεόν. Amicus suggessit τὴν θεὸν, *Dianam:* quæ certissima est emendatio. MARKL.

384. οἶστρος. Recte interpretatur Barnesius ἡ οἰστρηθεῖσα Ἰώ. Sic solent Græce abstractum pro concreto usurpare, ut θηλείαις pro δούλοις, Bacch. 759. παιδουργίαν pro παιδουργὸν, Soph. Œd. Tyr. 1271. vide et ad v. 376.—ποτώμενος. *Ocyssime festinans.* Homerus: de equis Diomedis Il. Ψ. 381. ἐπ' αὐτῷ γὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην. Vide et Cyclop. 71. MUSGR.

388. Post τίνες ποτ' interrogationis notam posuit Musgravius. Sed nolim disjungi τίνες ποτ' ἄρα. Construe: τίνες ποτ' ἄρα αἶαν ἄμικτον ἔβασαν, λιπόντες Εὐρώταν ἢ ῥεύματα Δίρκας. SEIDL.

389. δονακόχλοα. Sic Nicander ἔγχλοα φλοιὸν, Ther. 676. ἔγχλοα ῥίζαν, ibid. 885. MUSGR.

391. ἄμικτον. Recte per ἄξενον explicat Brodæus. SEIDL. Isocrates Evagora, p. 315. ed. Auger. τὸν δὲ τόπον ἄμικτον ὅλον παραλαβὼν καὶ παντάπασιν ἐξηγριωμένον, ἡμερώτερον καὶ πρᾳότερον κατέστησεν. ELMS.

393. βωμῆς. Regitur non a διατέγγεις, sed a περὶ, ex sequentibus repetendo. MUSGR. Vide ad Phœn. 284.

395. ῥοθίοις κώπαις. Sic ῥοθίαις πλάταις, infra v. 1102. ῥοθίῃ νηΐ, in Epigr. Antipatri, Anthol. H. Steph. p. 75. κώπης ῥοθιάδος, Æschyl. Pers. 396. MUSGR.

397. Bene ἔπλευσαν Reiskius active accipit pro πλεῖν ἐποίησαν. Cf. Lobeck. ad Ajac. 40. p. 225. SEIDL. Vide ad Hec. 523.

398. Pro λινοπόροις Musgravius proponit λινοφόροις. Sed λινόπορος fere idem significat. Sic Noster Iphig. Aul. 170. πλάτας ναυσιπόρους, i. e. *navem promoventes:* coll. Troad. 872. ναυπόρῳ πλάτῃ. Et Phœniss. 1713. ναυσίπομπον αὔραν. Item post λινοπόροις Marklandus et Musgravius copulam τ' insertam volunt, quam rectius poëta omisit. Ceterum strophæ hujus et antistrophæ argumentum est, quinam sint hospites illi Græci, et cur huc venerint. SEIDL.

400. Reisk. αὔξοντες putat idem esse, quod τρέφοντες, *nutrientes in pectore suo contentionem divitiarum amantem,* i. e. studium divitiarum cogendarum. BECK.

403. ὄλβυ βάρος οἳ φέρονται. *Qui divitiarum onus reportant.* Idem usus vocis φέρονται apud Nicandrum in initio Theriacorum: τὴν ἀπὸ Θρηΐκιυ νομέες ποταμοῖο φέρονται.—ὄλβυ βάρος illustrari posset ex Electr. 1288. Soph. Ajac. 130. Musgr.

404. ἐπ'. Hæc præpositio, quam Aldus et antiquissimæ editiones exhibent, typographi, opinor, vitio in edit. Æm. Porti aliisque desideratur. Apte Marklandus comparat Platon. de Republ. II. τὺς δὲ πλάνητας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρυς (καλῦμεν). Seidl.

406. Vulgo κεναὶ δόξαι. Metrum et sensus videntur ducere ad κενόδοξοι, *vani* vel *falsi opinionibus suis: habentes pravas rerum notiones.* Markl. Pro ἄκαιρος legendum puto ἄκηρος, quod idem sit quod ἀκήριος, explicatum a Grammaticis ἄνοσος, ὑγιὴς, ἀβλαβὴς, ἄφθαρτος. Ita duplici forma dicimus ἀτηρὸς et ἀτήριος. vide Brunck. ad Soph. Antig. 4. ἐπίκηρος et ἐπικήριος. Ἄκηρος firmatur etiam superlativo ἀκηρότατος. vide Wyttenbach. Bibl. Crit. II. 2. p. 54. cujus mentem parum accurate expressit Schneiderus in Lexico. Ludit autem poeta in verbo ὄλβος et divitias significante et felicitatem. Paulo ante eos, qui divitias anxie conquirant, κενοδόξυς dixit, quippe qui felicitatem quærant ex re, in qua per se non insit. Jam addit, his potius, quibus mens est illibata et incorrupta a divitiis (ἄκηρος ὄλβυ), i. e. qui immunes sunt ab illo morbo, quo divitiarum causa homines laborare solent, his felicitas (ὄλβος) in medium venit, hi vere sunt ὄλβιοι. Cf. Æschyl. Eum. 532. ἐκ δ' ὑγιείας φρενῶν ὁ πᾶσι φίλος καὶ πολύευκτος ὄλβος. Particula μὲν spectat ad suppressam sententiam, ἐκείνοις δὲ ὔ. Possis etiam in eandem fere sententiam conjicere ἄκληρος. Εἰς μέσον ἥκειν dicuntur ea, *quæ præsto sunt, quorum nobis fit copia,* plane ut Latinorum *in medium venire* et *in medio esse,* ut Terent. Adelph. III. 4. 33. Hermannus vulgatam explicari quodammodo posse putat sic: *sententia aliis est non tenens modum in divitiis, aliis autem moderata.* In qua explicatione sunt quæ me offendant. Seidl. Locus satis quidem difficilis, nec multum V. D. conjecturis expeditus.

410. ἀΰπνους. *Nunquam tranquillas, nunquam maris agitatione et fremitu carentes.* Tales necessario erant oræ, quæ Bosporo adjacebant. De immanitate autem hujus regionis vide Ammian. Marcellin. Valer. Flacc. II. 216. *Asiamque prementem Effugit abruptis Europa* immanior *oris.* Phineum vero in Europa regnasse docet præter Sophoclem idem Flaccus: IV. 463. *Nam rex ego divitis Hebri.* Musgr.

412. Construe: δραμόντες ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ καὶ πλησιο-

τίοισι πνοαῖς, κ. τ. λ. τὰν πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν. Seidl. Τρέχειν (unde particip. δραμόντες) est *navigare*, ut *currere* Latinis. Sic ἔδραμε ῥόθια, *cucurrit per fluctus*, Helen. 1118. δραμεῖν αἰγιαλὸν, *currere* vel *navigare per litus*, id est, *navigando transire litus*. Markl. ῥόθιον *proprie* est cursus maris versus certum aliquem locum, non agitatio ex tempestate. Plutarch. Sympos. Lib. II. Probl. 10. ὥσπερ ἐν ῥοθίῳ ταχυναυτούσης τριήρους. Aristoph. Equit. 543. αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον. Musgr.

415. ἐγκύκλιοι. Ita bene emendarunt Heathius et alii. Cf. Iphig. Aul. 1044. Aldus ἐγκυκλίοις.—Parenthesin faciunt illa, ὅπου—ἐγκύκλιοι, et paulo post, συριζόντων—πηδαλίων. Seidl. Verbum μέλπειν non semper *cantare* significat, nonnunquam enim *ludere*. Sic μέλπεσθαι Ἄρηϊ, Hom. Il. H. 242. ubi Scholiastes: κυρίως μὲν παίζειν, ἢ τέρπεσθαι. Idem μέλπηθρα interpretatur ἐμπαίγματα, παίγματα, ad Iliad. N. 233. P. 255. Athenæus de Odyss. Δ. 19. μολπῆς, ἀντὶ τοῦ, παιδιᾶς. Hesychius: μέλπει· παίζει. Ludendi notionem melius altera hic convenire arbitror, siquidem de cantibus Nereidum non multum apud Poëtas invenio, uno, quantum memini, Virgilio unius Clymenes cantum quendam memorante: Georg. IV. 345. Musgr.

418. Heathius πηδάλια εὐναῖα dici existimat, quia hæc quoque navem quodammodo εὐνάζονται, *rectam tenent* (immo *moderantur*), ne quaquaversum pro lubitu ventorum et fluctuum jactetur. Hanc explicationem commemorat etiam Brodæus, quæ mihi vera videtur. Ob eandem enim causam ancoræ εὐναὶ vocantur, teste Eustath. in Hom. Il. A. p. 131. quem affert Heathius. Seidl.

419. αὔραις ἐν νοτίαις. Uberius explicat illa, πλησιστίοισι πνοαῖς. Vulgo male αὔραις ἐννοτίαις, pro quo Britanni malunt αὔραισιν νοτίαις. Equidem Aldi lectionem revocavi. Seidl.

421. πολυόρνιθον αἶαν. Haud dubie respicit Leucen insulam, de qua Arrianus in Periplo maris Euxini: ὄρνιθες δὲ πολλοὶ αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ. Philostratus quoque in Heroicis: οἰκεῖν μὲν δὴ λευκὰς ὄρνιθας ἐν αὐτῇ φασιν. Adde Dionysium Perieget. v. 544. ibique Eustathium. Musgr.

422. Λευκὰν ἀκτάν. Nimis curiosus est Musgravius, qui sibi persuadere non potest, *eruditum* poëtam nostrum tantum ambiguitatis crimen admisisse, ut λευκὴν νῆσον vocaverit λευκὴν ἀκτὴν, quoniam insula extet in Propontide hoc ipso nomine insignita, auctoribus Herodoto VII. 25. et Suida. Nihil eum movet, quod eandem insulam λευκὴν ἀκτὴν Noster iterum nuncupat Androm. 1238. et Scholiastes Pindari ad Nem. IV.

Stroph. 3., sed hunc alterum erroris insimulare, alterum, Euripidem, utroque loco corruptum judicare mavult. Quasi vero, ut hoc unum commemorem, apposita illa, Ἀχιλῆος δρόμους καλλισταδίους, ullam ambiguitatem admittant. — Ceterum conferri jubent Interpp. Steph. de Urb. v. Ἀχίλλειος δρόμος, et Pausan. p. 102. seq. aliosque. Seidl. Vide ad Androm. l. c.

424. Εὔξεινον κατὰ πόντον. Male vertunt *Euxinum ad pontum.* Debebat *in Euxino ponto.* Seidl.

425. δεσποσύνας. *Filiam herilem* ex Plutarcho interpretantur Lexica. Marklandus emendat δεσποσύνοις. Nihil vetat, δεσποσύναν *dominam* esse, cum *Dominus* valeat δεσπόσυνος. Tyrtæus apud Pausaniam, p. 124. Δεσποσύνοισι φέροντες ἀναγκαίης ὑπὸ λυγρῆς. Auctor Epigramm. in Anthol. Stratonis: Οὐκ ὢν ἀπάλαιστος ὁ δεσπόσυνος πρὸς ἀλείπτην. Musgr. Chorus refert ad votum Iphigeniæ, quod supra fecit, v. 344. Barnes.

430. λαιμοτόμῳ Δεσποίνας χερί. Observat Musgravius, hoc loco Iphigeniam propria manu hostias dici jugulasse, quod tamen ipsa diserte neget, v. 39. iterumque, v. 608. Hinc locum vitiosum existimat. Manus Iphigeniæ dicitur λαιμοτόμος, non quod ipsa jugulaverit hospites, sed quod, quemcumque manus ejus conspersisset, is necessario moriturus erat. Similiter infra v. 848. ἐξ ἐμᾶν δαϊχθεὶς χερῶν. Seidl.

431. θάνῃ. Grammatica videtur requirere θάνοι. Sed defendi potest θάνῃ, si fingas, cupido chori animo rem ita præsentem observari, tanquam si vere fiat. Seidl.

432. ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους. Justum nempe esset, Helenam, cujus causa Iphigenia ad aram ducta est, ab eadem immolari. Barnes.

433. ἥδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγ. Musgravius: "Legendum, metro jubente, sensu non repugnante: ἡδίστην δ' ἂν ἀγγελίαν." Dixerim potius, sensu jubente, metro non repugnante. Nam vulgata metro quidem non adversatur, sed sententiarum nullus est nexus. Chorus hoc dicit: *Utinam huc aliquando veniat Helena, ob quam Iphigenia in Aulide mactata est, ut morte sua dominæ meæ pœnas luat. Omnium tamen jucundissimus hic mihi foret nuntius,* (i. e. Helenæ morte etiam jucundior) *si quis veniret, meque e servitute in patriam reduceret.* Ceterum pro Musgravii ἡδίστην scribe ἡδίσταν. Seidl.

437. καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαίην κ. τ. λ. Vel Chorus hic respicit ad Iphigeniæ somnium supra narratum, ubi Puella se dicit sibi visam in Argis inter medium harum Puellarum Chorum dormiisse; vel exponendus est locus hoc modo: *Etenim vel in somniis contingat mihi domi esse in Patria:* juxta illud

Homeri Odyss. I. 34. Ὡς ἠδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, κ. τ. λ. Item Odyss. Λ. 57. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς, Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται. Similis autem locutionis formula est illa Hom. Odyss. T. 579. Τῷ κεν ἅμ' ἑσποίμην, νοσφισσαμένη τόδε δῶμα Κουρίδιον, μάλα καλὸν, ἐνίπλειον βιότοιο, Τοῦ ποτε μεμνήσεσθαι ὀΐομαι ἔν περ ὀνείρῳ. Namque ut Ovidius canit; *Natale solum dulcedine cunctos Captat, et immemores non sinit esse sui.* Recte vero Æmil. Portus notat, hoc dictum καινοπρεπέστερον, συμβαίην, ἀντὶ τῇ συμβαίη μοι ἐν οἴκοις εἶναι. Barnes. Vocem συμβαίην noli sollicitare. Bastio ad Gregor. Corinth. p. 923. in Philostrati loco Her. p. 106. δημαγωγίᾳ ἐκ μειρακίῃ ξυμβεβηκότα corrigenti ξυμβεβιωκότα docte Schæferus opponit Aristoph. Ran. 807. ἥτε γὰρ Ἀθηναίοις ξυνέβαινεν Αἰσχύλος, ubi Brunck.: "Glossa ad ξυνέβαινεν, ἔχαιρεν, ἀπεδέχετο αὐτῆς," et Dionys. Halic. de Compos. Verb. c. XVII. p. 226. ed. Schæf. Σοὶ, Φοῖβε, Μῆσαί τε συμβῶμεν. Seidl.

440. Conjungenda sunt ἀπολαύειν (i. e. ὡς ἀπολαύῃ) χάριν τερπνῶν ὕμνων. Χάρις, ut sæpe, significat *voluptatem.* De constructione verbi ἀπολαύειν vide Henr. Steph. Lex. II. p. 604. Seidl.

441. κοινὰν χάριν ὄλβῳ. Vertit Heathius: *commune gaudium rebus secundis,* i. e. fortunatis hominibus proprium. Seidl.

442. Male hæc vulgo tribuuntur Iphigeniæ usque ad v. 448. Omnia Chori esse nemini dubium erit, qui Tragicos attente legerit. Errori occasionem dederunt verba σιγᾶτε, φίλαι, quæ Iphigeniæ quam Choro magis viderentur convenire. Sed compellat sæpissime socios Coryphæus. Seidl.

444. πρόσφαγμα θεᾶς. Non male Toupius Appendicula not. ad Theocrit. p. 30. corrigit θεᾷ, comparatque supra v. 233. Addas Hec. 41. 262. Hel. 1564. Nostri Electr. 1141. θυσία θεοῖς. Neque tamen hac emendatione opus. Supra v. 319. τὰ τῆς θεῆ θύματα. Ion. 1234. θύματα νερτέρων, et ita sæpe. Seidl.

449. εἰ. Non est *utinam,* sed *si,* ut contra Latinos interpretes recte monet Portus. Seidl.

452. διδῆς ἀναφαίνει. Id est, *præbet.* Seidl.

456. Vulgo ναούς. Valckenær. ad Phœniss. 454. corrigit ναοῦ, quod non videtur necessarium. Conjunge ἔσω στείχοντες ναοὺς, i. e. πρὸς ναοὺς στείχοντες, idque ἔσω, non ἔσω ναούς. Ion. 97. στείχετε ναούς. Hec. 141. ἀλλ' ἴθι ναούς. In Orest. tamen, v. 1457. ubi edidit Porsonus cum Brunckio παίειν λαιμὸν ἔμελλεν εἴσω μέλαν ξίφος, Aldi et codd. lectio λαιμῶν reducenda est.

Στείχοντες sunt hi ipsi, qui hospites adduxerant. Vide infra ad v. 708. SEIDL.

459. Marklandus post πατὴρ τ' interrogationis notam ponit, deletque post τυγχάνει. Hinc scribendum ei erat ἀδελφὴ δ'. Aldi interpunctio meo judicio præstat. Ista, εἰ γεγῶσα τυγχάνει, in proxima sententia facile intelliguntur. SEIDL.

463. κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν. Putat Marklandus, Euripidem consulto mulierem, eamque Argivam, falso argumentantem fecisse. Vide supra ad v. 60. Minus offensionis locus habebit, si sensum sic capias: *Quis nosse potest, talem*, i. e. tam malam, *sibi fortunam obventuram? omnia enim futura dii celant et bona et mala: nemo igitur malorum, quæ imminent, quidquam scire potest.* SEIDL.

467. ἀεὶ κάτω. Frigidam hanc explicationem censet Marklandus, multo tamen frigidiora in ejus locum substituit ἔσεσθ' ἐοίκατε, neque felicius Musgravius αἲ αἲ κάτω. SEIDL. Legendum, ni fallor, ἐκεῖ κάτω. Ita noster Hec. 415. Ἐκεῖ δ' ἐν Ἅιδου κείσομαι χωρὶς σέθεν. ELMSL.

468. τί ταῦτ' ὀδύρει κ. τ. λ. Legendum, plenissimo sensu νῷ. quasi dixisset, *Desine nosque tuis incendere teque querelis.* Idem argumentum Suppl. 772. Ἄκραντ' ὀδύρει, ταῖσδέ τ' ἐξάγεις δάκρυ. PORSON. In Advers. p. 259.

472. οὐχ, ὅστις κ. τ. λ. Suspectum habeo hunc iambum, ob præcedentes duos, in quibus eadem res exprimitur. Et ita Reiskius. Videtur esse alicujus qui uno iambo sensum duorum exprimere voluit. Per ᾅδην intelligit *mortem*, ut sæpe. MARKL. Recte judicant, si quidem lectio ubique sana est. Musgravius pro οἴκτῳ conjicit κόμπῳ vel ὄγκῳ. Mihi in mentem venit pro θανεῖν legendum κτανεῖν, ut sensus hic sit: Non puto prudentem, neque eum, qui, quem interfecturus est, huic commiseratione mortis timorem sedare studeat, neque illum, qui propinquam suam ipse mortem deploret. Spectat Orestes ad verba illa ὀδύρει et λυπεῖς, vv. 468, 9. *Neque te decet sortem nostram deplorare, neque nos ipsos.* Κτανεῖν et θανεῖν confusa sæpissime sunt, ut Orest. 1606. ibid. 188. Soph. Electr. 814. Erf. Immo in hac ipsa fabula infra, vv. 986. 541. κτανὼν et θανών. Aldus οὐδ' ὅστις. SEIDL.

474. μωρίαν ὀφλισκάνει. Vide ad Med. 1217.

477. ἐπιστάμεσθα καὶ γινώσκομεν. *Novimus et scimus.* Τῆς ταυτότητος suspicionem leviorem fore putaverit forte aliquis, si legatur, κ' εὖ γινώσκομεν, *et probe cognita habemus.* Sed reclamat ipse Euripides Hippol. 380. Τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γινώσκομεν. et D. Lucas Act. Apost. XIX. 15. Plautus

Mil. Glor. II. 5. 42. *neque vos, qui homines sitis,* NOVI, *neque* SCIO. MARKL.

480. Ἐν ἡδονῇ. Pro ἡδὺ, ut apud Herodotum VII. 15. MARKL.

481. Conjectura Ἕλλην εἶ γεγὼς numeris nocet. Cf. supra v. 331. SEIDL.

486. τὸ μὲν δίκαιον. Id est, *si justam seu veram rei rationem spectes.* SEIDL. Imitatur Horatius Epist. I. 7. 92, 3. ut observavit Marklandus in explicationibus veterum aliquot: p. 255. Plaut. Pers. IV. 4. 94. PORSON.

487. τοῦτο μὲν δὸς τῇ τύχῃ. *Hoc quidem tribue fortunæ;* non pater tuus hoc tibi nomen imposuit. SEIDL.

492. Post κέρδος interpunctionem sustuli. Intellige ἐμοί. SEIDL.

497. φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος. Est ἀπαίρειν τινὸς τόπου confirmata phrasis; quod dico, ne quis per errorem φυγὰς *accusat. plur.* putet: Est igitur *nominandi* casus, ὁ καὶ ἡ φυγὰς, φυγάδος. BARNES.

500. Musgravius conjicit ὅσ' ἐν παρέργῳ, et Marklandus τῆσδ' ἐμῆς. Male uterque. Sensus est: *videris hoc postulare tamquam in accessionem calamitatis meæ.* Dicit hoc Orestes non sine acerbitate quadam, quod non simpliciter sacerdos immolari se jubeat, sed hac occasione simul utatur ad aliena quædam sciscitanda. Conf. Orest. 599. πάρεργον αὐτὸ θήσομαι πόνων. Herc. Fur. 1311. πάρεργα γὰρ τάδ' ἐστ' ἐμῶν κακῶν. SEIDL.

502. σὺ τοῦθ' ὅρα. Aldus σὺ τοῦτ' ἔρα, ex quo Marklandus σὺ τοῦδ' ἔρα, comparans v. 516. qui nihil similitudinis habet, neque omnino video, quinam tolerabilis sensus ex hac emendatione produci possit. Musgravio, quod non minus alienum est, legendum videtur σύ τοι πέρα. Ex nostra emendatione hoc dicit: *mihi quidem non; si tibi, hoc tu videris,* i. e. hujus rei rationem tu tibi reddideris. SEIDL.

508. τῶν ἐμῶν τινι. Pro ἐμοὶ ænigmatice; Orestes autem se prodere nullo modo audet, ob infortunia suæ domus, et matris cæsæ infamiam, quorum pudebat. BARNES. Cf. Soph. Ant. 751. Infra v. 534.

518. ὄλωλεν. Ita Tzetzes in Lycophron. Μετὰ δὲ τὴν Ἰλίου πόρθησιν αὐτὸς Κάλχας, καὶ ἕτεροι, Ἀμφίλοχος, Λεοντεὺς, Ποδαλείριος, Πολυποίτης, ἐν Ἰλίῳ λιπόντες τὰς ναῦς, εἰς Κολοφῶνα πεζῇ πορεύονται· κἀκεῖ θάπτουσι Κάλχαντα. BRODÆUS. Manifestum autem est, quare Iphigenia de hisce audire cupit, quia Calchas erat vates, qui mortem illi indixit, Ulysses vafro ingenio illius matrem decepit, sub prætextu autem Achillis nuptia-

rum ducebatur ad aram. De Agamemnone aperta ratio. Barnes.

519. Vulgo ὡς ἔστι γάρ. Canterus σῶς ἔστι γάρ. Neque sane improbarem, nisi levissima mutatio elegantius aliquid suppeditaret: ὦ πότνι', ὡς εὖ· τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος; In priori membro reticetur verbum, ut Aristoph. Equit. 101. ὡς εὐτυχῶς, ὅτ' οὐκ ἐλήφθην ἔνδοθεν Κλέπτων τὸν οἶνον. Posterius autem per πράσσει supplendum est: τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος πράσσει; Sic infra v. 529. τί δ' ὁ στρατηγὸς, ὃν λέγουσ' εὐδαιμονεῖν; Musgr. Exclamatio ὦ πότνια ad Dianam referenda est.

520. ἔστι. Pro ζώει. Sic infra vv. 523, 524. 542. Hippolyt. 356. Οὐκ ἔτ' εἰμ' ἐγώ. In quem locum vide quæ nos notavimus. Barnes.

525. ὥς γε φασὶν οἱ πεπονθότες. Seipsam ænigmatice signat; quod vero etiam de fœminis plurale masculinum usurpetur, vide ad Hecub. 506. Barnes.

534. πρὸς δ' ἀπώλεσέν τινα. *Seipsum* signat. Barnes.

546. δίκαιος ὤν. Significare potest, *licet mereatur*, scil. εὐτυχεῖν. Markl.

552. χάριν ἄχαριν. Nihil amplius significat quam *ob causam, quæ causa esse non debebat, quæ prava erat causa.* Errat igitur Musgravius, quum de ingratitudine Menelai cogitat. Ceterum κακὴν γυναῖκα de Helena intelligendum esse, vix fuit, quod moneretur. Seidl. Vide ad Hec. 607. Suppl. 32.

554. κοὐδαμοῦ, καὶ πανταχοῦ. Nihil aliud est, quam *ubique terrarum errare cogitur.* Seidl.

556. οὐδ' οἱ σοφοί γε κ. τ. λ. Recte Heathius hunc et sequentes versus Oresti tribuit. Iphigenia enim nullam rationem habuit, cur deorum vaniloquentiam accusaret, Orestes contra, satis magnam. Male igitur MSS. personam Orestis non nisi v. 558. præfigunt. Musgr.

559. ἓν δὲ λείπεται μόνον. MSS. tres λυπεῖται. Bene: scil. Orestes λυπεῖται καθ' ἓν μόνον, *hac una re*, quod inductus fuit oraculo Apollinis, ut faceret quæ fecit. Nam per μάντεων intelligit Apollinem, ut et v. 556. οἱ σοφοὶ δαίμονες καλούμενοι. Eandem querelam queritur vv. 77. 694. Markl. Recte proculdubio; assentiente Seidlero, nec improbante Musgravio.

561. ὄλωλεν, ὡς ὄλωλε. *Periit, ut periit*, i. e. tali (tam indigno) modo periit, quo periit. Certam enim suam perniciem Orestes putat, ut jam de se, tanquam de mortuo, loquatur.—τοῖσιν εἰδόσιν. *Apud eos, qui sciunt*, i. e. totam rationem infortunii mei norunt. Se ipsum designat et Pyladem. Seidl.

565. Vulgo σπουδαῖς ἅμα, superscripto tamen σπουδαῖς. Le-

gendum omnino σπεύδουσ' ἅμα, ut sit transitio a plurali numero ad singularem, ut supra v. 339. Herc. Fur. 838. Musgr. Praeclaram hanc Musgravii emendationem jure dicit Porsonus Praef. ad Hec. p. 38. Seidl. Confert V. D. Ion. 1249. Soph. Elect. 251.

566. οὕτω. Porsonus Praef. ad Hecub. corrigit ὧδε. Vere fortasse. Nolui tamen textum mutare, quod horum numerorum ratio nondum ab omni parte illustrata videtur. Seidl. Vere proculdubio. Emendationem suam omnino confirmavit V. D.

573. Pro γε legi posse Marklandus monet σφε. Sed hoc pronomen facile intelligitur. Neque otiosum est γε. Sensus: *putans mori se propter legem quidem, non autem per me.* Seidl.

574. ἀγγεῖλαι. Probo Marklandi optativum ἀγγείλαι, subintellecto τι, e v. superiore, 568. Sed in v. 575. legerim τὰς ἐμάς τ' ἐπ. Verbum πέμπειν non modo *mittere*, verum etiam *ducere, ferre* denotat: ut nihil opus sit mutatione αὐτὸς pro αὖτις. Maltbeius. Ne duplici mutatione opus sit, scribi etiam possit ἀγγείλας et proximo versu retineri τὰς ἐμάς. Seidl.

578. χὢς κἀγὼ θέλω. Id est, *quos eosdem volo.* Minus caute Marklandus χὢς ἐγὼ θέλω. Nihil hoc particulae usu frequentius. Afferam exempla aliquot ex una Sophoclis fabula; Œdip. Col. 53. ὅσ' οἶδα κἀγὼ, πάντ' ἐπιστήσει κλύων. 77. αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης. coll. v. 185. 276. ὥσπερ με κἀνεστήσαθ', ὧδε σώσατε. 870. ἥλιος δοίη βίον τοιοῦτον, οἷον κἀμὲ, γηρᾶναί ποτε. Vide Weisk. de Pleonasm. Gr. p. 185. Seidl.

579. καὶ σύ. Offenderunt hae voces interpretes, quorum Canterus et Marklandus legi volunt καὶ ζῇ, Reiskius καὶ σοῦ, *et ubi;* Musgravius et Jacobsius σώθητ' ἐκεῖσε. Mihi sana videtur vulgata. Respicit Iphigenia ad suppressam sententiam, se hospiti, si litteras suas perferat, gratias esse debituram. Sensus igitur est: *qua ratione (ut ego tibi, ita) tu quoque mihi aliquid debebis.* Utrique enim et sibi et hospiti rem commodo fore, paulo ante significaverat. Seidl.

585. ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τ. ξ. *Ego sum is, qui secum affert mala;* i. e. ego sum causa harum calamitatum. Seidl.

588. καὐτόν. Id est, καὶ ἐμαυτόν. Seidl.

589. ἀλλ' ὡς γενέσθαι. Codd. omnes γενέσθω. Markl. Vide ad Hec. 871.

592. αἴσχιστον, ὅστις. Similem constructionem habes in Phœn. 509.

605. Neutra pluralia, ἄζηλα et εὐδαίμονα, pendent a subaudito ἔργα. Phrynichus apud Bekkerum Anecdot. Gr. p. 4.

'Ανόητά γ', εἰ τοῦτ' ἦλθες ἐπιτάξων ἐμοί, ἀντὶ τῆ, ἀνόητος εἶ ἐπιτάττων τοῦτο. 'Αττικὸν γὰρ τὸ λέγειν, ἀνόητα εἰ τοῦτ' ἐπιτάξεις. Aristophanes Ran. 489. ΔΙ. Κατέκειτ' ἂν ὀσφραινόμενος, εἴπερ δειλὸς ἦν· 'Εγὼ δ' ἀνέστην, καὶ προσέτ' ἀπεψησάμην. ΞΑ. 'Ανδρεῖά γ', ὦ Πόσειδον. Elmsl.

608. χερνίψομαι. Veteres, quando victimam piacularem mactare vellent, aut morte aliquem damnare, manus aqua lavabant, dicendo: εἰς κεφαλὴν σοὶ, *reatum tuæ cædis in caput tuum, Nemesis tua nos non persequatur.* Hinc intell. h. l. et v. 58. Reisk. Vide ad Iph. A. 665.

612. πῦρ ἱερόν. Diodorus Siculus, XX. 14. hæc a Carthaginiensium sacrificiis desumsisse putat Euripidem; cui calculum non adjecerim. Confer Orphei Argon. v. 1047. ubi κρητὴρ idem videtur esse, quod hic χάσμα εὐρωπόν. Pro πέτρας Diodorus loco cit. habet χθονός. Musgr. Citant Hesychii glossam: εὐρωπόν· σκοτεινὸν, πλατύ. Iisdem verbis ab Hesychio explicatur εὐρώεις, quo Sophocles simili modo usus est Ajac. 1167. τάφον εὐρώεντα. Altera explicatio πλατὺ Schneidero in Lex. Gr. e prava etymologia orta videtur. χθονὸς lectio verior videri potest. Comparat Marklandus Nostri Ion. 284. et Electr. 1272. in quo utroque loco legimus χάσμα χθονὸς, et Herodot. VII. 30. Addo Fragm. Pirith. I. 2. χθόνιον χάσμα. Leve est, quod Marklandus monet, obstare huic lectioni illud, quod statim post v. 615. vox χθονὸς recurrat. Verum ob ipsos illos locos facilius fieri potuit, ut memoriæ lapsu Diodorus illud scriberet. Seidl.

616. Οὐ μὴν recte Portus monet conjungendum cum sequenti ἀλλά. Seidl.

618. κόσμον ἐνθήσω τάφῳ. Hoc est, quod in Rheso, v. 957. vocat συμπυρῶσαι μυρίων πέπλων χλιδήν. Vide et Hecub. 573. Musgr. Conf. Troad. 1192. seqq. Seidl.

619. ξανθῷ τ' ἐλαίῳ κ. τ. λ. Hunc versum primus e Codicibus Pariss. inseruit Marklandus, absurda tamen putans verba σῶμα κατασβέσω, *extinguam.* "Corpus enim ardens, *inquit,* non potest extingui *oleo,* nisi sit *gagates* lapis." Musgravius pro κατασβέσω conjicit καταστελῶ, *corpus tuum componam,* quod sit, *inungam.* Hoc enim factum ab antiquis, antequam rogo cadaver imponeretur, ut pateat ex Hom. Iliad. XXIV. 587. Odyss. XXIV. 44. seqq. Sed ex ipso hoc loco posteriore colligas, Iphigeniam promittere, se, rogo modo concremato, calentia adhuc ossa oleo et melle perfusuram. Seidl.

620. ἀνθεμόῤῥυτον γάνος Μελίσσης. Dulcissima *mellis* periphrasis. Barnes. Vide supra ad v. 159.

623. τὸ μέντοι δυσμενὲς μή μου λάβῃς. Vertitur, *ne tamen malevolentiam adversus me concipe.* Mendum putaveram μή μοι βάλῃς. Sed similiter Noster Heracl. 986. ἐπεὶ δ' ἐκείνῳ δυσμένειαν ἠράμην. Unde si quis μοι prætulerit, equidem assentior. SEIDL.

630. μελόμενον. Vide Helen. 198. Sic Nonnus Lib. XIII. μεμελημένον εἰσέτι μάζῳ, iterumque Lib. XV. οὐδὲ μύρῳ μεμέλητο. Pindarus Olymp. I. Stroph. 4. ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς. Nonnus Lib. XIV. p. 255. ποιμενίῃ σύριγγι μεμηλότα. MUSGR. Alterum ῥανίσιν addidi ex conjectura, ut metra exæquarem. SEIDL. Adoptavit hanc conjecturam Matthiæ. Metro melius consultum erit, si legatur, ῥανίσι [βαρβάρων] μελόμενον αἱμακταῖς, ut obiter monui ad Sophoclis Aj. 599. Mus. Crit. I. p. 364. ELMSL.

631. γὰρ ἡ ταῦτ'. Ita Codices, longe melius: vulgo, μὲν ἡ. De hoc usu particulæ γὰρ, vide ad Supplic. 8. MARKL.

635. πομπαί. Proprie, ut hic, *missiones.* Mittere enim Pyladem volebant Argos, quo litteras perferret. SEIDL.

636. διόλλυσαι. Vel metri causa nolim [cum Musgravio] mutari in διόλλυσθαι, qui infinitivus, si tamen sanus est locus, ex hoc ipso διόλλυσαι ad ὁ μέλλων potest intelligi, ut πότερος ὁ μέλλων reddatur, *uter est destinatus ille,* scil. ad mortem? SEIDL.

639. μέμονε. Non significat *manet,* sed θέλει, ὁρμᾷ, &c. Hesychius. MARKL. Heath. h. l. reddit: *Adhuc enim circa ambigua, duplicia, mens turbata versatur.* BECK.

652. φθάσας. Sic libri MSS. omnes. Aldus φράσας. Ad ταὐτὰ intellige ἐμοί. *Tu eadem dicis, atque ego dicturus eram, præter hoc unum.* SEIDL.

653. τὰ γὰρ τῶν βασιλέων κ. τ. λ. Vertit Hermannus accommodate ad Homericum usum adjectivi ἐπίστροφος: *regum fortunam norunt omnes, qui vel paulum inter homines versati sunt.* Alii reddunt: *quorum aliqua est attentio et cura.* Grotius: *regum mala sciunt, sciendi cura quos aliqua occupat.* Heathius ὧν refert ad βασιλέων, *regum, quorum aliqua erat consideratio, qui non prorsus obscuri erant,* quod paulo durius videtur. SEIDL.

655. Libri ἀτὰρ διῆλθε. Tan. Faber et Marklandus conjiciebant διελθὲ, *sed considera etiam aliud quiddam,* quæ conjectura magnam habet veritatis speciem. Verum si proxima paulo subtilius examines, an recte sic emendatum sit, vehementer dubitabis. Subjicit enim Orestes, τίν'; εἰς τὸ κοινὸν

δεῖς ἄμεινον ἂν μάθοις. Si dixerat Pylades διελθὲ, eo ipso dixerat, se velle rem cum Oreste communicare. Plane igitur supervacanea erat Orestis hortatio, ut rem sibi quoque aperiret. Deinde ipsa verba ἄμεινον ἂν μάθοις quodammodo significant, Pyladem Oresti jam rem videri μεμαθηκέναι. Postremo res ista ex eo genere est, quam ipse potius Pylades debebat perpendere, quam Oresti perpendendam proponere, quem sententiæ suæ accessurum esse, vix poterat exspectare. Scripsimus igitur διῆλθον, mutatione facillima. Sic infra, v. 998. ΙΦ. Ἔχειν δοκῶ μοι καινὸν ἐξεύρημά τι. ΟΡ. Ποῖόν τι; δόξης μετάδος. Proximum versum verte: *quemnam? si communicaveris, melius cognosces;* i. e. quod quis communicat cum alio, melius intelliget. Vitium natum est hinc, quod in vocis terminatione male legerant compendium. Nihil moror Musgravium, qui putat, διελθεῖν non esse *considerare animo*, sed *verbis exponere*. Διέρχεσθαι est *rem ita percurrere, ut rationes in utramque partem ponderentur*. Hoc sive cum alio faciam, sive mecum ipse, perinde est. SEIDL. Ita etiam emendavit Porsonus, in Adversariis.

659. κάκην. *Ignaviam;* verbum Euripidi plus semel usurpatum. Vide quæ nos ad Medeæ 1040. BARNES.

660. Φωκέων τ' ἐν πολυπτύχῳ χθονί. De Pyladis genealogia vide supra, v. 60. Illius autem pater, Strophius, rex erat Phocidis, quæ regio nomen tulit a Phoco, filio Æaci, vel, ut Pausanias, ab alio Phoco, filio Ornytionis; erat autem montosa regio, inter Bœotiam et Ætoliam ad occidentem; in ea Delphi urbs et mons Parnassus numerabantur. Ideo a Poëta vocatur πολύπτυχος χθὼν in hoc loco; quia *montium sinus* et *cavæ convalles* πτύχες vocantur. BARNES. πολυπτύχῳ. Hesychius: πολυπτύχου, πολλὰς ἐξοχὰς ἔχοντος, κ. τ. λ. vide et Eustath. p. 1193, 12. MUSGR.

662. σώζεσθ'. Erfurdtius, qui diphthongum αι non tantum in primis ac tertiis verborum personis, sed etiam in infinitivis a Tragicis elisam esse negat ad Sophocl. Ajac. v. 190. de nostro loco, p. 517. disputat ita: "Corrigo, προδοὺς σε, σωθείς. —Tum verba hoc modo cohærent: σωθεὶς μόνος εἰς οἴκους δόξω τοῖς πολλοῖς ῥάψαι μόρον σοι, προδούς σε, ἢ καὶ φονεύσας, *ubi solus domum revertero, videbor plerisque perniciem tibi struxisse, vel prodendo te, vel interficiendo:* neque jam opus est, ut verbum φονεύσας cum Lobeckio (ad Ajac.) p. 311. aliisque depravatum esse censeamus." Dubito adhuc, an elisione ista Tragici omnino abstinuerint. Emendatio etiam Erfurdtii est

paulo violentior. Praeterea ex adverso sibi opposita sunt προδοὺς σώζεσθαι et φονεύσας ῥάψαι. *Videbor, aut me ita servasse, ut te proderem, aut perniciem tibi ita struxisse, ut te ipse occiderem regni tui gratia.* Nam in participio φονεύσας equidem non offendo, ἢ καὶ φονεύσας ῥάψαι μόρον σοι idem est, ac si dixisset ἢ καὶ φονεῦσαί σε καὶ τοῦτο ποιῆσαι. SEIDL.

663. ἐπὶ νοσοῦσι δώμασιν. Vertunt *in calamitate familiæ.* Malim *insuper ad familiæ calamitatem*, i. e. insuper ad illa mala, quæ jam divinitus familiam insectabantur. SEIDL.

665. ἔγκληρον ὡς δὴ κ. τ. λ. De voce ἔγκληρον confer Valckenær. ad Herodot. VI. 57. Frustra γαμῶ Reiskius et Marklandus. γαμῶν est temporis futuri. PORSONUS: in Adversariis.

670. τἀμὰ δεῖ φέρειν κακά. Sensus et metrum ferrent saltem pronomen, τἀμὰ δεῖ με φέρειν κακὰ, κ. τ. λ. MARKL. Necessarium est pronomen. Legebam, τἀμὰ κἀκ' ἐμὲ δεῖ φέρειν. Sed præstat, τἀμὰ δεῖ φέρειν ἐμέ. PORSONUS: [in Adversariis]. Hanc jucundissimam et amantissimam amicorum, Orestæ et Pyladis, contentionem respexit Ovid. de Ponto: III. 2. *Ire jubet Pylades carum moriturus Orestem: Hic negat, inque vicem pugnat uterque mori. Exstitit hoc unum, quod non convenerat illis; Cætera pars concors et sine lite fuit.* BARNES.

673. ταῦτ'. Marklandus conjicit τοῦτ' propter prægressum ὃ. Sed ista negligentia in Græcis scriptoribus est frequentissima. SEIDL.

675. λύσειν βίον. Codd. λήγειν et λήσειν. Nescio quid velint. Si λέγειν vel λήξειν innuerent, scribendum quoque foret βίου. λύειν βίον in Carm. Sepulchral. 650. p. 110. ed. Reiskii. καταλύσασα βίοτον Supplic. 1006. ἀπελύθης absolute, Sophocl. Antig. 1282. et D. Lucas II. 29. *solvite vitam*, Propert. II. 7. 77. MARKL. Vide Heyn. ad Il. E. 293. Elmsleius λύειν reponi jubet.

676. καθαρά. *Felicia, nec ullis cædibus polluta.* BRODÆUS.

678. Participia σωθεὶς et κτησάμενος pro nominativis absolutis sumenda sunt. Vide ad Phœn. 283.

688. ἁγνισθείς. *Immolatus.* Hes. ἁγνίσαι· ἀποθῦσαι, διαφθεῖραι. REISK.

692. ὦ συγκυναγὲ καὶ συνεκτραφεὶς ἐμοί. Cum Agamemnon ab Ægistho cæderetur, Electra soror fratrem Orestem, tum ferme undecennem, furtim subduxit et in Phocidem misit ad avunculum Strophium; qui educabat eum in virum una cum filio suo, Pylada. Vide Æschyli et Sophoclis Electram et Choëphoras. BARNES.

696. αἰδοῖ τῶν πάρος μαντευμάτων. Id est, *propter pudorem, quem priora ejus vaticinia injecerant.* SEIDL.

701. βλέποντα. *Viventem.* Vide ad Alcest. 18. Suppl. 77.

705. ὅταν τύχῃ. *Quando ita accidit,* i. e. nonnumquam. Similiter Nostr. Electr. 1173. νέμει τοι δίκαν θεὸς, ὅταν τύχῃ. SEIDL.

708. ἀπέλθεθ' ὑμεῖς. Chori partem compellari putat Marklandus, satellites quosdam Scythas Musgravius. Sed vere Heathius ministros illos intelligit, quos e scena egrediens Iphigenia ad captivorum custodiam in scena reliquerat. Conf. supra v. 624. φυλάσσετ' αὐτοὺς, πρόσπολοι, δεσμῶν ἄτερ. et v. 454. seqq. In Nostri Cycl. 589. παρευτρέπισται significat *male apparatum, neglectum fuit.* Hinc nostrum locum mendosum censet Marklandus, proponitque προσευτρεπίζετε. Non opus, opinor. Explico εὐτρεπίζετε τὰ ἔνδον παρὰ τοῖς σφαγῇ ἐφεστῶσι, *parate, quæ intus necessaria sunt, adjungentes vos illis, qui cædi præsunt.* Fit hoc etiam in aliis verbis cum præpositione παρὰ compositis, ut *perversitatis* notionem nunc adjunctam habeant, nunc non habeant. SEIDL.

710. πολύθυροι. Aldus πολύθρηνοι, ex quo Scaliger at alii fecerant πολύθροοι. Ex Msti Oxoniensis lectione πολύθηροι jam Marklandus inciderat in πολύθυροι, sed respuebat illud Pollucis auctoritate deterritus, IV. 18. οἱ δὲ 'Αττικοὶ, γραμματεῖον δίθυρον· καὶ θύρας τὰς πτύχας, ἄχρι δύο· εἶτα πτύχας, καὶ τρίπτυχον καὶ πολύπτυχον. Ac profecto idem perhibet Hesychius v. θυρὶς, ubi Albertius confert Polluc. X. 57. p. 1215. Recte tamen Musgravius πολύθυροι recepit, his legibus poëtam teneri dubitans. Affert etiam Sylburgium, qui in duabus vetustis editionibus Rhetoricorum Aristotelis Lib. III. ita legi testetur. Adde aliud, quod non dicit δέλτον πολύθυρον, pro quo fortasse dicendum erat δέλτον πολύπτυχον, sed ipsas διαπτυχὰς δέλτου vocat πολυθύρους, quas ne poterat quidem apte vocare πολυπτύχους. SEIDL.

720. τὸς αὐτὸς λόγος. Id est, ὅρκον. SEIDL.

723. πῶς γὰρ ἀγγείλειεν ἄν; Non adeo infrequens est ellipsis τοῦ, ἄλλως, ubi voculæ γὰρ et ἂν simul adhibentur. Hom. Il. A. 232. Γ. 56. X. 16. Æsch. Prometh. 1019. Soph. Œd. Col. 144. Trach. 1120. Aj. 1330. Arist. Plutus, 428. Herod. i. 124. Thucyd. i. 68. Xenoph. Anab. p. 553. Ed. Cant. 1785. inf. v. 1168. MALTB. Bene Iphigenia πῶς γὰρ ἀγγείλειεν ἄν; nec tamen Orestes nulla ratione sacramentum ab ea exegit, ne forte postea, improvisa aliqua difficultate absterrita, sententiam mutaret. MUSGR.

725. καὐτή. Marklandus legendum putat καὐτὸν (Pyladem) ναὸς εἰσβήσω σκάφος, citans eodem usu transitivo Cyclop. 465. ἐμβήσας σκάφος, et Hom. Il. A. 309. ἐσβήσεν ἑκατόμβην. At pronomen αὐτὸν intelligi potest. Εἰσβήσω autem semper est transitivum. SEIDL.

726. ὄμνυ' κ. τ. λ. Verte: *Tu, Pylades, jura; tu vero, Iphigenia, præi verba jurisjurandi cujuslibet, quod pium sit.* Verba ὅστις εὐσεβὴς ad ὅρκον pertinent. HEATH.

732. σεμνὸν Δία. Jupiter præcipue juramentorum respectum habuit; et graviter perjuros puniebat, nisi forte quis amator juraverit: ipse enim cum Io a Junone deprehensus ob amorem pejeraverat; unde Ovidius canit: *Jupiter in cœlis perjuria ridet Amantum.* Hinc Ζεὺς ὅρκιος dicebatur. Vide Scholiasten Euripidis ad Hec. 341. BARNES.

737. καιρός. Ita dedit Matthiæ ex Piersoni conjectura, Verisim. p. 21. Vulgo καινὸς, quod fortasse recte se habet, subaudito ὅρκός. Verte: *At novum iterum erit juramentum;* i. e. in juramento mutanda mutare et omissa addere possumus, *siquidem ita videtur.* Marklandi κοινὸς prorsus absurdum est.

739. χρημάτων μέτα. Marklandus conjicit γραμμάτων μέτα, *cum scriptura;* coll. Iph. Aul. 37. 311. et nostræ fabulæ paulo post v. 747. Nulla enim tunc Pyladi χρήματα fuisse, de quibus sollicitus esset. Verum illud γραμμάτων mirifice languet. Per se enim intelligitur, δέλτῳ pereunte etiam γράμματα peritura. Μετὰ χρημάτων intellige, *cum rebus meis*, non, *cum divitiis.* Atqui habere semper aliquid oportet eum, qui navi longum iter facturus est. Innuit simul Pylades, magis etiam curæ sibi fore, epistolam ut servet, quam ut res suas. Verum esse χρημάτων, certissimo indicio sunt verba proximi versus, σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον. SEIDL.

742. πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ. Sententia parum perspicua; sed locum corruptum esse persuadere mihi non possum. *Multa nanciscuntur multa* fortasse esse possit, *multiplex multorum est fortuna*, sive *facile alicui aliquid accidere potest.* Hoc modo voce πολλὰ continebitur πολλοί. Nam πολλῶν pro masculino haberi nolim. Hermanno πολλὰ πολλῶν dictum videtur pro πλεῖστα, de quo propterea dubito, quod κυρεῖν fere cum genitivo jungitur. Omnium tamen simplicissima videtur Heathii explicatio: *multa multa obtinent*, aut *per plurima plurimis prospicitur.* SEIDL.

744. Recte Marklandus πάντ' refert ad ἐγγεγραμμένα, conferens Iphig. Aul. 113.; sed ut ideo comma ponatur post πάντ', certe non opus est. SEIDL.

748. Notant hunc versum ob sigmatismum Barnesius, et Porsonus ad Med. 473. Seidl.

753. ἡ 'ν Αὐλίδι σφαγεῖσ'. Melius conveniret σφαχθεῖσ' tragicorum asperitati. Sed testatur Dion. Halicarnass. De Struct. Orat. c. XXIII. Euripidem *solum* inter tragicos *lævem compositionem* sectatum fuisse: cujusmodi compositionis est σφαγεῖσα potius quam σφαχθεῖσα, et ἀπηλλάγης Andromach. 583. magis quam ἀπηλλάχθης, licet modulus versus utrumvis ferret. Markl. Vide ad Hec.

756. μὴ λόγοις ἔκπλησσέ με. Scribo, μὴ λόγου δ' ἔκπλησσέ με, *ne vero me excute ex sermone*, i. e. ne me loquentem interpella, ne interrumpe sermonem meum. Vide supra, v. 230. Orest. 538. Τὸ γῆρας τὸ σὸν, ὅ μ' ἐκπλήσσει λόγου. Sic ἐκπλήττειν κομπασμάτων, Æschyl. Prometh. 360. ἀποσχίζειν τοῦ λόγου. Aristoph. Nub. 1410. Vide omnino Hemsterhuis. ad Tho. Magistrum V. Ἐκπλήττειν. Vulgata falsum dicit: nullis enim λόγοις Iphigeniam ἐξέπληξεν Orestes: sed eam λόγου ἐξέπληξεν, *interrupit sermonem* ejus. Markl. Recte, ni fallimur.

757. κόμισαί μ' ἐς Ἄργος, κ. τ. λ. Recte judicat Barnesius, hæc ipsa esse verba epistolæ, quæ Iphigenia vel legebat, vel repetebat. Seidl.

758. θεᾶς Σφαγίων. Toupius Appendic. not. in Theocrit. p. 30. proponit θέας pro θεᾶς, *amove me ab adspectu harum victimarum*. Fallitur. Major vis in lectione librorum, qua amoveri cupit Iphigenia, non ab adspectu victimarum, sed ab ipso, cui præerat, cruento munere. Immolare enim se ipsam hospites dicit, i. e. morti eos destinare. Corrigebat Toupius, quod ad σφαγίων requirebat dativum θεᾷ. Sed vide supra ad v. 444. coll. Matthiæ Gramm. Græc. §. 313. Seidl.

760. Mavult Marklandus εὑρήμεθον ob præcedens ὄντε. Non opus. Vide Matthiæ Gramm. Gr. §. 300. Seidl.

761. ἀραία γενήσομαι. *Diras imprecabor*. Active sumitur in hoc loco, alias plerumque passive: ἀραῖος enim proprie sonat *diris devotus*, ab ἀρά. Barnes. Vide ad Hippol. 1405. Musgr.

762. ἵν' αὖθις κ. τ. λ. Lineola hæc a præcedentibus epistolæ verbis distinximus. Semet ipsa enim Iphigenia interrumpit in epistolæ recitatione. Seidl.

763. ἐν τοῖς ἐμοῖς. *In rebus ad me spectantibus*. Beck.

765. τάχ' οὖν ἐρωτῶν κ. τ. λ. Hic versus in uno MS. Iphigeniæ recte tribuitur; sed nec ita sensum efficiet. An legendum, fere cum Seidlero, τάχ' οὖν ἐγὼ τῶνδ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι. Dicit Iphigenia: *Statim igitur veniam ad incredibilem*

harum rerum partem; i. e. de rebus ad me pertinentibus dicam, quas vix veras esse credetis.

772. ὀμόσασ'. Lego ὀμόσας, genĕre masculino, et prorsus disjungo hunc versum a præcedenti, cum quo nihil commune habere mihi videtur. *O quæ facili jurejurando me obstrinxisti! Cum autem honestissima juraverim, non continebo me diu,* &c. Primus iambus absolutam per se sententiam efficit, ut istud Philoctetis ap. Sophocl. 1441. Ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος! et Iphig. Aul. 1334. Cod. B. firmat hanc conjecturam. Markl. Recte.

776. δέχομαι· κ. τ. λ. Recte reddunt: *accipio; omittens vero litterarum plicas* (i. e. epistolam), *voluptatem primum non verbis,* at factis, *capiam.* Seidl.

778. Secuti sumus Marklandum. Aldus: ὦ φιλτάτη μοι σύγγον' ἐκπεπληγμένη. ὅμως ἀπιστῶ. περιβαλὼν βραχίονι, κ. τ. λ. Musgravius tamen Aldi lectionem prodit ἐκπεπληγμένος. Certe sic habent Marklandi Codd. Unum Marklandus prætervidit, delendum esse comma post ἐκπεπληγμένος. Cohærent enim ἐκπεπληγμένος ὅμως. Hermannus mavult ἀπιστῶν, quod prætulissem, nisi nimia fieret participiorum multitudo. Seidl.

785. Optime Barnesius δοκεῖν, a quo recentiores recedere non debebant. Similiter Noster Hec. 504. Vide Matthiæ Gramm. Gr. §. 564. Ex ceteris virorum doctorum conjecturis una ferri potest, quam protulit Reiskius, δοκῆσ'. Seidl.

787. Pro μεστὸν Marklandus conjicit γ' ἐστὸν, Musgravius γεῖτον. Male uterque. Ἄργος μεστὸν αὐτοῦ ἐστι, *Argos plenum est illo,* non significat *Argos eum habet,* sed *Argos ab illo frequentatur.* Apte Erfurdtius confert Porsoni notam ad Orest. 54. Cf. Schæf. ad Dionys. Hal. de Compos. Verb. p. 441. not. Seidl.

790. Πέλοπός τε παιδὶ κ. τ. λ. Tantalus, Pelops, Atreus, Agamemnon, Orestes et Electra et Iphigenia. Barnes. Pro vulgato τε legendum γε. Sed reliquam etiam lectionem, in qua neminem hæsisse mireris, vix aliter poteris defendere, quam ut ad ἐκπέφυκα intelligas αὐτῆς. Nam dativum παιδὶ per genitivum explicare durissimum mihi videtur. At neque illa explicatio offensione caret. Euripidem dedisse puto: Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς, οὗ πέφυκ' ἐγώ. Noster Heracl. 509. πατρὸς δ' ἐκείνου φύντας, οὗ πεφύκαμεν. Ad Πέλοπός γε παιδὶ παιδὸς intellige ex Iphigeniæ verbis ἐγείνατό με Τυνδαρίς. Seidl. In eandem conjecturam incidit etiam Elmsleius; simul monens, Euripidem fortasse scripsisse οὗ 'κπέφυκ' ἐγώ.

794. Aldus: Λέγοιμ' ἄν. ἄκουε πρῶτον, Ἠλέκτρα, τάδε. Piersonus Verisim. p. 23. legit ἀκούω vel ἀκούων Ἠλέκτρας, quæ vox ultima jam firmatur duobus Codd. et extra controversiam posita est. Cetera ita lego: Λέγοιμ' ἄν, ἀκοῇ πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε· Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν; ΙΦ. ἤκουσα, χρυσῆς, κ. τ. λ. *Dicam primum hæc quæ ex Electra audivi: Atrei et Thyestæ contentionem nosti? IPH. Audivi,* &c. Edit. Brubach. habet οἶσθα. His quæ ab Electra *audiverat,* mox opponuntur quæ ipse *viderat,* v. 805. Markl. Et ita Reiskius, probante Seidlero.

796. χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι. Pro ἡνίκ' procul dubio ponendum ἥτις. Faehse. Et ita Porsonus: sed vide ad Troad. 70.

799. ἡλίου μετάστασιν. *Solis regressum;* quem fecisse fabulantur ob Atrei facinus; hinc Thyesteæ dapes. Barnes. Reisk. legit ἔπειτ' ἐν ἱστοῖς. Beck. Verba ὑφήνασ' οἶσθα supplenda sunt e v. 797.

801. Moris erat, ut iis, qui nuptias facerent, λοῦτρα mitterentur, aut ipsi illi ferenda sibi curarent. Vide Hesych. v. λουτροφόρα ἄγγη et λουτροφόρος, coll. Suida, v. λουτροφόρος atque ad eum Kustero, Polluce Lib. III. 43. Etym. M. p. 568. 57. sqq. Videtur autem hoc insolens fuisse, quod etiam absenti filiæ Aulidem usque Clytemnestra lavacra ista miserat. Nam ita demum Iphigeniæ responsio explicari potest. Seidl.

802. οὐ γὰρ ὁ γ. κ. τ. λ. Vertunt: *nam nuptiæ me abstulerunt non bonæ.* In quo offendit maxime insolentior collocatio negationis. Equidem interrogationis signum in fine versus addidi: *nonne enim nuptiæ illæ, quæ satis felices erant, illi me abstulerant?* Præsens igitur lavacra a matre accipere non poteram, sed illa, nobilissimum virum Achillem ducturum me sperans, munus illud Aulidem mihi misit. Verbo ἀφαιρεῖσθαι eodem modo sæpius Noster utitur, ut Androm. 604. πολιούς τ' ἀφείλου πατέρας εὐγενῆ τέκνα, ὧν εἷς ἐγὼ δύστηνος. Confer supra v. 25. μητρὸς παρείλοντ' ἐπὶ γάμοις Ἀχιλλέως. Seidl.

803. τί γάρ; Interrogationis signum apposuit Schæfer. ut jam Reiskius voluerat. Non hærebunt hic ulli, si ad δοῦσα intelligant οἶσθα ex prægresso οἶδα. Errat Marklandus, quum putat, nullam fore difficultatem, si legatur μήτρ' ἔδωκ τῇ σῇ φέρειν. Nam ι dativi non eliditur. Seidl. Vide ad Alcest. 1128.

804. τάφῳ. Moritura in Aulide Iphigenia de cenotaphio videtur cogitasse Argis a matre sibi exstruendo. In quo tu-

mulo quum ipsi sui cineres, utpote in Aulide sepeliendi, condi non possent, aliquod certe corporis sui monumentum ibi matrem habere voluit. Tale cenotaphium Orestes quoque supra a Pylade Argos reverso sibi exstrui cupit, v. 685. Τύμβον τε χῶσον κἀπίθες μνημεῖά μοι, Καὶ δάκρυ' ἀδελφὴ, καὶ κόμας δότω τάφῳ. Quamquam hic quidem non de Orestis, sed de Electræ capillis sermo est. SEIDL.

810. ὦ φίλτατ', οὐδὲν ἄλλο. Scil. ἢ τοῦτο. Sensus: *O carissime, nullo alio nomine mihi compellande, es enim vere carissimus.* Nescio quid in hac formula hæreat Marklandus, quam etiam in Sophocle memini me legere. SEIDL.

814. δάκρυ' ἀδάκρυα. Ita legendum suadent, quæ sequuntur. Vulgo δάκρυα, δάκρυα. MUSGR. δάκρυα ἀδάκρυα sunt Statii *mixtæ risu* (vel *gaudio) lacrymæ:* sic δῶρα ἄδωρα, γάμος ἄγαμος, et centena talia. MARKL. Vide ad Hec. 607.

818. Masculinum participii genus hunc versum neque cum sequentibus conjungi, neque omnino Iphigeniæ, cui vulgo assignatur, tribui patitur. Si Oresti tribuimus, quod cum systematis ordine convenit, mutandi necessitatem evitamus. Nudum ὦ εὐτυχῶν pro ὦ εὐτυχῶν ἐγὼ eodem modo dictum puto, quemadmodum Hippol. 570. ὦ δυστάλαινα τῶν ἐμῶν παθημάτων. cf. Med. 1017. Hec. 719. Ita sæpe ὦ τάλας, ὦ τλήμων et similia dicuntur pro ὦ ἐγὼ τάλας, ὦ ἐγὼ τλήμων. Accedit, quod Aldus post ἐμοῦ plene interpungit. Sensus est: *O magis me felicem, quam in verbis meis, i. e. quam verbis declarare possum.* SEIDL. κρεῖσσον, ἢ λόγοισιν. Videtur ellipsis esse pro κρεῖσσον, ἢ λόγοισιν εἰπεῖν. Sic Supplic. 845. κρεῖσσον, ἢ λέξαι λόγῳ. MUSGR.

819. ψυχὰ, τί φῶ; Suam ipsius animam alloquitur Iphigenia ex noto Tragicorum more. Sic infra v. 855. Med. 1232. ἀλλ' εἶ' ὁπλίζου, καρδία. SEIDL.

820. Scripsi cum Reiskio ἀπέβα. Vulgo ἐπέβα. Nota est formula Nostri τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα. SEIDL.

832. οἶδα. Hic fere idem est quod μέμνημαι, *in memoriam mihi revoco illud, quum,* &c. SEIDL.

836. λέκτρων. Ita Codd. Pariss. omnes. Aldus λύκων. Construi possit ὅτε ἀνυμέναιος λέκτρων Ἀχιλλέως ἀπαγόμαν εἰς δολίαν κλισίαν, in qua scil. mactata est Iphigenia. Sed præstat conjungere quæ poeta conjunxit, ἀνυμέναιος Ἀχιλλέως, *nullis Achilli nuptiis juncta,* et κλισία λέκτρων δολία, *tabernaculum nuptiale fraudulentum,* i. e. tabernaculum nuptiale, ut per

fraudem dictum mihi erat. Minus poeticum est Musgravii κλισία λέκτρων δολίων, quamvis supra v. 524. sq. habuerimus λέκτρα δόλια. SEIDL.

842. ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ. Hic versus una cum proximis vulgo Oresti tribuitur usque ad verba δεινᾶς τόλμας. Sed Orestes nonnisi senarios habet. SEIDL.

843. ἀπώλεσας. Verte *occidisses*. SEIDL. Recte. Subauditur enim δι' ὀδύνας ἂν ἔβας, aut tale quid. Noster Ion. 961. Εἰ παῖδά γ' εἶδες χεῖρας ἐκτείνοντά μοι. Phœn. 1347. Εἰ καὶ τὰ πρὸς τούτοισιν εἰδείης κακά. Ubi supplet Schol. τί ἐρεῖς; ἢ τριτάλας γένοιο, δηλονότι. ELMSL.

855. Satis placeret παλάξαι, emendatio Scalig. si ἐπὶ versu præcedenti abesset. Eo relicto, tolerabilior esset vetus lectio παλαῖσαι, atque sic construenda verba: πρὶν ξίφος παλαῖσαι ἐπὶ αἵματι σῷ, *priusquam ensis certamen subiret, et velut specimen dexteritatis suæ ederet in tuo sanguine.* Nullus tamen dubito, pro παλαῖσαι legendum esse παῖσαι *antequam ensis in tuum sanguinem irrueret:* πρὶν ἐπιπαῖσαι τῷ σῷ αἵματι τὸ ξίφος. REISK.

859. θανάτῳ πελάσεις. *Mortem obibis,* non, quod ad literam sonat locutio, *morti appropinquabis.* Sic Apollon. Lib. IV. ἄτῃ ἀεικελίῃ πέλασαν. MUSGR. Pro ἄρα, conjeceram ἀνὰ, cum hac distinctione, Θανάτῳ πελάσεις, ἀνὰ Βάρβαρα φῦλα, στείχων. Reiskius παρὰ βάρβαρα: et δι' ὁδοὺς idem pro διόδους, v. 860. MARKL. Ad ὁδοὺς accommodatius est epitheton ἀνόδους, quam ad διόδους, cui melius conveniret ἀδιόδους. Præterea δίοδοι ἄνοδοι exercitibus quidem, sed non pediti difficiliores sunt quam ὁδοὶ ἄνοδοι. Sensus loci est: *An hortabor, ut terra iter faciens per barbaras gentes et locorum invia mortis periculum obeas? Per angustias rupis Cyaneæ certe quidem difficillimum est navi effugere propter transitum longissimum.* Dicit igitur Iphigenia, utramque viam, qua reverti Orestes possit, æque esse difficilem et periculosam, seque plane non habere, quo consilii se vertat. SEIDL.

865. τί. Quid sibi velit, nemo dixerit. Nam verba τῶν ἀδοκήτων conjungenda esse cum πόρον, non dubitabit, qui meminerit Euripidei illius τῶν ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός. Equidem pro τί scribendum arbitror τύχα. Noster Fragm. Inc. CLXXXVII. εἴτε τύχα εἴτε δαίμων. Hanc emendationem altera, quam metrum postulat, per se sequitur, ἐξανύσασα pro vulgato ἐξανύσας. Τάδε et ἄπορον πόρον posita sunt ἐκ παραλλήλου. Nam *hanc rem expedire* erat ἐξανύειν τῶν ἀδοκήτων ἄπο-

ρον πέρον. Participium ἐξανύσασα ita poëta posuit, ut proximum πέρον magis respiceret, quam remotius τῶνδε. SEIDL.

867. δυοῖν τοῖν μόνοιν. Hærent in adjectis τοῖν μόνοιν. Neque injuria. Superstitem enim Electram supra, v. 518. ipse Orestes docuerat. Hinc Piersonus Veris. p. 24. suspicatur, legendum esse τοῖν γόνοιν 'Ατρείδα. Marklandus opinatur, μόνος hic significare non *solus*, sed *præcipuus*, *eximius*. Sed ut hunc significatum habere possit, cur Electræ Iphigenia se præferat, parum intelligas. Equidem rem non ad unguem resecandam esse puto. In tanta familiæ suæ clade jam sola sibi Iphigenia cum fratre videtur esse superstes. Eandem video esse Brunckii sententiam ad Soph. Antig. 941. quem contulisse operæ pretium est. SEIDL.

868. ἔκλυσιν φανεῖ. Ἂν cum futuro indicativi poni posse, certum est. Hic etiam minor est offensio, quod ἂν referri potest ad participium ἐξανύσασα. SEIDL. Vide Kidd. ad Dawes. Misc. Crit. p. 166.

869. ἐν τοῖσι θαυμαστοῖσι κ. τ. λ. Sensus est: *Ex iis, quæ mirabilia sunt, et ultra quam ut dici possint, jam ipsa hæc vidi, atque aurita testis referre possum.* Verba μύθων πέρα Marklandus male reddit *ultra fabulas fictas*. Nihil amplius significant quam quod alias, ut paulo ante, v. 819. Noster dicit λογου πέρα, *ultra, quam ut narrari cum fide queant*. SEIDL.

871. sqq. Hos septem trimetros omnes libri continuant Choro, cui quam parum conveniant, in aperto est. Marklandus Iphigeniæ tribuit, sed ne huic quidem aptos esse, sentiet, qui totius loci nexum consuluerit. Recte Musgravius et ante eum Heathius Pyladi tribuit, Orestis et Iphigeniæ mollitiem castiganti. Apte etiam Musgravius confert orationem pædagogi in Soph. Electr. 1326. sqq. τὸ μὲν ineptum judicat Marklandus, conjicitque εἶεν, coll. Nostri Electr. 601. non repugnante Musgravio. At sanissimum est τὸ μὲν, cui ex vulgari syntaxi respondere debebat, v. 873. τὸ δὲ λήξαντα, pro quo simplex δὲ posuit, quasi nudum μὲν præcessisset. Neque hæc loquendi formula est in rarissimis. Inversa etiam ratione Sophocl. Electr. 219. dixit τὰ δὲ, licet non præcesserit τὰ μέν. Plura exempla ex hoc genere suppeditat Hermannus ad Viger. p. 701. Sensus est: *Ab altera parte æquum quidem est, amicos sibi invicem redditos amplexos sese tenere, sed ab altera oportet etiam, ut omisso luctu ad illa venias, de eo deliberes, quomodo ex hac terra possimus evadere.* SEIDL.

874. ὄνομα τῆς σωτηρίας. Si verum est, ponitur pro σωτηρίαν. Plutarch. in Nicia, p. 996. βέβαιον οὕτω τὸ τῆς εὐτυχίας ὄνομα

πρὸς τὸν αὖθις χρόνον ποιοῖτο. MUSGR. MS. E. ὄμμα, quæ perpetua confusio est. Vera est Musgravii explicatio. Sic noster Medea 126. τῶν μετρίων τοὔνομα pro τὰ μέτρια. Hec. 378. τῆς εὐγενείας ὄνομα. Orest. 1075. ὦ ποθεινὸν ὄνομ' ὁμιλίας ἐμῆς, ubi bene Schol. ὦ ποθεινὴ ὁμιλία ἐμοὶ, τουτέστι σὺ, ᾧ ποθεινῶς ὡμίλουν ἐγώ. Ad eundem modum explicandum σὸν ὄνομα, Hec. 432. et alibi, ut nihil amplius significet quam σέ. Nam ita etiam in Nostri Fragm. Aug. VII. 3. τοὐλεύθερον ὄνομα positum est pro simplici ἐλευθερία. SEIDL.

876. ἐκβάντας τύχης. *Deserentes fortunam.* Sic Plato: ἐὰν σμικρὰ ἐκβῶσι τῆς τεταγμένης διαίτης, p. 621. A. Ed. Ficin. MUSGR.

877. ἡδονὰς ἄλλας. *Voluptates a re præsenti alienas;* ut recte exposuit Reiskius.

879. τις. Aldus τι. Sed illud jam Brubachius. Idem placuit Reiskio et Marklando. Σθένειν neutiquam hic futuri significationem habet. SEIDL.

887. ἐμός; Vulgo ἐμοί, quod minus exquisitum est. Vide Schæf. ad Apoll. Rhod. Schol. p. 168. De genealogia vide Schol. ad Orest. 5. 33. 755. 1232. SEIDL.

899. θεῖος. Menelaus, *avunculus, patris eorum frater;* et ponitur hic absolute, cum sit etiam ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος. Sic Xenophon. Cyrop. Lib. I. Ὁ θεῖος αὐτῷ ἐλοιδορεῖτο. Idem apud Plutarchum περὶ Φιλαδελφίας et alios invenies. BARNES. Νοσοῦντας δόμους, ni fallor, accusativus absolutus est, de quo Hermannus ad Vigerum n. 328. Matthiæ Gramm. Gr. §. 562. 3. aliique, præter mea ad Heracl. 693. Allegat Matthiæ Sophoclem Œd. C. 1119. Ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε, πρὸς τὸ λιπαρὲς Τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκυνῶ λόγον. ELMS.

901. Post ἀκταῖς Aldus comma ponit, Marklandus notam interrogationis. Recte tamen Schæferus omnem interpunctionem sustulit. Ταῦτ' ἄρα valet διὰ ταῦτα ἄρα. SEIDL.

908. πόνων. Omnino legendum cum Marklando λόγων. MUSGR. Minime. Αἴδε spectat ad Φοίβου θέσφατα, v. 906. Explica: *in hac re* (scil. Apollinis oraculis) *positum mihi est initium multorum laborum.* SEIDL.

909. ἐπεὶ τὰ μητρὸς κ. τ. λ. *Postquam matris illa quæ tacemus flagitia ad manus venissent*, i. e. manu vindicata essent. SEIDL.

911. Aut mediam aut plenam distinctionem post φυγάδες habent pleræque editiones. Recte minimam Barnesiana. Ἔνθεν hic valet ἐκεῖσε (εἰς Δελφοὺς scilicet) ἔνθεν. Ita noster Herc. F. 257. ἀπέῤῥων δ', ἔνθεν ἦλθες ἐνθάδε, Ὕβριζ'. El. 640.

Στείχων, ὅθεν σε βουθυτῶν ἐσόψεται. Legendum autem ἔνθεν μου πόδα. Sic enim loquuntur tragici. Noster Med. 145. Hipp. 1027. 1342. 1448. Alc. 898. Heracl. 729. Herc. F. 1202. El. 183. ELMS. μοὶ πόδα, i. q. ἐμὲ, integra locutio valet, ἐνέλυσεν ἐμὲ στείχειν. REISK.

912. Reisk. conjicere videtur: εἰς τὰν 'Αθηνᾶς πόλιν ἔπεμψε. BECK. Nec male. Particulæ δή γ' facile omitti poterunt.

913. δίκην παρασχεῖν. Duportus ὑποσχεῖν. Non opus. Hippol. 49. Phœniss. 1654. Andromach. 1084. Hesiod. Op. et Dier. 712. Plutarch. Anton. 931. B. Plato, de Legg. IX. init. MARKL. ἀνωνύμοις θεαῖς. Soph. Œd. Col. 128. ἃς τρέμομεν λέγειν. SEIDL.

915. ἐκ του δὴ χερῶν μιάσματος. Pausanias in Atticis; 26, 43. Ἔστι δὲ Ἄρειος Πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη· καί μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἁλιῤῥόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε. Κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. BRODÆUS. Vide ad Elect. 1261.

916. ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε. Ita legi jusserunt interpretes plerique omnes, et Brunck. ad Soph. Electr. 480. quem vide coll. Matthiæ Gramm. Gr. §. 562. Post μὲν Barnesius inseruit μ', quod abesse non potest. Pro ξένων Marklandus mavult ξένον. Sed si illi ejus ξένοι erant, ipse quoque illorum erat ξένος. SEIDL. Vide ad Phœn. 283.

919. Male vulgo post οἴκων comma poni, recte monet Reiskius. Conjungenda enim sunt ἐν ταὐτῷ στέγει οἴκων, ut jam conjunxit Brodæus. SEIDL.

920. σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' κ. τ. λ. *Silentes autem effecerunt, ut indignus viderer, quocum quis sermonem haberet.* BRODÆUS. Mihi præplacet ἀπόφθεγκτον, *silentio suo hoc efficiebant, ut mihi quoque tacendum esset.* Recte autem hæc pro parenthesi habet Marklandus. SEIDL.

921. δαιτὸς γενοίμην πώματός τ' αὐτῶν δίχα. *Ut ab ipsorum convivio separatus essem.* Δίχα γενέσθαι, ut Euripidis, phrasis est Thucydidea I. p. 42. 12. p. 78. 81. VI. p. 442. 70. Thucydides autem Atticismi regula. Xenophontis Cyrop. VIII. p. 140, 10. ἡ ψυχὴ ἐπειδὰν τοῦ σώματος δίχα γένηται, *mens cum a corpore fuerit separata.* Matris cæde contaminato quid Athenis evenerit Oresti, narrant Athenæus ex Atthide Phanodemi X. p. 437. C. et Plutarch. T. II. p. 613. B. Conf. Stanleium in Æschyli Choëph. 289. MARKL.

922. ἐς δ' ἄγγος κ. τ. λ. Sensus est: *convivabantur, vina bibentes ex vase proprio quisque, quæ vasa omnia ejusdem*

erant magnitudinis et mensuræ. Vide citata ad v. 928. Post εἰς ἄγγος exspectes χέαντες, pro quo πληρώσαντες dicit. Βακχίου recte explicant οἴνου. SEIDL.

928. τελετὴν γενέσθαι. *Cerimoniæ originem dedisse.* HEATH. Malim *festo.* Citant Interpretes Aristoph. Schol. Equit. 95. Kust. Acharn. 1001. 1075. Festum illud vocabatur Χόες. Χοῆρες ἄγγος poetice dixit pro simplici χοᾶ, i. e. ἄγγος, *quod continet octo cotylas.* SEIDL. De re videndi Athenæus, X. 10. Suidas, v. Χόες. Plut. Sympos. II. 10. MUSGR.

930. Ἄρειον ὄχθον. Id est, Ἄρειον πάγον. BARNES.

931. θάτερον λαβὼν βάθρον. Duæ sedes, quas ἀργυροῦς λίθους vocant, ὕβρεως et ἀναιδείας dictæ: ex hac reus, ex illa accusator agebant. De qua re videsis Pausan. in Atticis, p. 27, 2. (Ed. Sylb.) Et Cæl. Rhodig. XII. 19. et Aloysii Schedias: I. 18. 94. BARNES.

932. πρέσβειρα Ἐριννύων. Tisiphone. Earum autem nomina ex ordine sunt hæc: Τισιφόνη τε, καὶ Ἀληκτὼ, καὶ δῖα Μέγαιρα. Hinc Virg. *Furiarum maximam* vocat Tisiphonen, Æn. VI. 605. et v. 570. *Continuo sontes Ultrix accincta Flagello* Tisiphone *quatit insultans; torvosque sinistra Intentans angues, vocat agmina sæva sororum.* Vide Servium in loca. BARNES.

933. εἰπὼν ἀκούσας θ' &c. Nihil mutandum. Apollo ipse et adversarios audiens et iis respondens Orestem defendebat. Ad totum hunc locum intelligendum faciunt Æschyli Eumenides. SEIDL.

934. ἴσας δέ μοι Ψήφους διηρίθμησε Παλλάς. Ubi æquales erant calculi nigri et candidi, concedebatur candidus unus pro Minerva, Ἀκροπόλεως præside, quia dii misericordes: et hinc æqualia suffragia absolvebant. Vide infra ad v. 1436. BARNES.

936. φόνια πειρατήρια. *Judicum, ubi quis de capite periclitatur.* SEIDL. Anglice verteris; *a trial for murder.*

938. ψῆφον παρ' αὐτήν. *Juxta ipsum locum, ubi suffragia lata sunt,* ut recte explicat Piersonus ad Mœrid. p. 351. vide et v. 914. MUSGR. ἱερὸν ὡρίσαντ' ἔχειν. *Sibi pactæ sunt templum habere.* Quare neutiquam cum Marklando scribendum ὥρισαν γ'. Medium hic propriam suam habet vim. SEIDL. Vide Electr. 1273. Æschyl. Eum. Pausan. Att. p. 68. Meurs. de Areop. c. 2. BECK.

942. Hesych. νῆστις· ἄσιτος, νηστεύων.

943. βίον ἀποῤῥήξειν. Virg. Æn. VIII. 579. *abrumpere vitam.*

945. λαβών. Noli hoc mutare. Eadem syntaxis est, de qua paulo ante ad v. 916. Scaliger conjicit λακὼν, in quo hoc quidem loco nescio quid displiceat; Canterus βαλὼν, cui parum præsidii est in Ion. 959. οἰκτρὰ πολλὰ στόματος ἐκβαλοῦσ' ἔπη. Minime autem omnium, quæ Marklandi opinio est, vulgatæ obstat proxime sequens λαβεῖν. Supra v. 876. legimus καιρὸν λαβόντας, ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν, quamquam proxime ante, v. 875. præcessisset λαβόντες, et v. 872. λαβεῖν. Seidl.

958. τὸ πρόθυμον. Id est, τὴν προθυμίαν. Ita rursus in v. 992. Vide ad Orest. 1099.

959. Ἄργει γενέσθαι. Id est, ἐν Ἄργει. Attici sæpe omittunt præpositionem ἐν. Markl.

961. τῷ κτανόντι με. *Patri, qui, quantum in illo erat, morti illam resignabat*, ut v. 989. Barnes.

962. ὀρθῶσαι θέλω. Verbum θέλω minime necessarium videtur, cum initio hujus sententiæ positum fuerit. An πάλιν scripsit? ὀρθῶσαι πάλιν esset ἀνορθῶσαι Sophoclis; Œd. Tyr. 46. 51. Antig. 169. ὤρθωσαν πάλιν. Markl. Satis probabiliter; neque tamen omnino mutatione opus est.

967. τίς δ' ἔνεστί μοι λόγος; Sensus est: *quænam reliqua mihi est excusatio, quid prætexere potero?* Seidl. Ἔνεστι sensu idem quod ἐνέσται. Demosth. in Midiana, p. 101. οὐκ ἐνέσται αὐτῷ λόγος οὐδὲ εἷς. Markl.

974. οὐ γὰρ ἀλλ' ἀνήρ. *Etenim vir*, &c. οὐ γὰρ ἀλλὰ est *etenim;* satis nota locutio, ex multis nostri et aliorum locis. τὰ γυναικὸς est γυναῖκες, ut τὰ Θεῶν, *Dii:* Iph. Aul. 33. Markl. Subintell. γυνὴ ποθεινὴ, ἀλλ' ἀνήρ. Reisk.

977. κοινόφρων. Hæret in hac voce Musgravius. Explicari possit: *et tibi et mihi communia esse cupiens.* Sed in compositis cum φρων sæpe illud φρων parum urgendum est, ut in Æschyl. Eum. 836. ἐμὲ παλαιόφρονα nonnulli non male explicant ἐμὲ παλαιάν. Seidl.

979. Aldus ἥξω δέ γ', ἥνπερ καὐτὸς κ. τ. λ. Locum a multis sollicitatum ita in notis refingit Seidlerus: Ἄξω δέ σ', ἥνπερ (supplet ἂν ὁδὸν) καὐτὸς ἐντεῦθεν περῶ Πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κ. μ. μ. Matthiæ ex emendatione Marklandi, Ἄξω δέ σ', ἥνπερ μὴ ὑτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, Πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κ. μ. μ. Olim emendabam ἥνπερ μὴ αὐτὸς ἔμπροσθεν πέσω. Sed ἔμπροσθεν apud Euripidem non legitur. Recte ἐντεῦθεν Seidlerus, cujus verba sunt: 'Ἐντεῦθεν *et* ἐνταῦθα *quam facile confundantur, discere licet ex Gregor. Corinth. p. 807. Schæf. Nostro loco pro* ἐνταῦθα *metrum invexerat* ἐνταυθοῖ. Addere poterat, Attice non dici ἐνταυθοῖ, sed ἐνταυθὶ, ut ἐνθαδὶ, ἐντευθενὶ, δευρὶ, et similia. Quæ

omnia a tragico sermone aliena esse satis notum est. Vide an legendum, Ἄξω δέ σ', ἥνπερ καὐτὸς ἐντεῦθεν φύγω, Πρὸς οἶκον, ἣ σου κ. μ. μ. ELMS.

982. Λοξίας. Παρὰ τὸ λοξὸν εἶναι ἐν τοῖς χρησμοῖς, καὶ ὅτι λοξὰ καὶ διπλῶς νοούμενα ἐμαντεύετο. Ridiculum enim illud, quod Eustathius, p. 794, 54. memorat, λοξίας quasi ἀπὸ λοξῆς, τῆς ἴας. Tale illud ambiguum oraculum apud Herodot. Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην δύναμιν καταλύσει, de quo Scholiast. ad Orest. 165. item Cicero, aliique. Huic affine illud: *Aio, te, Æacida, Romanos vincere posse.* BARNES.

984. καὶ σὸν πρόσωπον εἰσιδεῖν; Supra v. 86. de Apolline Orestes: Σὺ δ' εἶπας ἐλθεῖν Ταυρικῆς μ' ὅρους χθονὸς, Ἔνθ' Ἄρτεμις, σὴ σύγγονος, βωμοὺς ἔχει. Non de nihilo hic adjecta sunt verba σὴ σύγγονος. In oraculo dictum videtur nude ἔνθα σύγγονος βωμοὺς ἔχει. Hæc tum quidem Orestes interpretabatur de Diana, sed jam videt, etiam alio sensu accipi potuisse, de sua ipsius sorore. Hac eadem amphibolia in cognomine fabula usus est Goethius nostras. SEIDL.

987. Vulgo τῇδε γὰρ νόει Νόστον πρὸς οἴκους· ἡ δὲ βούλησις πάρα. Pro Νόστον omnes Codd. Gallici exhibent Νόστος: quod innuit depravatam esse vocem νόει. Lego, τῇδε γὰρ νοσεῖ Νόστος πρὸς οἴκους· ἥδε βούλευσις πάρα. Sic Iph. Aul. 955. νόστος πρὸς Ἴλιον κάμνει (i. e. νοσεῖ) ἐν τῷδε. Tragicis νοσεῖν dicitur quodcumque *non recte* procedit. Βούλευσις pro βούλησις certum puto. πάρα pro πάρεστι: *hæc est res de qua nunc consultare debemus.* ἥδε βούλευσις non ἡ δὲ βούλησις. MARKL. Optime quidem et certissime.

995. κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, κ. τ. λ. Non intellexit vir doctissimus (Marklandus) loci nexum. Quærit Orestes: *Nonne me poteris in templo condere?* Iphig. *Nimirum, ut caligine juvante evadamus?* Orest. *Ita. Nam furem me esse voluit Apollo: igitur etiam, quod furis est, agam per tenebras.* Cf. infr. v. 1365. Comparat Barnes. Hom. Iliad Γ. 10. SEIDL.

996. ἱεροὶ φύλακες. Dubitanter conjicit Marklandus, ἱεροφύλακες, cui confert v. 1249. ναοφύλακες. Sed ἱεροὶ φύλακες ita defendi potest, ut quidquid ad templum pertineat, id sanctum haberi dicas. Atque habet hæc lectio præsidium in v. 1194. εἴ τις ἡ Ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς. SEIDL.

1000. σοφίσμασιν. Vertunt: *ad fallendum.* SEIDL.

1001. δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες κ. τ. λ. Androm. 85. πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς· γυνὴ γὰρ εἶ.

1004. θέμις σε. Sic scripsi cum Reiskio et Marklando, quod pronomen propter proxima non potest abesse. Libri θέμις

γε. In fine versus recte Marklandus abruptionis notam posuit. Seidl.

1006. τὸ δ' ὅσιον δώσω φόνῳ. *Quod vero purum est dabo neci:* id est, *rem puram*, te purificatum. Pro δώσω non male legi posset δώσειν, sc. λέξομεν, *dicam:* sed idem significat δώσω, nempe, *dicam me daturam;* ut mox βουλήσομαι est, *dicam me velle.* Markl.

1009. ἔτ' ἐν δόμοισι. Ita bene MSS. duo: Aldus ἔστ' ἐν δ. Quæsierat Orestes de statua deæ, Iphigenia vero ad hoc non responderat, sed dixerat tantum, se mari ipsum esse lustraturam. Jam igitur iterum Orestes: *Sed adhuc in templo est deæ statua, ob quam huc veni;* i. e. *sed nondum viam monstrasti, qua ista e templo possit auferri.* Recte Heathius interrogandi notam in fine versus delet. Seidl.

1010. Marklandus ὡς ἐρῶ explicat *quod cupio;* Reiskius et Musgravius *ut dicam.* Falluntur omnes. Distinctio ponenda est post ὡς, ut fecimus, non post θιγόντος, ut vulgo. Conjungenda ὡς σοῦ θιγόντος, *tanquam a te tactam.* Addit ὡς, quod res ficta est. Seidl.

1011. νοτερὸν ἔκβολον. Marklandus explicat *humidum effluxum maris,* additque; "quando navigabant ad templum Dianæ, Symplegas illis erat εἰσβολή, quando redibant, ἐκβολή." Dubito, poetam hoc voluisse. Quærit itaque: *ubinam igitur in mari? an dicebas humectatum illum* ἔκβολον? Hinc interrogandi notam posui post πόντου, quæ vulgo ponitur post δῆτα. Si ponis post δῆτα, certe intelligendum est πόντου. Redeo ad vocem ἔκβολον. Locum istum, ubi navis Argiva appulerat, in quo lustrationem Iphigenia erat factura, solitarium fuisse, discimus infra ex v. 1164. ἐρημίας δεῖ, coll. v. 1293. Proclive igitur est, ἔκβολον explicari de rupe in mare prominente, sub qua navis in ancoris erat. Neque dubitandum, quin Eustathius huc respexerit, p. 1405, 47. quum dicit, Euripidem voce ἔκβολος usum esse ἐπὶ ὀξέος ἀκρωτηρίου. Videmus simul, quid statuendum sit de interpretum opinione, qui omnes corrigunt ἐκβολήν. Seidl.

1013. Optime Jacobsius Exercitt. in Eur. p. 84. σὺ δ' ἤ τις ἄλλος. Vulgo σοὶ δὴ τίς ἄλλος. Videtur hæc quærere Orestes, in animo habens, ut Pyladi hoc munus tribuatur. Seidl.

1015. πόνου; Ita conjecit Brodæus explicans: *negotii hujus.* Aldus φόνου, de quo sic Marklandus: "ποῦ φόνου; *in qua parte cædis,* nempe, istius cædis, quam dices me perpetrasse. Non opus videtur πόνου. Vide versum proxime sequentem." Hæc explicatio admodum displicet. Facillima Brodæi emen-

datio hoc dicit: *quasnam vero in hoc opere Pyladi partes tribuemus?* Musgravius proponit δόλου. SEIDL.

1019. πίτυλος εὐήρης. *Ordo remigum aptus.* De voce πίτυλος vide supra ad v. 297. Cui addantur hæc ex Schol. Æschyl. Theb. 862. Ἔστι κυρίως ὁ ἀπὸ τῶν ἐρεσσομένων κωπίων γινόμενος θόρυβος. Εὐήρης autem ab ἐρέσσω, *remigo;* hinc Hom. εὐήρες ἐρετμόν. BARNES.

1023. εἰς οἶκτον. *Ad excitandam misericordiam.* STIBLINUS.

1024. Marklandus corrigendum suspicatur ἂν πάντα. At ipsum ἴσως locum tenet particulæ ἄν. Sic Æschyl. Agam. 1057. Ἐκτὸς δ' ἂν οὖσα μορσίμων ἀγρευμάτων, Πείθοι' ἄν, εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως. SEIDL. Addit Elmsleius Suppl. 745. Ἴσως γὰρ ἢ κῆρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι, Ἄγειν θέλοντες, ῥυσίων ἐφάπτορες.

1025. ὡς ὑμᾶς βλέπω. Pro εἰς, vel πρὸς ὑμᾶς. BARNES.

1026. Hoc versu τἀμὰ est ἐγώ. Vide sequentia; et Iph. Aul. 473. Andromach. 235. MARKL.

1028. Aldus: φίλου τ' ἀδελφοῦ, φιλτάτου τε συγγόνου. Marklandus φίλης τ' ἀδελφῆς, quod etiam Musgravius recepit. Minori mutatione opus erat. Supra v. 86. σὴ σύγγονος. SEIDL.

1035. νόστος. Sic legendum cum plurimis interpretibus. Aldus νόστον. Miro modo hoc explicat Marklandus per præpositionem κατά. SEIDL.

1037. σώσω σ' ἐς Ἑλλάδ', κ. τ. λ. Vide ad Med. 473.

1038. σὲ καί σ'. Jason apud Apollon. Rhod. Lib. II. ἀμφὶ δὲ τοῖο Καὶ τοῦ ὁμοῦ καὶ σεῖο καὶ ἄλλων δείδι' ἑταίρων. Reisk. mavult Σεμνῆς ἱκνοῦμαι. MUSGR. Multo probabilius ἱκέτις ἱκνοῦμαι conjicit Elmsleius, conferens locum plane gemellum apud Soph. Phil. 468. Dubitandum tamen, an mutatione opus sit. Cf. paulo infra v. 1048.

1042. μὴ γὰρ αἰνουσῶν λόγους. Id est, εἰ μὴ αἰνεῖτε λόγους ἐμούς. SEIDL.

1048. σὸν ἔργον καὶ σόν. Id est, ὑμέτερον πασῶν. BARNES.

1050. θυσίαν ἐλέγχων. Vel, Ἥξει Θυσίαν ἐλέγξων, ut v. 237. ἥκω σημανῶν. Herc. Fur. 595. ἥξει ἕλξων, φονεύσων, ἐπισφάξων. Interdum tamen utrovis tempore. MARKL.

1052. ἐκ πατροκτόνου χερός. Latinus interpres: *a patris interfectrice manu.* Nota hunc adjectivi illius usum. SEIDL.

1060. ἔλεγον οἶτον ἀείδεις. Conjecerat Musgravius ἔλεγον οἷον ἀείδεις, sed postea vulgatam defendit. Barnesius vel οἰκτρὸν legendum monet vel ἔλεγον accipiendum pro adjectivo. Prius persuasit Brunckio ad Aristoph. Ran. 1309. ubi nonnulla ex nostro carmine traducuntur; alterum approbavit Schneidero, qui ut adjectivam vocabuli istius vim confirmet,

citat Nostri Hel. 186. et Iph. Taur. 145. locos alienos. Male etiam Marklandus vertit: *lugubre fatum canis.* Sana quidem est vulgata, sed explicanda illa eum in modum, ut explicat Porsonus Phœnis. 293. Nostro loco similes sunt Æschyl. Agam. 1203. ὑμνοῦσι δ' ὕμνον δώμασιν προσήμεναι Πρώταρχον ἄτην. Sophocl. Trachin. 49. πολλὰ μέν σ' ἐγὼ Κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα Τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην. Nec multum abhorrent Eur. Troad. 338. βοάσατε Ὑμέναιον νύμφαν, ad quem locum vide quæ annotavimus. SEIDL.

1062. πόσιν. Κήϋκα. Vide Fabulam de Ceyce et Halcyone, Ovid. Metamorph. XI. 410. BARNES.

1063. ἐγώ σοι παραβάλλομαι κ. τ. λ. Explica: ἐγὼ παραβάλλομαι θρήνους ἐμοὺς σοὶ, id est, τοῖς σοῖς θρήνοις. Nisi quis malit cum Reiskio legere θρηνοῦσ'. SEIDL.

1068. φοίνικά θ' ἁβροκόμαν, κ. τ. λ. De hac palma et lauro Latonæ sacris vide Scholiasten et notas nostras ad Hecub. 454. BARNES.

1071. Pro ὠδῖνα Portus legit ὠδῖνι. Sed tunc legi quoque oportet vel φίλον, scil. θαλλὸν, vel φίλας, nempe ἐλαίας, non φίλαν. Vide Hec. 456. MARKL. Hoc non necessarium est. Φίλαν potest referri ad ἐλαίαν, quod latet in θαλλὸν ἐλαίας. Plane sic Æschylus, Agam. 120. λαγίναν ἐρικύμονα φέρματι γένναν, βλαβέντα λοισθίων δρόμων, ubi βλαβέντα dixit, quasi præcessisset λαγωόν. SEIDL.

1072. λίμναν θ' εἱλίσσουσαν κ. τ. λ. Hanc paludem in Delo Trochoeidea nominatam ait Herodotus. II. 170. Λίμνη τέ ἐστιν ἐχομένη, λιθίνῃ κρηπῖδι κεκοσμημένη, καὶ εἰργασμένη ἐν κύκλῳ, καὶ μέγεθος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε, ὅσηπερ ἡ ἐν Δήλῳ, ἡ Τροχοειδὴς καλεομένη. Hinc Theognis, v. 7. natum ait Apollinem: Ἀθανάτων κάλλιστον ἐπὶ Τροχοειδεῖ λίμνῃ, Πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη Ὀδμῆς Ἀμβροσίης. Recte itaque Ortelius: *Trochoeides*, Τροχοειδὴς, *lacus in Delo*. Quare vero illius aqua dicatur hic ὕδωρ Κύκνειον, explicabitur ex Callimachi Hymn. in Delum, v. 49. BARNES.

1081. νόστον ἦλθον. Intelligo ἦλθον νόστον, *iter profecta sum,* quod est ἐλθεῖν πόρον, v. 116. ἰὼν νόστον, Iph. Aul. 1174. vide Suidam V. περινοστοῦντας. MARKL.

1084. παῖδ' Ἀγ. λατρεύω. Confer quæ disputavimus ad Electr. 131. SEIDL.

1085. βωμούς τε μηλοθύτας. Musgravius corrigit βωμούς τ' οὐ μηλοθύτας. Verum non credibile est, solos homines in aris illis esse immolatos. Quamobrem sine libris vulgatam mutandam non puto. SEIDL.

1086. ζηλοῦσ'. Sic optime tres Marklandi libri; Oxon. plene ζηλοῦσα. Vulgo ζητοῦσ'. Dicit Chorus, *se sua conditione feliciorem prædicare sortem perpetuo miseram*, i. e. sortem eorum, qui a principio statim miseri fuerint, nec felicitatis dulcedinem unquam gustaverint. Huic sententiæ apposite subjicitur proxima, ἐν γὰρ ἀνάγκαις οὐ κάμνει σύντροφος ὤν. SEIDL.

1088. κάμνει. Etiam mihi probatur hæc lectio Cod. Oxon. in quam jam ante viri docti inciderant, quamquam vulgatum κάμνεις defendi potest: vide Brunck. ad Soph. Trach. 2. Fraudem librariis fecit littera proxime sequens, quam bis scripserunt. Marklandi in hunc locum emendationes non maximi sunt pretii. SEIDL.

1089. μεταβάλλει δυσδαιμονία. Explicare fortasse possis: *mutatur* (μεταβάλλει pro μεταβάλλεται, ut sæpe apud Euripidem,) *infortunium* scil. his, qui semper infelices fuerunt, i. e. his infortunium non est infortunium, propterea quod meliorem aliam sortem non norunt. Sed nimis abrupta oratio est. Quare legendum suspicor: ἐν γὰρ ἀνάγ-Καις οὐ κάμνει σύντροφος ὢν· Μεταβάλλειν δυσδαιμονίαν, ut infinitivus pendeat a κάμνει. Sensus erit: *qui semper infelix fuit, is fortunam suam quamvis iniquam mutare non laborat, sed fert patienter, quoniam felicitatis, quam non expertus est, desiderio nullo agitur.* Κάμνειν simili modo occurrit Iphig. Aul. 1130. μὴ κάμνῃς λέγων. Fragm. Incert. B. v. 41. μὴ κάμνε πατρίδα σὴν λαβεῖν πειρώμενος. Quod κάμνειν fere cum participio jungitur, ea re parum moveor, quandoquidem alia quoque verba, quæ cum participio poni amant, veluti οἰκτείρεσθαι, ἄχθεσθαι, αἰσχύνεσθαι, παύειν, alia, haud raro infinitivum comitem habent. SEIDL.

1090. μετ' εὐτυχίας. Scaliger μετ' εὐτυχίαν recte; nisi εὐτυχίας etiam in accusativo plurali legeretur. BARNES. Cf. Ion. 485. 1505. Quo melius autem totus hic locus intelligatur, conferri possunt, citante Marklando, Hercul. Fur. 1262. Troad. 643. Hel. 417. Addo, quod magis etiam appositum est, Fragm. Belleroph. XVI. SEIDL.

1092. καὶ σὲ μὲν, πότνι', Ἀργ. Πεντ. Recte sic interpungunt Marklandus et Musgravius, conjungentes Ἀργεία πεντηκόντορος, scil. ναῦς, coll. v. 1312. Vulgo copulant πότνι' Ἀργεία. In antiquissimis editt. hic versus interpunctione omni caret. SEIDL. Navis Argo putabatur prima πεντηκόντορος fuisse apud Græcos, quam tamen Theocritus in Hyla τριακοντάζυγον, i. e. ἑξηκόντορον, vocat. Antea parvis naviculis et acatiis utebantur. Phœnices primi has longas naves excogitarunt, quarum prima, Græcis nempe cognita, Danai fuit; de qua Apollodorus

Biblioth. II. 4. Quam et Euripides in Helena πεντηκόντορον Σιδωνίαν vocat. BARNES.

1094. συρίζων κ. τ. λ. Κέλευσμα ναυτικὸν quodammodo innuit. Κηροδέτας idem est quod κηρόδετος, ἤγουν, κηρῷ δεδεμένος, ἡρμοσμένος. BARNES.

1100. Male εὖ σ' pro εἰς Bothius, Zimmermannus, Seidlerus, Matthiæ. Legendum ὡς, auctore Marklando, cujus verba sunt: *Dubito an Græci scribant* εἰς ἐπί. *Frequenter occurrit* ὡς ἐπί. Exempla collegerunt Wetstenius ad Lucæ verba ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, Act. Apost. xvii. 14. Hoogeveenius et Zeunius ad Vigerum, p. 567. Sturzius Lexico Xenophonteo v. Ὡς, pp. 607. 616. aliique. Ceterum paullo ante v. 1126. pro συρίζων δ' repone συρίζων θ'. ELMSL.

1103. Etiam hic versus a metro laborat, ab sensu totus locus. Marklandus, quo versum expleret, post ἱστία inseruit καί, quod prorsus absonum est. Nam πρότονοι, i. e. *funes*, non possunt explicare *pedem* navis, qui ipse erat funis. Imo ne vela quidem recte dicuntur *explicare* pedem navis, quem potius *extendunt*. Pedes e contrario explicant velum. Sed videamus de singulis. Πρότονοι proprie sunt duo majores illi funes, quibus malus proram et puppim versus illigatur. Scholiastes ad Eur. Hec. 109. πρότονος· τὸ σχοινίον, δι' οὗ δεσμοῦσι τὸν ἱστόν. Apollon. Rhod. I. 563. δὴ ῥα τότε μέγαν ἱστὸν ἐνεστήσαντο μεσόδμῃ, δῆσάν τε προτόνοισι, τανυσσάμενοι ἑκάτερθε. ubi Scholiastes: προτόνους δὲ τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ ἱστοῦ ἐπὶ τὴν πρῶραν καὶ τὴν πρύμναν ἐκτεινόμενα σχοινία, coll. v. 1204. Hesychius: πρότονοι· οἱ ἑκατέρωθεν τοῦ ἱστοῦ σχοῖνοι ἐκτεταμένοι εἰς τὴν πρῶραν καὶ πρύμναν ἔμπροσθεν. cf. statim sub v. προτόνοισι. Hæc propria vocis significatio est. Translate deinde usurpatur de quovis fune nautico: vide Etym. M. p. 804. 49. Zonaras sub v. coll. Nostri Hec. 111. Nostro loco propria potius quam translata significatione accipiendum esse persuadet *stoli* et *pedis* simul illata mentio. Quid στόλος fuerit, explicat Apollonii Scholiastes ad Lib. I. v. 1089. στόλος λέγεται τὸ ἐξέχον ἀπὸ τῆς πτυχῆς καὶ διῆκον ἄχρι τῆς πρώρας ξύλον. Pollux I. 86. τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ ἐμβόλου καὶ τῆς προεμβολίδος ὁ στόλος ἐστιν ὑπὲρ τὴν στεῖραν, ὃς καὶ περικεφαλαία καλεῖται. Minus accurate Hesychius: στόλος καὶ ὁ τῆς νεὼς ἔμβολος λέγεται, τὸ εἰς ὀξὺ συνεστραμμένον. Navis autem πόδες erant duo funes, qui ab utraque inferiore veli parte, sive ab angulis veli, exeuntes, in navi puppim versus alligabantur. Schol. ad Eur. Orest. 695. λέγεται δὲ οὕτω (πούς) σχοινίον, τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου. Clarius Schol. Aristoph. ad Eq. 436. πόδας δὲ καλοῦσιν οἱ ναῦται τοὺς παρ'

ἑκάτερα τὰ μέρη καλῶς ἐκδεδεμένους τῆς ὀθόνης. Unde intelligitur, cur utroque pede intento ventus majori vi velum impleverit, quam alterutro sive utroque relaxato. His ita explanatis, nostrum locum sic corrigo: ἀέρι δ' ἱστία πρὸ προτόνου κατὰ πρῷραν ὑπὲρ στόλον ἐκπετάσουσι πόδες ναὸς ὠκυπόμπου. *Vento vela ante mali funem a prora super stolum explicabunt pedes navis celeriter euntis.* Quæ omnia fieri necesse erat, quando pleno velo secundoque vento navigabatur. Noster Hel. 1459. κατὰ μὲν ἱστία πετάσατ' αὔραις λιπόντες ἐναλίαις. Homer. Odyss. E. 269. οὔρῳ πέτασ' ἱστία. Apollon. Rhod. II. 902. ἐκ δ' ἔχεαν πίσυνοι ἀνέμῳ λίνα. Præpositio πρὸ, quam ob syllabam sequentem librarius omiserat, vocalem producit ante mutam cum liquida, ut moris est in dactylicis numeris. Facile est, quod πόδα in πόδες mutavi. Vide Schæf. Mel. Crit. p. 29. qui citat Porson. ad Eur. Hec. p. 50. Vulgatum πόδα etiam hanc offensionem habet, quod dactylos secus atque in antistropha in brevem syllabam exire facit. SEIDL.

1106. λαμπρὸν ἱππόδρομον. *Cœli amplum spatium, in quo Sol equis suis invectus, et Aurora, Stellæque quasi suis cursibus exercentur; ut in magno quodam circo.* De Hippodromis autem Olympico et Eleorum vide Pausaniam. BARNES. Mens Chori in his quinque versibus est: *Utinam possem volare per aëra ad domum meam et thalamum in Græcia, atque ibi deponere remigium alarum, et ducere choreas quemadmodum solebam!* MARKL.

1112. εὐδοκίμων γάμων. Perperam quidam construunt χοροῖς εὐδοκίμων γάμων; nam particula ὅθι pertinet ad verbum ἐσκίαζον, v. 1119. Neque bene conjungi possunt παρθένος εὐδοκίμων γάμων, quod dictum sit pro νύμφη εὐδοκίμου νυμφίου. Marklandus proponit εὐδόκιμος γάμων, i. e. ἕνεκα γάμων, quod displicet. Vulgatæ lectionis unam explicationem relictam video, ut genitivus εὐδοκ. γάμων pendere putetur a θιάσους v. 1114. cui constructioni certe non obest alter genitivus ἡλίκων, qui cum θιάσους quasi unam notionem efficit. SEIDL.

1113. παρὰ πόδα. Significat *coram*. SEIDL.

1115. Difficilis et incerta horum versuum emendatio est, ut jam monuimus ad stropham. Videtur aliquid deesse, sed quo loco, non ausim definire. Copulam aliquam jam alii desiderarunt. SEIDL. Locum plane non intelligimus.

1118. Recte Heathius comma post περιβαλλομένα delet et ponit post γένυσιν. Possis quidem ad ἐσκίαζον intelligere αὐτὰς, scil. γένυας, coll. Hippol. 133. κεφαλὰν σκιάζειν. Phœniss. 1485. οὐ προκαλυπτομένα ἁβρὰ παρηΐδος. Bacch. 428. πλόκαμος γένυν

παρ' αὐτὴν κεχυμένος; sed præstat *ἐσκίαζον* accipere pro *ἐσκιαζόμην*. Noster Bacch. 1004. *Ἦν δ' ἄγκος ἀμφίκρημνον, ὕδασι διάβροχον, Πεύκαισι συσκίαζον*, ubi vide Brunck. coll. Matthiæ Gramm. Græc. §. 496. Musgrav. ad Soph. Œd. Reg. 987. et Eur. Phœniss. 1152. Lobeck. ad Ajac. p. 247. fin. Quod Canterus proponit, *γένυ συνεσκίαζον*, non potest ferri, quod, utpote femininum, accusativum semper format *γένυν*. In Androm. v. 1158. legendum est *γόνυ*, coll. Nostr. Suppl. 283. Herc. Fur. 1179. Itaque Marklando non obtemperandum, qui hanc vocem lexicis inferri jubet. Seidl.

1122. *ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς κ. τ. λ.* Hæc non intelligo; omnes tamen hunc locum sicco pede transierunt. Scripseratne forsitan Euripides: *ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα* ΔΑΠΤΟΝΤΑΙ *πυρί*; Ignis enim *devorare* et *comedere* dicitur. Vide N. Heinsium in Consolat. ad Liviam. 134. *Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.* Virgil. Georg. III. 566. *contactos artus sacer ignis edebat.* Æschylus Prometh. 368. *Ποταμοὶ πυρὸς* ΔΑΠΤΟΝΤΕΣ *ἀγρίοις γνάθοις Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γυίας.* Choëphor. 322. *φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει Πυρὸς ἁ μαλερὰ γνάθος.* Jacobs. Vulgatam non improbo. Mallem tamen, si consentirent libri, *σῶμα δαίονται πυρὶ*, ut in Heracl. 913. *πυρὸς δεινᾷ φλογὶ σῶμα δαισθείς.* Tro. 824. *ἁ δέ σε γειναμένα πυρὶ δαίεται.* Elmsl. *σῶμα* est accusativus. Seidl.

1126. *παραστάσιν.* Est a *παραστάδες.* Seidl. Dicit Iphigenia, *Rex, siste gradum in introitu templi, ibi ubi nunc es;* ne ultra procedas, neve propius ad me accedas, ne me polluas. Markl.

1128. *ὁσίᾳ.* Recepi lectionem Cod. C. Sensus: *Religioni enim hoc a me verbum datur;* i. e. religioni hoc a me tribuendum est, ut tali verbo utar, scil. verbo *ἀπέπτυσα.* Marklandus legi vult *ὁσίᾳ γὰρ δίδως ἔπος τόδε*, *puræ enim hoc loqueris*, i. e. *purificatæ*, et in *casto*, utpote rem sacram facturæ. Putat enim, Iphigeniam respicere ad vocem *καινὸν*, quæ male ominata sit. Cui explicationi jure obloquitur Musgravius, ipse tamen vanas e longinquo conjecturas petit. Vulgo legitur *ὁσία*, quod Brodæus explicat per *ὁσίως.* Seidl. De verbo *ἀπέπτυσα* vide ad Hec. 1252.

1129. *φροιμιάζει.* Attice pro *προοιμιάζει.* Barnes.

1132. *παλιν ἕδρας ἀπεστράφη.* Paria prodigia vide Ovid. Metam. X. 696. Senecæ Thyest. 264. quin serio relata Jul. Cæsar. de Bello Civili III. 86. *ἀποστροφὰς καὶ καταμύσεις ξοάνων* memorat Plutarch. in Camillo. Vide et Lycophron. 988. Q. Calabr. Lib. XIII. Musgr. *πάλιν.* Recte Barnesius explicat *ὀπίσω.* Seidl.

1134. ὄψιν δ' ὀμμάτων ξυνήρμοσεν. Id est, *oculos clausit.* SEIDL.

1138. κεκτημένοι φόνον. *Habentes cædem;* i. e. *reatum* cædis. Sic ἔχειν αἷμα, pro eadem re, Orest. 503. et alibi. Sed αἷμα κεκτημένοι, Supplic. 263. longe aliud est. MARKL. Qui, articulum supervacaneum putans, proponit ἠλθέτην φόνον; Musgravius ἦλθον τίνα φόνον. At minime articulus abundat. Intellige sic: *cædes ista,* (i. e. quam innuo) *qua polluti huc venerunt, domestica est.* SEIDL.

1141. Vulgo τόδ' ἔτλη τις ἄν. Explicationem τόδ', quæ metrum corrumpit, ejecimus. Facile enim ex prægressis intelligitur μητέρα κατεργάσασθαι. SEIDL. Vereor ut abesse possit τόδ', quod ante Seidlerum ejecerat Gaisfordius. Noster Med. 1329. Οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ Ἔτλη ποθ'. Hel. 96. Οἰκεῖον αὑτὸν ὤλεσ' ἅλμ' ἐπὶ ξίφος. ΕΛ. Μανέντ'; ἐπεί τις σωφρονῶν τλαίη τάδ' ἄν; Frustra hunc locum tentavi in censura Trimestri. Hodie placet, Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἤλπισ' ἄν. Subauditur γενήσεσθαι. Ita noster Hipp. 96. Ἦ κἂν θεοῖσι ταυτὸν ἐλπίζεις τόδε; Ubi εἶναι supplent interpretes. Hel. 656. Τί φῶ; τίς ἂν τάδ' ἤλπισεν βροτῶν ποτε; Emendationi meæ optime convenit Iphigeniæ responsum, Πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος. ELMSL.

1142. ἠλάθησαν. Hanc formam tuetur atque illustrat Piers. ad Mœr. p. 14. BECK.

1144. ὡς μεταστήσω φόνου. Recte vertunt: *ut amoveam a contagione cædis.* SEIDL.

1153. ἐξένευσας. Male Barnesius derivat ab ἐκνέω. Thema est ἐκνεύω, quod jam vidit Brodæus. SEIDL. Recte tamen statuit Barnesius ad Hippol. 470. hoc uno loco male citato.

1157. οὐκοῦν. Marklandus scribendum putat οὔκουν, vertitque: *cur igitur cessas aqua lustrali eos adspergere?* Quidni, servato οὐκοῦν, *igitur in eo es, ut aqua lustrali eos adspergas?* Pro ξίφος τε σὸν idem mavult ξίφος τε σοί, quod non propria manu Iphigenia hospites jugulaverit. Sed ξίφος σὸν est *gladius, cujus usus a te pendet,* i. e. quo cæduntur ii, quos tu jusseris. Magis offendi poterat, v. 848. ἐξ ἐμῶν δαϊχθεὶς χερῶν. SEIDL.

1160. θάλασσα κλύζει. Veterum hanc, non unius Euripidis, opinionem fuisse ex Apollon. Rhod. colligas, apud quem Circe, somniis nocturnis perterrefacta, caput et vestes primo mane aqua marina humectat. Confer etiam Soph. Ajac. 663. Hinc etiam Telemachus Odyss. B. 261. χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλὸς εὔχετ' Ἀθήνῃ. MUSGR. De voce κλύζειν, *purgandi* significatione, vide Abresch. Miscell. Obss. Nov. I. p. 81. SEIDL.

1163. οὐκοῦν πρὸς αὐτὸν κ. τ. λ. Recte in fine hujus versus Aldus signum interrogationis omittit, quod vulgo addentes vertunt: *nonne ad ipsum templum fluctus alliditur?* quod alienum est. Dicit Thoas: *Facile igitur res perfici poterit, ad ipsum enim templum fluctus alliditur.* Seidl.

1169. δίκαιος ἡ'υσέβεια, καὶ προμηθία. Non dubito quin Euripides scripserit, Δίκαιος ἡ σὴ 'υσεβία κ. τ. λ. ita ut σηυ sint unius tantum syllabæ. Mallem quoque, χἡ προμηθία. Markl. Horum nihil verum. Ipse articulus ἡ significat, de nulla alia quam de Iphigeniæ pietate sermonem esse, deinde contractionem istam σὴ ὑσεβία exemplis firmare debebat, quam, quod sciam, nonnisi articulus facere solet et particulæ ἢ (ἦ) et μή. Nam recte Brunckius in Aristoph. Eccles. 115. edidit ἡ μὴ 'μπειρία pro ἡ 'μὴ 'μπειρία. De inserendo autem illo articulo χἡ, vide ad Electr. 429. Illud autem bene Marklandus monet, post hunc versum inserendum videri iambum, qui infra post v. 1181. inter medios trochaicos legitur: ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις. Neque opus est, ut ὡς in ὧν mutetur. Seidl.

1171. γενέσθω. Parum caute Marklandus reposuit γενέσθαι. Vide Matth. Gramm. Græc. §. 511. Seidl. Constructio est; *Let there be done you know what.* Porson. In Advers. p. 262.

1174. Legendum monuit Elmsleius κἀκκομιζόντων γε, ex Porsoni observatione ad Orest. 611. Simili mendo olim laborabat v. 1181.

1175. Vulgo κατακρύψαντες. Barnesius κρᾶτα κρύψαντες. Lege κρᾶτα κρύψαντες, *capita obnubentes*: vide Herc. Fur. 1202. Musgr. In editt. Ald. et Barnesii male omittitur persona ΙΦ. in hoc ultimo trochaico. Verba, ἡλίου πρόσθεν φλογὸς, Thoantis sunt, *num oppositis velaminibus solis flammæ?* ne scilicet lucem ejus (qua indigni sunt parricidæ) intueantur, et radios ejus contaminent? Hoc vult ille: et notandum est, quæstionem Thoantis hic, et ter infra (nempe, vv. 1178. 1183. 1185.) ita a poëta institutam esse, ut sit supplementum verborum præcedentium Iphigeniæ, et quærendo dicat istud quod jubendo ipsa dixisset, nisi ille eam interpellasset. Markl. Per hos omnes Trochaicos Personarum ordinem, antea confusum, optime restituit V. D.

1181. Etiam hic ex Brub. et Hervag. propagatum est vitiosum δ', quum recte in Aldina et Cod. B. legatur γ'. Marklandus et Heathius ad οὐδεὶς supplent πελαζέτω. Non meminerant viri docti, ita dicendum fuisse μηδεὶς, non οὐδείς.

Supplendum potius est verbum, quod significet *admittendus est.* Summam curam simulat Iphigenia, ne Thoas mortis periculo objiciatur. SEIDL. Bothius, Καὶ φίλην γ' ȣ̓ δεῖ. Malim, Καὶ φίλων γ' ȣ̓ δεῖ μάλιστα, i. e. ἐρημίας δεῖ, ut paullo ante dictum est v. 1164. ELMSL.

1183. Vulgo χρυσῷ. Clare legendum πυρσῷ, *face, igne:* et ita Reiskius. Vide Helen. 869. Herc. Fur. 1117. MARKL.

1201. Accedimus ad carmen librariorum culpa deformatissimum, interpretumque judicio pæne desperatum. At metrum tamen et sensus ita se invicem juvant, ut pleraque vitia summa cum probabilitate, sed non sine audacia quadam, possint elui. Carmen Antistrophicum esse primus animadvertit Tyrwhittus, a quo monitus jam mendas aliquot Musgravius sustulit. Ex nostris autem emendationibus nonnullæ debentur Erfurdtio.—Argumentum carminis, quod viri docti non ex omni parte perspexerunt, hoc est: Latona brevi post partum Apollinem cum Diana ab insula Delo transtulit ad montem Parnassum, ubi Themis, Terræ filia, oraculum habebat ab immani dracone custoditum. Hunc draconem infans adhuc Apollo quum interfecisset, ipse oraculo occupato hominibus vaticinatus est. At Terra ob deturbatam loco filiam dolens, quo Apollinem cultu suo privaret, frequenter hominibus per somnia oracula edidit. Qua ira ille ad Olympum profectus puerilem ex Jovis solio veluti fulmen gerens vibrat manum, minans Terræ se vaticinationem vi sublaturum. Ridens ob hanc pueri alacritatem Jupiter ipse cessare facit nocturna vaticinia, Terræque ira sedata, Apollini honorem restituit, eumque in Delphica sede confirmavit. Citant de hac fabula Marklandus Antonin. Liberal. Fab. XXXV. Strab. Lib. IX. p. 646. Lib. XIV. p. 948. Athenæi Lib. XV. cap. ult. p. 701. C. D. Barnesius Apollodori Biblioth. I. 4. Didym. ad Iliad. B. 519. et Eur. Schol. Orest. 163. Quibus addendus Æschyl. Eum. init. Neque mihi quidem, quæ quorundam opinio est, hæc fabula ab hoc loco videtur aliena esse; immo quum cuncta, quæ in hac Tragœdia mirabilia accidunt aguntur que, fatumque Orestis omne ab Apollinis oraculo veluti e fonte suo exeant, haud abs re est, quam tantæ auctoritatis oraculum originem habuerit, hoc loco doceri. Rem accuratius perpendere debebat Marklandus, priusquam affirmaret, non minori jure etiam Herculis laudes hoc loco potuisse celebrari.—εὔπαις. Nihil hac voce sanius. Sensus: *eximius infans,* sive *puer, fuit Latonæ filius.* Est enim Chorus facta Apollinis narraturus, quæ patraverit infans. Schol. ad Arist. Plut.

659. εὔπαιδα δὲ οἷον καλὰς ἔχοντα παῖδας, ἢ τὸν καλὸν παῖδα· ἐπαμφοτερίζει γὰρ τὰ τῆς χρήσεως ἐπί τε τοῦ καλοῦ παιδὸς καὶ τοῦ καλὰς παῖδας ἔχοντος. SEIDL.

1202. Δηλιάσιν. Vulgo Δηλίας ἐν metro invito. Δηλιὰς cum Scaligero, qui Latonam intelligit, legi vel ideo non potest, quod Deli insulæ mentio abesse nequit. Noster Ion. 165. λίμνας Δηλιάδος. Monet Musgravius, Delum insulam vulgo ut sterilem describi. Verum spectare videtur poëta nonnisi ad arbores istas, quas, quum Latona pareret, terra progenuit. Vide Nostri Hec. 454. SEIDL.

1203. χρυσοκόμαν. Apollinem significabit, etiamsi Φοῖβον tollas. Vide Troad. 258. Pindarus Olymp. VII. Epod. 2. Τῷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας. Delendum igitur, metro jubente, Φοῖβον. MUSGR. Φοῖβον delet Seidlerus.

1204. ἅ τ' ἐπὶ τόξων κ. τ. λ. *Et Dianam.* Inserit hoc poëta, ne ab historia deflectat, quæ simul cum Diana Apollinem ad Parnassum translatum refert. Nam unum Apollinem jam celebraturus est. Quocirca hæc Dianæ mentio veluti in parenthesi ponenda est, quasi dixisset σὺν τῇ Ἀρτέμιδι. Cetera enim omnia ad solum Apollinem spectant. SEIDL.

1206. Lege φέρεν ἶνιν. Vulgo φέρει νιν. Cod. B. φέρειν νιν, in quibus unam litteram transposui. Ἶνιν hic valet *infantem.* Hesychius: ἶνις· υἱὸς νέος, παῖς, βρέφος, ἀπόγονος, νήπιος, ubi conf. Interpretes. Si legere velis ἔφερεν νιν, constructio multo erit durior, quæ jure displicuit Musgravio, qui conjicit, ἔφερ' εὔνιν, *inopem tulit.* Nos ita construimus: ὃν ἶνιν μάτηρ ἔφερεν ἀπὸ δειράδος εἰναλίας (ἐν) Δηλιάσιν γυάλοις (εἰς) Παρνάσιον κορυφάν. Cur omissa Dianæ mentione in solo Apolline poëta commoretur, dictum jam est. SEIDL.

1207. λοχεῖα κλεινά. Interpretantur *inclytum puerperii locum.* Pro λιποῦσ' metri causa plene scripsi λιποῦσα. SEIDL.

1208. μάτηρ. Haud dubie de Latona intelligendum; genitivus autem ἀστάκτων ὑδάτων pertinet ad Παρνάσιον κορυφὰν, ut supra v. 133. habuimus χόρτων εὐδένδρων Εὐρώταν, ad quem locum vide quæ annotavimus. Neque enim opus videtur, ut legatur ἄστακτον ὑδάτων. Vox autem ἄστακτος si, quod veteres Grammatici tradunt (cf. Valcken. ad Theocrit. p. 228. b.) vere habet α intensivum, ut dicatur pro πολύστακτος, bene conferri hic potest Pausanias, Lib. X. cap. 32. de Corycio antro sic scribens: ὅ τε ὄροφος ἐς αὔταρκες ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀνέστηκε, καὶ ὕδωρ τὸ μὲν ἀπερχόμενον ἐκ πηγῶν, πλέον δὲ ἔτι ἀπὸ τοῦ ὀρόφου στάζει, ὥστε καὶ δῆλα ἐν τῷ ἐδάφει σταλαγμῶν τὰ ἴχνη διὰ παντός ἐστι τοῦ ἄντρου. Sed præstare videtur Hesychii explicatio, ἀστακ-

τον, ȣ̓ κατάσταζον, ἀλλὰ ῥύδην, ex cujus mente Παρνάσιος κορυφὰ ἀστάκτων ὑδάτων erit *Parnasium cacumen aquis non stillans, sed fluens*, i. e. aquis et fontibus abundans. In eundem modum plura hujus generis adjectiva explicanda sunt, veluti ἀδάκρυτος in Sophocl. Antig. 893. et ἀτίμητος, de quo Eustathius, p. 1058, 3. οἱ μεθ' Ὅμηρον ἄλλως ἀτίμητον φασὶ τὸν πολυτίμητον, ἤγȣν τὸν ὑπὲρ πᾶσαν τιμήν. Hanc ultimam interpretationem nescio cur spreverit Valckenær. ad Theocrit. p. 231. a. SEIDL.

1209. τὰν βακχεύουσαν κ. τ. λ. Cf. Pausan. X. 4. 6. Æsch. Eumen. 23. sq. SEIDL.

1211. ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δράκων. De dracone Pythone vide Ovid. Metam. Lib. I. Fab. 8. Homer. Hymn. Apollinis. Eustathium in Hom. p. 1699, 60. Apollodori Biblioth. I. 4. Cœlium Rhodigin. Antiq. Lect. XVI. 19. etc. BARNES.

1212. κατάχαλκος. Poëta finxisse sibi videtur draconem istum æneis squamis obductum, vel certe æris speciem præ se ferentibus. Voce κατάχαλκος eo significatu, ut sit *ære obtectus*, utitur Noster in Phœniss. 109. Conjecturas interpretum, qui tantum non omnes hanc vocem tentant, transmittere satius est. Marklandus vere monet, male verti *æreis dentibus minax*, et æque bene posse *æreâ caudâ* vel *æreis pedibus minax*. SEIDL.

1213. ἄμφεπε. Libri ἀμφέπει. SEIDL.

1215. Secundum ἔτι mera est repetitio prioris. SEIDL.

1221. Legebatur: μαντείας βροτοῖς ἀναφαίνων Θεσφάτων ἐμᾶν ἀδύτων, ὑπὲρ Κασταλίας ῥεέθρων, γείτων κ. τ. λ. in quibus summa est confusio, aucta etiam prava interpunctione, quam alii aliam exhibent. Pro ἐμᾶν verissime Musgravius conjicit νέμων, coll. Orest. 581. βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει. Ad νέμων adscripserat explicator ἀναφαίνων, quam vocem metro jubente expunximus. Pro ὑπὲρ item metrum reposcit ὕπο i. e. ὑπέκ. Vide Herm. ad Eur. Hec. 53. p. 67. Cetera explicabit melior interpunctio. Conjungenda enim sunt νέμων μαντείας θεσφάτων, ὑπὸ ἀδύτων, et γείτων ῥεέθρων Κασταλίας, i. e. *prope fontem Castaliæ*. SEIDL.

1223. μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον. De Delphis in medio terræ sitis vide Orest. 321. præcipue vero, quæ nos ad Ion. 223. BARNES.

1225. Aldus et pleræque Edd. Θέμιν δ' ἐπὶ γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσατο Ἀπὸ ζαθέων, κ. τ. λ. Sed recte Canterus ἐπεὶ pro ἐπὶ, et ἀπενάσσατ' Barnesius. Restabat, opinor, ut ἀπὸ, metro strophico indicante, mutaretur in Ἀπόλλων. Nata videtur cor-

ruptio inde, quod vox Ἀπόλλων per compendium exarata erat ἀπὸ, littera λ ultimæ vocali superscripta. SEIDL.

1229. τά τε πρῶτα κ. τ. λ. Pæne illud Homericum adumbrant, Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; BARNES. Confer Sophocl. Antig. 611. τὸ τ' ἔπειτα, καὶ τὸ μέλλον, καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει Νόμος ὅδε. JACOBS.

1231. ὕπνῳ κατὰ κ. τ. λ. Heathius vertit: *per somnum in cubilibus obscuræ terræ*, i. e. *in antris et speluncis, dicebant.* Intelligit enim διὰ ad ὕπνῳ, quod fieri non potest. Quare Marklandus mavult ὕπνῳ. Equidem γᾶς retinendum puto. Nam vaticinia ista per somnum *sub terra* edita esse, persuadet etiam paulo post v. 1237. ubi dicitur χθονία μαντοσύνα. Erunt igitur γᾶς εὐναὶ idem quod χθόνιαι εὐναὶ, *cubilia subterranea*, et eædem simul dicuntur εὐναὶ ὕπνῳ, propterea quod in iis somnus hominibus solebat obrepere. SEIDL.

1232. φράζον. Vulgo ἔφραζον cum augmento, quod in hoc carmine plus semel desideratur. Articulus τὰν, quem metrum reposcit, in omnibus editionibus abest, sed optime Cod. A. τὴν μαντεῖον. Alteram vocem metri causa mutavi in μαντείων. SEIDL.

1236. Vulgo χέρα ψεδνὸν ἔλεξ'. Placet Scaligeri conjectura, Χέρα παιδνὸν ἕλιξ', *manum puerilem extendebat.* Antholog. III. 9. Hen. Steph. p. 222. παιδνὰς αὐτίκ' ἔτεινε χέρας. Favet παιδνὸν B. qui habet ψαιδνόν. MARKL. Codd. Pariss. ἕλιξ', quod mutavi in ἕλιξεν. Mentem poetæ interpretes non perspexerunt. Requirunt enim ἐς Διὸς θρόνον, vel tale quid. Sensus est: *puerilem e Jovis solio* (veluti fulmen gerens) *vibravit manum, quo Pythicas domos a subterranea deæ vaticinatione liberaret.* Ita perspicere etiam licet, quid fuerit, quod Jovi risum moveret. SEIDL.

1240. λατρεύματα. Vertendum forte *dona, mercedes,* a λάτρον, *merces.* Vide notam Ruhnkenii V. Cl. ad Callimach. Fragm. 238. MUSGR. Opulentiam Delphici oraculi immensam notat; quæ ex innumeris regum, principum et rerumpublicarum donariis perpetuo augebatur. Præcipue Crœsi Χρυσᾶ πλινθία memorantur. His tot tantisque thesauris inhiantem memorant Pyrrhum, Achillis filium, a Delphis occisum; quin sacrum, sive Phocense, bellum ortum ex templi Delphici direptione memorat Pausanias aliique. Hujus autem oraculi opulentiam notavit Homerus Iliad. I. 404. Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς Ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ. Vide Eustathium in locum p. 759, 26. BARNES.

1241. ἐπὶ δ' ἔσεισε κόμαν. Se Apollinis precibus favere, Ju-

piter nutu et comæ concussione indicat. Leve autem mendum, quod olim in his verbis hæsit, Musgravius exemit, ἐπὶ scribendo pro ἐπεί. Apud Callimachum Jupiter Dianæ precibus annuens: μῦθον ἐπεκρήηνε καρήατι, Hymn. in Dian. 41. et Pallas apud eundem: ὥς φαμένα κατένευσε· τὸδ' ἔντελες ᾧ κ' ἐπινεύση Παλλὰς, et mox κορυφᾷ Διὸς οὐκ ἐπινεύει ψεύδεα. Lavacr. Pall. 130. Ovid. Fast. II. 489. *Jupiter annuerat: nutu tremefactus uterque est Polus.* JACOBS. Cf. etiam Hom. Il. A. 428.

1247. Vocem ξενόεντι cur Marklandus suspectam habeat, non perspicio. Locum intellige sic: *Apollini honorem reddidit, hominibus vero fiduciam oraculorum, hac celebri sede editorum.* SEIDL.

1253. τί δ' ἐστιν, κ. τ. λ. Marklando obscurior videtur mens hujus iambi, sed bene eum intellexerunt Heathius et Musgravius. Sensus: *quidnam est? si tamen licet hoc dicere;* i. e. rogare, quæ rogare non jussa sim. SEIDL.

1256. φεύγοντες. Multum a vero aberrat Marklandus, qui mavult φυγόντες, aor. secundi, ut proxime λαβόντες. Horum enim participiorum diversa ratio est. Quippe fugiebant adhuc, quum abirent, sed deæ statuam jam secum abstulerant. SEIDL.

1259. συθείς. *Profectus;* sed festinationem quandam notat, ἐξορμηθείς. Hinc Homerus: σύτο et ἔσσυτο et ἐσσύμενος et ἐσσυμένως. BARNES. De voce φροῦδος vide ad Hec. 158.

1264. μέρος. Male post πεπραγμένων Marklandus comma ponit, μέρος explicans κατὰ μέρος, *pro parte vestra;* quæ explicatio jam improbata est a Schæfero ad Lamb. Bos. p. 283. Cf. ibi p. 280. et Heindorf. ad Plat. Soph. p. 338. SEIDL.

1265. τί δ' ἡμῖν τῶν ξένων δρασμοῦ μέτα; Id est, μέτεστι. Herodotus I. 88. οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ ἔτι τούτων μέτα, *nihil enim mihi jam cum his rebus est.* MARKL.

1267. ἑρμηνεύς. Id est, κῆρυξ, *præconum regiorum aliquis.* Κήρυκες, quibus officii pars erat diversas linguas callere, inde a veteribus ἑρμηνεῖς nonnunquam dicti sunt; vide Polluc. IV. 94. Sic Virgilio *interpres divûm* est *præco* vel *nuncius divûm.* MUSGR.

1268. ἔνδον. Id est, *in templo.* SEIDL.

1271. ἀγγέλλων. Schæferus edidit ἀγγελῶν, opinor, quod plerumque ita Euripides loqui solet, ut Phœniss. 1075. (ubi tamen quidam libri ἀγγέλλων) Androm. 1047. Suppl. 640. Troad. 242. coll. Rhes. 264. Atque infra v. 1374. nuntius de eadem re: ἀπεστάλην Σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.

Nostro tamen loco librorum lectionem tolerandam puto, quod homo non magis narraturus erat, quam narraverat. Mulieribus enim jam paulo ante summam rei exposuerat. Ἀγγέλλων igitur hic idem fere est, quod alias ἄγγελος. Cf. Androm. 805. Rhes. 52. et paulo post ad v. 1283. Seidl.

1272. *τίς.* Quæstio est non percontantis tantum, quis strepitum dedisset, sed indignantis potius, tantum strepitum in vicinia templi factum esse. Deorum sacra, secundum Julianum, Ep. 27. p. 400. C. ἐκτὸς πάτου εἶναι χρὴ, καὶ δρᾶσθαι καθ' ἡσυχίαν, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πορευομένων. Eam ob causam φόβον melius hic convenire arbitror, quam ψόφον: quippe φόβον, *tristem perturbationem,* in templo cieri ad numinis contumeliam quodammodo spectabat. Androm. 1121. Musgr.

1273. *πύλας ἀράξας.* Marklando Euripideum magis videtur πύλας τ' ἀράξας κ. τ. λ. Imo illud τ' si libri haberent, equidem omitterem. Sensus est: πύλας ἀράξας, καὶ οὕτω, id est, διὰ τὸ ἀράξαι, φόβον ἔσω πέμψας. Seidl.

1274. ψευδῶς λέγουσαί μ' αἵδ' ἀ. δ. Ita Piersonus reponit; Veris. p. 66. Heathius ψευδῶς λέγουσαι δή μ' ἀπ. δ. Musgravio omne vitium latere videtur in verbis ψευδῶς ἔλεγον, in quo me assentientem habet. Neque male ille conjicit ψύδρ' ἔλεγον secundum Hesychii glossas ψυδρὰ, ψευδῆ, et ψυδρὸν, ψευδές. Hermanno ab explicatore adjectum videtur verbum ἔλεγον, scribendumque: ψευδῶς μὲν αἵδε, καί μ' ἀπήλαυνον δόμων, Ὡς ἐκτὸς εἴης, σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα, ut per ellipsin ἔλεγον omissum sit, (cf. ad Lamb. Bos. Ellips. vv. λέγειν et φθέγγομαι ed. Schæf.) et particulæ μὲν respondeat proximum δέ. Ψευδῶς ἐρεῖν Noster dixit Iphig. Aul. 994. Seidl. Vulgo legitur ψευδῶς ἔλεγον αἵδε, καὶ μ' ἀ. δ. Elmsleio ψευδῶς ex interpretatione natum videtur; adeoque legendum censet, Ἀλλ' ἔλεγον αἵδε, (καὶ μ' ἀπήλαυνον δόμων) Ὡς ἐκτὸς εἴης.

1282. τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη; Metaphoram ductam apparet a navigatione. Verba igitur τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη explicanda videntur, τίνι συμφορᾶς πνεύματι φερομένη, *quonam casu, quanam re, veluti vento, impulsa?* Seidl.

1283. *σώζουσ'.* Non opus est, ut cum Marklando legatur σώσουσ' in futuro. Noster Electr. 1028. κεἰ μὲν, πόλεως ἅλωσιν ἐξιώμενος, Ἢ δῶμ' ὀνήσων, τἄλλα τ' ἐκσώζων τέκνα, Ἔκτεινε πολλῶν μίαν ὕπερ, σύγγνωστ' ἂν ἦν. Paulo post v. 1297. eodem modo legimus θύουσα, pro quo non majori jure Reiskius conjicit θύσουσα. Si opus esset, plures hujus generis loci afferri possent. Vide supra ad v. 1271. coll. Zeun. ad Viger. p. 344. ed. Herm. Seidl.

1285. θεᾷ καθωσιώσατο. MS. Oxon. Θεά, casu recto. Bene: neque opus erat duobus dativis. MARKL.

1286. πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω. Nihil mutandum. Thoanti, quum nuncium sequens hoc factum θαῦμα appellat, non satisfacit hoc; non putat se τετυχηκέναι, id est, apto et satis forti nomine illud appellasse. Quærit igitur, *quonam fortiori nomine te appellare licebit, ut convenienter appellem?* SEIDL.

1290. ἀγχίπλουν πόρον. Optime explicat Henric. Stephan. Thes. Ind. p. 264. *navigatio, qua propinqua tantum loca permeantur,* i. e. *brevis et non longinqua.* Dicit igitur Thoas: *iter, quod fuga iis emetiendum est, longinquius est, quam ut me jamjam effugerint,* i. e. *priusquam hoc iter perficere poterunt, eos assequar.* Πόρον φεύγειν, ut πόρον ἐλθεῖν supra v. 116. οὔτοι μακρὸν μὲν ἤλθομεν κώπῃ πόρον. Cf. ad v. 1081. Male igitur interpretes Latini πόρον hic reddunt *mare.* SEIDL.

1292. Venimus ad nuntii narrationem de Orestis et Iphigeniæ fuga, quæ ob difficultates, quibus scatet, famam nacta est. In qua explicanda si nos quoque labantes viderint, veniam dabunt æqui existimatores. SEIDL.

1295. ἐξένευσ'. In hoc loco fit ab ἐκνεύω, idem, quod ἐπινεύω, *adnuo, nutu jubeo.* De ἐξένευσ' pro ἐξέφυγε, ab ἐκνέω, *enato,* vide Hippolyt. 470. et hujus Fab. v. 1153. BARNES.

1296. ἀπόρρητον φλόγα Θύουσα. Id est *sacrificium accensura, cui adesse vetitum erat.* SEIDL.

1297. ὃν μετῴχετο. *Ad quam festinabat.* Iliad. E. 148. ὁ δ' Ἄβαντα μετῴχετο καὶ Πολύειδον. BRODÆUS.

1301. ἵν' ἡμῖν δρᾶν τι δ. δ. π. Verte cum Marklando: *ut nobis aliquid majus scilicet videretur agere.* SEIDL.

1303. μαγεύουσ'. Sic scribens obtemperavi viris doctissimis, Reiskio, Valckenærio, Marklando, Musgravio, qui consensu ita poëtam dedisse statuunt. Libri ματεύουσ', parum apte. Quodsi velis explicare per μελετῶσα sive σπουδῇ ποιοῦσα, is verbi ματεύειν usus exemplis adstruendus erit. Noli autem cum Marklando interpungere μαγεύουσ' ὡς, φόνον νίζουσα δή. Nam ὡς spectat ad vicinum δή. Similiter de re ficta Noster Hel. 1378. ὡς τῷ θανόντι χάριτα δὴ συνεκπονῶν. et alibi sæpe. Etiam continuas, nullo vocabulo interjecto, has particulas legimus Æschyl. Agam. 1644. ὡς δή σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει. Nostri Alcest. 1024. Androm. 235. 585. et sæpius. SEIDL.

1311. ταρσῷ κατήρει πίτ. ἔπτερ. Marklandus conjicit κατῆρες, scil. σκάφος. Mihi non tanta videtur loci difficultas, ut mutatione egeat. Ταρσὸς κατήρης eodem jure dici potest, quo apud Homerum εὐήρες ἐρετμόν. Vide nos ad Eur. Electr. 494. Vox

πίτυλος sæpius apud Nostrum simpliciter *navigium* significat: conf. Troad. 1115. Heracl. 829. et Nostræ fabulæ supra v. 1019. ναῦς πίτυλος εὐήρης πάρα. Quod ibi dixit πίτυλον εὐήρη, nostro loco circumscripte vocat πίτυλον ταρσῷ κατήρει ἐπτερωμένον. Nam *remi* apud poëtas navis sunt πτερά. vide not. ad Troad. 1078. coll. supra v. 279. Etiam vet. glossa Lat. Gr. *lemunculus*, πίτυλος, σκαφίδιον. Poterat quidem poëta vocem πίτυλον plane omittere, prægresso νεὼς σκάφος, sed est ea abundantia poëtis satis familiaris. SEIDL. De voce κατήρης vide ad Suppl. 109.

1312. ἐπὶ σκαλμῶν. *Scalmus* est *lignum, cui remi alligantur: Struppum* dicitur Vitruvio. Πλάτας Synecdoche partis; πλάτη enim, quæ est lata illa *remi* pars, quæ *aquas* impellit, ponitur pro *remo*. Πλάτη etiam ταρσὸς dicitur, ut versu præcedenti. BARNES.

1314. πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς. Interpretantur: *in puppi navis stantes;* contra mentem procul dubio auctoris; quidni enim Iphigenia simul intrasset? Vel unde factum dicemus, ut paullo post Orestes cum satellitibus Thoantis pugnis, et proinde in litore, decertet? Vera interpretatio est *a puppe navis*, id quod Anglice diceremus: *a-stern of the ship*. Eodem sensu Arrianus κατὰ πρύμναν τῶν νεῶν, de Exped. Alex. p. 39. Ed. Gronov. Polybius: κεῖσθαι δὲ τῆς πόλεως κατὰ χειμερινὰς ἀνατολάς, p. 369. E. Ed. Cas. ubi τῆς πόλεως est pro ἀπὸ τῆς πόλεως. Confirmat hoc res ipsa. Puppis scilicet litori, ex more antiquorum, obversa erat. Consentaneum igitur, ab hac parte stetisse, qui mox adscensuri erant. MUSGR. Musgravio ad h. l. plane assentior. Errat Heathius, qui etiam Iphigeniam putat navem intrasse, eamque postea a Thoantis satellitibus ex ea esse retractam. Hoc falsum esse, quum alia demonstrant, tum hoc, quod, si Orestes cum sorore et amico navem intrassent, haud dubie etiam deæ statuam secum tulissent. Eam tamen infra demum, 1348. Orestes navi imponit. Dices etiam hanc a Thoantis ministris ex navi in littus esse reportatam. At ubinam hoc docemur? Præterea si Orestes et Pylades ex nave egredientes in istos homines impetum fecissent, profecto non soli egressi essent; sed milites, qui in navi erant, simul descendissent ad opem illis ferendam. Orestes potius et Pylades navis appulsum exspectantes, subito a Thoantis satellitibus circumventi, quum navis, unde auxilium iis esset, nondum plane appulisset, soli se cogebantur defendere. SEIDL.

1315. κοντοῖς δὲ κ. τ. λ. Videtur perversa hujus clausulæ

interpretatio tenebras toti huic narrationi offudisse, plerisque scilicet nominativum verbo εἶχον ex præcedenti commate arcessentibus, ut intelligatur, Pyladen et Orestem fuisse, qui proram contis sustentarent. Verum id neque dignitati eorum conveniebat, neque omnino facere potuerunt, in litore adhuc stantes. Enimvero subaudiendum est οἱ μὲν, cui deinde opponitur notissimo more οἱ δέ. Hujus ellipseos, quæ nec valde inusitata est, nec a multis tamen animadversa, insigne apud Homerum exemplum est, Iliad. X. 157. τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων. Sic et Epigrammatarius Antholog. Steph. p. 327. ἀμφότεροι Θήβηθε, καὶ ἀμφότεροι πολεμισταὶ, Κ'ηκ Ζηνός· θύρσῳ δεινὸς, ὁ δὲ ῥοπάλῳ. Conf. Orest. 1477. Helen. 1604.—ἐπωτίδων. Scholiastes Thucydidis ad Lib. VII. 34. ἐπώτιδες εἰσὶ τὰ ἑκατέρωθεν τῆς πρώρας ἐξέχοντα ξύλα. Confer et Diod. Sic. Vol. II. p. 251. Ed. Wessel. Musgr. Docte de hoc loco disputat Musgravius. Vide L. Bos. Ell. p. 329. sq. Eadem syntaxis infra recurrit, v. 1392. Seidl.

1318. τοῖν ξένοιν. Vulgo τὴν ξένην. Locus sane perquam difficilis est. Musgravii mutationes liberiores sunt, neque placent illa, πόντου διδόντος. χεροῖν autem vulgato χερῶν etiam minus aptum, quum non de uno homine, sed de pluribus sermo sit. In Exercitationibus, p. 47. nihil ille mutat, quam τὴν ξένην in τῇ ξένῃ, et πρυμνήσια demissa putat ad adscensionem juvandam. Facilis quidem est correctio τῇ ξένῃ, sed ne hoc quidem Euripidem dedisse puto. Nam unde regis satellites suspicarentur, scalam, sive quicquid ex nave demittebatur, hoc Iphigeniæ potissimum demitti, neque potius Oresti et Pyladi, quibus non minus adscendendum erat, quorumque navem esse apparebat? Immo hos ipsos prope ad puppim adstitisse, supra dictum est; de Iphigenia autem, ubi steterit, nihil adhuc comperimus. Vim aliquam habet, quod Musgravius tangit, participium σπεύδοντες indicare, τὸ σπεύδειν κλίμακας et τὸ ἄγειν πρυμνήσια ad unam eandemque actionem pertinuisse. Sunt tamen Græci in participiorum usu paulo liberiores, maxime quum de actionibus sermo est, quæ uno eodemque tempore fiunt; cf. Matthiæ ad Hom. Hymn. p. 134. Monendum etiam est, vocem πρυμνήσια vix usquam de aliis funibus usurpari, quam quæ alias ἀπόγεια, ἐπίγεια, πείσματα Græci vocant, Latini *retinacula.* Unum Etymologum M. hac voce adjective usum video, p. 177, 46. ubi ἄφλαστα, *navis partem in puppi,* dicit πρυμνήσια. Quocirca si probabile esset, navem ad terram religatam fuisse, priora ista explicarem, *alii scalas propere applicabant, simulque retinacula* (soluta ab Oreste et Pylade)

in navem per manus retrahebant. Lucian. II. p. 163. ed. Bipont. λῦε τὰ ἀπόγεια, τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα, τὸ ἀγκύριον ἀνεσπάσθω, collato, quem ibi Hemsterhusius citat, Polyæn. IV. 6. p. 374. ἄλλοι μὲν ἀνέσπων τὰ πρυμνήσια, ἄλλοι δὲ ἀνεῖλκον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνιμῶντο. At navis ad terram non videtur religata fuisse, sed paulo remotius a littore jactas tantum ancoras habuisse, alioquin haud dubie et ipsa scala jam applicata navisque omnino adscensui apta fuisset, et nonnulli e nave egressi in littore stetissent ad retinacula aut custodienda aut, si opus esset, solvenda. Quæ omnia secus fuisse, manifestum est. Quæ quum ita sint, equidem pro τὴν ξένην repono τοῖν ξένοιν, locum ita explicans: *alii propere applicabant scalas, simulque retinacula* (e navi) *per manus ducebant, eaque in mare projecta hospitibus demittebant*, scilicet, ut horum ope navem propius ad littus attraherent eamque fixam tenerent, ut mulier commode posset adscendere. Videtur enim Iphigenia in sicco littore remansisse, Orestes vero cum Pylade in mare usque ad puppim navis processisse. Namque usque ad siccum littus navem nondum adactam fuisse, clarissime infra v. 1347. apparet, ubi Orestes, necessitate coactus, ne navem adigendo tempus amplius tererent, sublata in humeros suos Iphigenia, in mare usque ad navem descendit. Ex nostra explicatione etiam participium aoristi nihil offensionis habet. Nam postquam initia funium in mare projecerant, nondum omnis ideo funium longitudo demissa erat, sed demittentes continuabant. Ceterum scalam navi non affixam, sed mobilem fuisse, i. e. et applicari potuisse et iterum demi, testimonio sunt et loci citati et Heliodor. lib. I. οὔπω δὲ τῆς ἀποβάθρας ἀκριβῶς κειμένης, ἐξήλατό τις, coll. Polluc. VIII. 120. μήτε ἀποβάθραν, μήτε ἀγκύραν εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον. De funariis scalis cogitare noli: vide Jungerm. ad Polluc. I. 93. qui affert locum ex Long. lib. 2. καί τά τε πρόβατα κατὰ τῆς ἀποβάθρας ἐξέτρεχον, οὐκ ὀλισθαίνοντα τοῖς κέρασι τῶν χηλῶν. Adde Lucian. II. p. 162. ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. SEIDL.

1321. Post πρυμνησίων τε recte interpungunt Aldus et antiquissimæ editt. Proxima quum non intelligerent, plerique aut male interpretati sunt, aut perperam correxerunt. Primum verbum ἐξῃροῦμεν de conatu interpretandum, *auferre volebamus*, ut recte reddit Marklandus; deinde verba δι' εὐθυντηρίας et οἴακας minime tentanda sunt. Εὐθυντηρία, quam navis partem fuisse Hesychius docet, aut locus fuit in puppi, ubi foramina sive cava erant, in quibus ὁ εὐθυντὴρ versabatur, aut

ipsis his cavis nomen illud fuit. Est igitur δι' εὐθυντηρίας fere idem quod ἐξ εὐθυντηρίας. Lucianus Toxar. §. 6. (Tom. VI. p. 62. ed. Bip.) picturam describens, qua fabula hæc, paucis mutatis, repræsentata sit, ut aliorum ita hujus loci explicator haberi potest. Scribit ille sic: οἱ Σκύθαι δὲ ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τοῦ σκάφους ἤδη πλέοντος, ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, καὶ ἀναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν ἀνύσαντες οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν. Heathius, qui unam navem non plura gubernacula habuisse contendit, non consuluerat Schefferum de Milit. Nav. p. 146. Vide etiam Reitz. ad Luciani locum modo citatum. SEIDL.

1324. Vulgo ξόανον καὶ θυηπόλον corrupto metro. Musgravius aut ξέσμα aut ξόανα reponi jubet. Alterum verum videtur. Displicet enim Marklandi ξόανον ἢ θυηπόλον. Nam unde suspicati fuerint, hospites alteram tantum utram, aut statuam aut sacerdotem, rapere velle? Suspicabantur potius mehercle, utramque eos, si possent, ablaturos. SEIDL. Melius emendant Porsonus et Matthiæ, ξόανα καὶ θυηπόλους.

1325. Vulgo τίνες, τίς ὢν τήνδ'. Barnesius addidit γε, ne versus hiaret. Probabilius puto, Τίνος, ΤΙΣ ὢν ΣΥ, τήνδ' κ. τ. λ. Cf. Heraclid. 633. Ion. 311. ne alios memorem. Videtur fuisse formula ΣΥ τίς εἶ; Joan. VIII. 25. XXI. 12. Rom. VIII. 20. ut Latinis *Quis* TU? MARKL.

1331. τὰ δεινὰ πλ. Articulum, opinor, addit, quod signa hujus certaminis ore præ se ferebat. Loquitur itaque tanquam de re nota. Cf. infra v. 1332. SEIDL.

1332. Contradicit sibi, si Reiskium audimus, Euripides, Orestem modo inermem fingens, modo contra armatum. Inermem, fateor; armatum nullibi invenio, nisi v. 286. cum nondum captivus esset. Arripuit ergo hanc discrepantiam homo argutulus, rationem discrepantiæ nec vidit, nec quæsivit. Credo, cum hoc scriberet, non tanti putabat locum intelligere, ut digitum propterea extenderet, quod de seipso testatur ad Bacch. 122. MUSGR.

1333. ἡμεῖς τε. *Et nos*, scil. οὐκ εἴχομεν σίδηρον, *nullos habebamus enses:* ut in isto Luciani V. Hist. p. 682. δένδρον δὲ, οὐδὲ ὕδωρ ἐνῆν· i. e. οὐδὲ δένδρον, οὐδὲ ὕδωρ. et Pindari Pyth. X. ναυσὶ δ', οὔτε πεζὸς ἰὼν, i. e. οὐδὲ ναυσὶ, οὐδὲ πεζός. Vide Iph. Aul. 345. MARKL. Cf. Schæf. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 777. SEIDL.

1336. Vulgo ὥστε ξυνάπτειν. Est quidem usitatum hoc verbum *de pugna*. Nost. Orest. 1469. φασγάνων ἀκμὰς συνήψαμεν. Suppl. 685. συνῆψαν ἀλκήν. et sæpe συνάπτειν μάχην. Sed ut aliis interpretibus, ita et mihi illud nostro loco parum videtur

conveniens. Vertunt: *Et manus ab utroque juvene simul in latera nostra et hepar injectæ ferebantur, ita ut committerentur et defatigarentur membra.* Per se enim patet, utrosque manus conseruisse. Quare præfero elegantem Hermanni conjecturam ξυναλγεῖν. Litteras τ et γ sæpissime confundi nota res est, sed etiam π et λ facillime inter se permutantur: vide Bast. ad Gregor. Corinth. p. 729. seq. SEIDL. Marklandi conjecturam recepit Matthiæ.

1337. ἐσφραγισμένοι. *Signati.* Confert hunc locum Jacobsius ad Philippi Epigr. XXXIII. 4. Anal. II. p. 221. ἢ κατ' εὔγυρον πάλην Ψάμμος πεσόντος νῶτον ἢκ ἐσφράγισεν. SEIDL.

1339. κάθαιμα. *Cruenta.* Vox non alibi obvia apud Tragicos, nisi in Herc. F. 381.

1343. ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω. Recte Latinus interpres: *ut repellerent nos procul.* Male vertit Heathius. SEIDL.

1345. φόβος δ' ἦν, ὥστε μὴ τέγξαι πόδα. Aldus: φόβος δ' ἦν ναυάταις τέγξαι πόδα, sed illud dedimus cum Marklando ex lectione conspirante Codd. A. B. C. Vox ναυάταις unde originem habeat, intelligi potest; non item, unde venerit altera lectio ὥστε μή. Insolens sane locutio est, quam neque alio exemplo firmare possum, quod plane geminum sit, i. e. in quo pleonasticum illud ὥστε occurrat post verbum *timendi.* Ne tamen ab lingua Græca eam putes abhorrere, vide Matthiæ Gramm. Græc. §. 530. 2. §. 532. 1. Schæf. ad Lamb. Bos. Ell. p. 784. coll. Hermanno de Ellips. et Pleonasm. p. 194. Ab exemplis enim, quæ de pleonastico particulæ usu viri doctissimi afferunt, quædam non minus mira sunt, quam nostrum. In novissima Vigeri editione, p. 949. illud ὥστε Hermannus explicat *ut adeo,* nostro quoque loco citato et explicato. SEIDL. τέγξαι πόδα. Recte Jo. Scapula *naufragium facere* interpretatur. Antiqui funem, quo ima pars veli deligatur, πόδα vocabant, unde τέγξαι πόδα idem fere ipsis est, ac *aqua submergi.* Confer Orest. 696. ibique Scholiasten. MUSGR.

1348. Pro vulgato εὐσήμου, conjeceram εὐσέλμου, ex Homer. Il. B. 170. Auctore Rhesi 97. et aliis: confirmat Piersonus Verisimil. I. 2. p. 25. Sequitur; Τὸ δ' οὐρανοῦ Ἄγαλμα, νηὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο Βοήν τιν'. *Statua,* inquit, *ex nave media locuta est.* Quomodo, quæso, *in navem venit* statua? ejus enim rei nulla adhuc facta mentio. Pro βοήν τιν' omnes Paris. habent βοή τις. Lego, Βάς τ' (Orestes) εἰς θάλασσαν, κἀπὶ κλίμακος θορών, Ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσέλμου νεώς, Τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης Ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο Βοή τις· Ὦ γῆς, κ. τ. λ. Nam si Orestes Iphigeniam in navem imponeret,

necesse erat ut statuam simul imponeret, v. 1014. sed necesse erat ut hoc narraretur; nam hæc erat *caussa unica*, ob quam Orestes et Pylades huc navigabant. Βοή τις ἐφθέγξατο, ut Andromach. 1124. vide Bacch. 1031. Pausan. Messeniac. p. 233. ed. Sylb. MARKL. Ad voces οὐρανοῦ πέσημα cf. supra v. 88. De genitivo isto disputat Hermann. de Ellips. et Pleon. p. 146. SEIDL.

1351. ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς. Ita Aldus, comma ponens post νεώς. Piersonus, Veris. I. 2. p. 25. proponit ὦ τῆς Ἑλλ. ναῦται νεὼς, coll. vv. 1257. 1310. ubi item legimus Ἑλλάδος νεὼς, et Cyclop. 85. Sed valde displicet articulus ille. Elegantius et fortasse vere Marklandus: ὦ τῆσδ' Ἑλλάδος ναῦται νεὼς, cui comparare poterat supra v. 17. ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας. Servavi tamen veterem lectionem. Noster Phœniss. 1225. ὦ γῆς Ἑλλάδος στρατηλάται. Hel. 1593. ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα. Hercul. Fur. 1136. γῆς Ἀθηναίων κόροι. Conjungo autem ναῦται νεὼς, i. e. τῆσδε νεώς. Vocem νεὼς addit, ne videantur κατ' ἐξοχὴν *Græciæ nautæ* dici. Locus ex Nostri Suppl. 508. σφαλερὸν, ἡγεμὼν θρασὺς, νεώς τε ναύτης, cum nostro parum apte comparetur, ubi νεὼς idem fere est quod ἐν νηὶ oppositionis causa. Nam in prægresso ἡγεμὼν latet ἐν τῇ γῇ. Qui post ναῦται interpungunt, conjungentes νεὼς λαβέσθε, contra hos recte Musgravius monet, nautas navem non *prehendere*. Simplex λαβέσθε hortantis est, ut λαβοῦ. SEIDL.

1352. Aldus: λαβέσθε κώπαις, ῥόθιά τε λευκαίνετε. Scaliger versus explendi causa proponit τ' ἐκλευκαίνετε, approbantibus plerisque. Marklandus monet tantum, legi etiam posse ἐπιλευκαίνετε vel ἐλλευκαίνετε. Si quæritur, quid legi *possit*, possit etiam ῥόθιά τ' εὖ *(fortiter)* λευκαίνετε. Sed residet difficultas in dativo κώπαις. Vero igitur propius Piersonus: λαβέσθε, κώπαισί τε ῥόθια λευκαίνετε. Sed ita quidem numeris inconcinnis. Nimirum non meminerat ille, litteram ρ antecedentem brevem vocalem in quibusdam vocabulis producere posse; vide Brunck. ad Soph. Œd. Reg. 847. alias non immutasset vocem κώπαις. Eandem producendi vim vox ῥόθια habet apud Apollon. Rhod. I. 541. πόντου λάβρον ὕδωρ, ἐπὶ δὲ ῥόθια κλύζοντο. Etiam in Homeri Odyss. E. 412. malim βέβρυχε ῥόθιον. In compositione legitime littera ρ duplicatur, ut ἐπίῤῥοθος, παλίῤῥοθος, πολύῤῥοθος, etc. SEIDL.

1354. Συμπληγάδων ἔσωθεν. Potuit scripsisse magis ex arte, Συμπληγάδων τ' ἔσωθεν. Sed Codd. non variant; neque in ἔχομεν et εἰσεπλεύσαμεν: pro quibus secunda persona uti potuit ἔχετε et εἰσεπλεύσατε. MARKL. Ex arte igitur ista redux

ab itinere Marklandus veritus est dicere: *reversus sum Cantabrigiam, domum meam*, sed dixit: *reversus sum Cantabrigiam et domum meam.* Æque enim Symplegades partem efficiebant ponti Euxini, ut Marklandi domus partem Cantabrigiæ. Quod autem poëta non scripsit ἔχετε et εἰσεπλεύσατε, id sapienter fecit. Ipse enim potius Orestes ad petendam deæ statuam huc venerat, eamque jam habebat, quam nautæ, ut qui imperio ejus parebant. Expectamus igitur non ἔχετε, sed ἔχω, sive, quod idem valet, ἔχομεν. SEIDL.

1355. οἱ δὲ στεναγμόν. Non est inter Tragicos Poëtas, quotquot exstant, locus æque nobilis et sonorus, nec nauticæ congratulationis inter labores remigandi sonantior. Quare merito notandum duco. BARNES.

1356. ἔπαισαν ἅλμην. Hæc verba Homerus illi prælibavit, Odyss. Δ. 480. Ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς, et N. 78. Ἀνεῤῥίπτουν ἅλα πηδῷ. Cætera, quæ mehercule magnum et dulce sonant, Euripides sibi soli appropriavit. BARNES. Idem versus initium legimus in Æschyl. Pers. 397. ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος. Atque in universum monendum est, ex ista Æschylei nuntii oratione plura videri Euripidis memoriæ inhæsisse, ut v. 386. Πρῶτον μὲν ἠχοῖ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα Μολπηδὸν εὐφήμησεν. v. 391. Παιᾶν' ἐφύμνουν σεμνὸν Ἕλληνες τότε. v. 399. καὶ παρῆν ὁμοῦ κλύειν Πολλὴν βοήν· ὦ παῖδες Ἑλλήνων ἴτε, Ἐλευθεροῦτε πατρίδ', κ. τ. λ. SEIDL.

1358. ἠπείγετο. *Jactata, vexata est.* Hom. Odyss. Ψ. 234. νῆ' ἐνὶ πόντῳ Ῥαίσῃ ἐπειγομένην ἀνέμῳ καὶ κύματι, ut non necessarium sit cum Piersono legere ἐπείχετο. MUSGR.

1360. πρυμνήσι'. Ob festinationem, quum remigandi operi cuncti incumbere ab Oreste subito juberentur, retinacula non videntur in navem retraxisse. Conf. ad v. 1373. SEIDL.

1361. Aldus εἰς γῆν δὲ πάλιν. Metri errorem aliter alii correxerunt. Optime Porsonus εἰς γῆν δ' αὖ πάλιν, collatis supra v. 367. Suppl. 1085. Soph. Trach. 1104.

1369. Libri γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας, quod Heathius vertit: *lacertos a manibus nudos.* Voluit, opinor, *lacertos usque a manibus nudos.* Sed ut alia taceam, ἐπωμὶς non erat *lacertus*, sed secundum Polluc. II. 133. κλειδῶν τὸ πρὸς ὠμοπλάτας, *clavium pars juxta scapulas*, sive, sect. 137. τὸ ὑπερέχον τοῦ βραχίονος. Idem objici debet Marklandi conjecturæ γυμνὰς ἐκ πέπλων ἐπωμίδας. De vestimento ἐπωμίδος cogitandum non est, nam *muliebre* illud recte vocat Musgravius. Pollux VII. 49. καὶ ἴδια δὲ γυναικῶν, ἐπωμὶς, διπλοΐδιον, κ. τ. λ. Quare veram puto Musgravii et lectionem et interpretationem. Similes

librariorum errores hos mecum communicavit Hermannus. Soph. Œd. R. 324. libri habent ὀ γάρ με μοῖρα πρός γε σοῦ pro οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ. Philoct. 376. θυμῷ γένοιτο χεῖρα pro θυμὸν γένοιτο χειρί. Æschyl. Suppl. 374. ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε, pro quo bene Auratus ἀστοῖς δὲ πᾶσι τῶνδε. Seidl.

1373. Aldus ἄλλοι δὲ, πλεκτὰς ἐξανῆπτον ἀγκύρας. Facillima sane emendatio est ἀγκύλας, quod tamen neque ego, præsertim sic positum, pro adjectivo acceperim. Quum nuntius finem hic faciat narrandi, non diserte docemur, de quo funium usu sermo sit. Si de velorum contractione poëta cogitasset, valde dubito eum hoc modo fuisse locuturum. Neque usquam in præcedentibus mentio est ulla *velorum*, quæ omnino non videntur expansa fuisse, propterea quod statim ab initio adverso vento utebantur. Confirmatur hoc v. 1360. ubi ventus *funes*, non *vela* retro agit. Idcirco probabilius est, eos, qui in mare prosiluerant, navem, quo ab impetu venti tutior esset, laqueis voluisse ad littus retrahere et religare. Nam cur tandem nisi hanc ob causam in mare se proripuissent? Vertendum igitur erit: *alius vero tortos laqueos* ex nave *suspensos religabat.* Seidl.

1380. Πελοπίδαις. Hoc est, Oresti et Iphigeniæ, genus ad Pelopem referentibus, Græcisque adeo omnibus, qui Trojam exciderunt. Brodæus. Falsus est Marklandus pro δ' verius putans τ'. Immo illud aptissime hunc locum tenet, quod simul connectit et opponit. Cf. Matthiæ Gramm. Gr. §. 607. Seidl.

1383. λαβεῖν τ' ἀδελφήν. Piersonus Veris. p. 27. corrigit λαβόντ' ἀδελφὴν, Musgravius λαβεῖν, ἀδελφήν θ'. Neutro opus. Conjunxit poëta duplicem constructionis rationem verbi παρέχειν, alteram cum accusativo simplici, ut Iphig. Aul. 926. οὐ παρέξω σῷ πόσει τοὐμὸν δέμας, et alibi sæpissime; alteram cum infinitivo, ut Fragm. Inc. LII. 1. παρέξω λέκτρα σοι καλῶς ἔχειν. —ἣ φόνον τὸν Αὐλίδι κ. τ. λ. Nihil mutandum. Ad verbum: *quæ cædem in Aulide oblivioni datam deæ prodidisse deprehenditur;* quod intelligo sic: *quæ suæ in Aulide conservationis oblita est, eamque erga deam prodidit;* i. e. pensi non duxit, ei convenienter non egit. Dativum θεᾷ ambigi potest utrum conjungas cum ἀμνημόνευτον an cum προδοῦσα. Φόνον τὸν Αὐλίδι, *cædem, ut in Aulide erat,* i. e. σωτηρίαν. Ita enim Iphigenia in Aulide cædebatur, ut a dea conservaretur. Seidl.

1389. κἀκβολὰς νεώς. Id est, ναῦν ἐκβεβλημένην. Seidl.

1400. διωγμόν πορθμεύεις. Id est, *emittis, qui persequantur.* Seidl.

1401. τῆσδ' Ἀθηναίας λόγους. Verum puto, ἄκουσον τούσδ' Ἀ. λόγους: ut Supplic. 1190. Ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ' Ἀθηναίας λόγους. Markl. Si alter locus ad alterius normam exigendus est, equidem potius in Suppl. legerim τῆσδ'. Nam adjecto τῆσδε significat, ipsam deam præsentem loqui. Noster Electr. 1239. δίπτυχοι δέ σε Καλοῦσι μητρὸς σύγγονοι Διόσκοροι Κάστωρ κασίγνητός τε Πολυδεύκης ὅδε. Orest. 1621. Φοῖβός σ', ὁ Λητοῦς παῖς, ὅδ' ἐγγὺς ὢν, καλῶ. Hercul. Fur. 802. Θαρσεῖτε, Νυκτὸς τήνδ' ὁρῶντες ἔκγονον Λύσσαν. Cf. Schæf. Melet. Crit. p. 114. Seidl.

1404. τόν τ'. Vulgo τῶν τ'. Sed verum videtur, quod Marklandus monet, legendum videri τόν τ', non τῶν τ', quia Ἐρινύες, utpote nomen proprium, ponantur absque articulo per totum hoc drama. Seidl. Vide ad Suppl. 704.

1407. ἀναψυχάς. De accusativo isto vide Matthiæ Gramm. Gr. §. 432. 4. Seidl. Hunc versum hactenus in Editis desideratum exhibent uterque MS. et P. Musgr. Similiter quidem scribit in Hippolyto, 595. τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἄκος μόνον. Markl.

1411. Post τίθησι omisi comma, quod Aldus habet. Recte construunt Barnesius et Reiskius, (τοῦτον) πορθμεύων πλάτῃ Ποσειδῶν πόντου νῶτα τίθησι ἀκύμονα. Clarius locutus esset poëta, si scripsisset (τοῦτον) Ποσειδῶν, πόντου νῶτα ἀκύμονα τιθεὶς, πορθμεύει πλάτῃ. Sed ponitur interdum primarium verbum in participio, ut Soph. Electr. 345. ἑλοῦ γε θάτερ', ἢ φρονεῖν κακῶς, Ἢ τῶν φίλων φρονοῦσα μὴ μνήμην ἔχειν, i. e. ἢ τῶν φίλων μὴ μνήμην ἔχουσα (εὖ) φρονεῖν. Coll. Hom. Iliad. B. 291. Seidl.

1417. γείτων. Id est, *ex adverso situs*. Mare enim in medio est. Seidl.

1418. Ἁλάς. Pagi hujus meminit, ut et Dianæ simulacri eo translati, Callimach. Hymn. Dian. v. 173. vide et Strabon. p. 399. A. Ἅλησι παρὰ τὴν θάλασσαν habet Plutarch. Anton. p. 1736. Ed. Steph. Musgr.

1420. γῆς Ταυρικῆς Hermannus. Vulgo τῆς Ταυρικῆς, quod vertunt *Tauricæ Dianæ*. Cf. Bast. Epistol. Crit. p. 77. Seidl.

1421. περιπολῶν. Consulto hoc vocabulo utitur. Alludit enim ad ultimas syllabas vocis Ταυροπόλος. Hic enim ἐπωνυμία laborum Orestis quærenda est. Conf. tamen de vocis etymologia viros doctos, quos citat Lobeck. ad Soph. Ajac. 175. Seidl.

1422. νιν. Id est, βρέτας. Seidl.

1424. Aldus θέσθε. Proxime Codd. B. C. ὅταν pro ὅθ', unde colligas, Euripidem dedisse: νόμον τε θὲς τόνδ', ὅταν ἑορτάζῃ λεώς, ut paulo ante ἵδρυσαι. Sed potest etiam ἑορτάζῃ

trisyllabum esse, ut contrahuntur litteræ εο in voce Νεοπτόλεμος, θεὸς, aliis. Conf. Pors. ad Eur. Orest. 389. et de Verss. Dochm. p. 392. seq. Certe non scribendum est cum Marklando ὅθ' ἑορτάζει. Vide Hermann. ad Viger. de constructione particulæ ὅτε cum conjunctivo. Seidl.

1426. ἐξανιέτω. Ita post Heathium Musgravius, probante Porsono ad Eur. Phœniss. 453. Ald. ἐξανυέτω, et paulo ante δέρῃ. Seidl.

1427. ὁσίας ἕκατι θεᾶς. Ceperunt Ὁσίας pro adjectivo, conjungendo cum θεᾶς, sententia summe insulsa. Euripides, puto, dedit Ὁσίας ἕκατι, Θεά θ' ὅπως τιμὰς ἔχῃ. *Duas* caussas hujus actionis reddit. Ὁσίας ἕκατι, est, Ὁσίας χάριν, Ὁσίας ἕνεκα, *Defungendæ religionis caussa, dicis caussa.* Locutionem, et mentem poëtæ, explicat Harpocration V. Ἀφοσιῶ. Exemplum rei habes apud Herodot. IV. 154. vide et Sophocl. Antig. 262. 786. et Gronovii Observat. IV. 13. ad fin. Markl. Bene disputat Markl. Cf. etiam Pausan. III. 16. Quod autem conjicit ὁσίας ἕκατι, θεά θ' ὅπως τιμὰς ἔχῃ, id neutiquam necessarium est. Seidl.

1428. κλίμακας. Emendaverat Piersonus λείμακας, teste eruditissimo Valckenærio ad Hippol. 73. Malim, si quid mutandum, κλώμακας, *colles, tumulos.* Lycophron. v. 853. Hom. Il. B. 729. καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν, ubi Scholiastes: κλωμακόεσσαν· τραχεῖαν, ὀρεινὴν, ἢ κλίματα, ἀποκλίματα, κλώμακας, κλίμακας, βουνοὺς γεωλόφους ἔχουσαν. Nec tamen spernendum κλίμακας, quo nomine plures montes ob difficilem adscensum vocatas notat Wesselingius ad Diod. Sic. XIX. 21. Musgr. Recte. Ab emendatione κλώμακας dehortari potius eum debebat, quem citat, Homeri Scholiastes. Seidl.

1429. Βραυρωνίας. Vide Interpp. ad Hesych. v. Διακρεῖς. Ceterum hic et in sequentibus nihil nisi tenebras et lacunas videt Marklandus, a quo prorsus dissentio. Versum huncce observandum putat propter constructionem et propter raritatem verbi κληδουχεῖν. Primum enim exspectaverat dativum τῇδε θεᾷ ad verbum κληδουχεῖν, non τῆσδε θεᾶς. Assentitur Musgravius. Quidni construatur ἀμφὶ κλίμακας τῆσδε Βραυρωνίας θεᾶς? Erat enim hoc deæ nomen. Pausan. I. 23. 8. καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας, Πραξιτέλους μὲν τέχνη τὸ ἄγαλμα· τῇ θεῷ δ' ἔστιν ἀπὸ Βραυρῶνος δήμου τὸ ὄνομα· καὶ τὸ ἀρχαῖον ξόανόν ἐστιν ἐν Βραυρῶνι, Ἄρτεμις, ὡς λέγουσιν, ἡ Ταυρική. Citat hunc locum Brodæus, coll. inferius, cap. 33. 1. Regionem autem deæ propriam habitam esse, ipsum epithetum σεμνὰς indicat. Seidl.

1430. οὗ καὶ ταφήσει κ. τ. λ. De Iphigeniæ morte diversa tradit Pausan. I. 43. 1. De divino honore, quo post mortem Iphigeniam prosecuti sunt, vide Barnes. ad Iphig. Aul. 1607. coll. Pausan. VII. 26. 3. Quinimo cum ipsa Diana antiquitus videtur esse confusa. Pausan. II. 35. 2. καὶ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Ἰφιγενείας ἐστὶν ἱερὸν, coll. Herodot. IX. 103. ad quem locum respicit Pausanias: I. 43. 1. Seidl. Voces πέπλων ἄγαλμα, et εὐπήνους ὑφὰς per appositionem jungi debent.

1435. ἐκσώσασά σε. Hoc loco paulo speciosius interpretes quidam lacunam sumserunt, quod hæc non tam ad Orestem, quam ad Thoantem dicta esse debuerint: verum ultimo isto refugio ne hic quidem opus. Dicta quidem sunt ad Orestem, sed ita tamen, ut Thoas audiret, ideoque quæ ad se pertinerent, simul sumere inde sibi posset. Ad illud ἐξεφίεμαι igitur intellige *ei, cui hoc mandandum est*, i. e. Thoanti. Plane autem assentior Musgravio, qui Canterum *omnino male* correxisse affirmat ἐξέσωσά σε pro ἐκσώσασά σε, quamquam ita citet Aristoph. Schol. ad Ran. 697. Verte locum sic: *Hasce vero Græcas mulieres dimitti jubeo, bonæ eorum voluntatis causa, cum te prius quoque, calculis æqualibus in Areopago judicatum, Oresta, servarim, et quidem* (scil. dimitti eas jubeo) *ad illam ipsam regulam, ut vincat, qui pares calculos nactus sit.* Quum Orestem servaret Minerva, lata lege, ut vincat, qui æquales calculos habeat, urnæ suum calculum addidit. Numerati calculi fuere æquales, atque ita judicio liberatus Orestes. In hac nostra causa pariter æqualia sunt suffragia, in utramque partem unum, damnans Thoantis, (conf. supra v. 1396.) absolvens Minervæ. Seidl.

1439. σὴν κασίγνητον. Imo, σὴν κασιγνήτην. Mavult Reiskius, ἀλλ' ἐκκομίζου σὺν κασιγνήτῳ, ut ἐκκομίζου passivam significationem habeat. Sed unice verum est quod dedi. Confer v. 1327. τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι Λαβὼν ἀδελφὴν, κ. τ. λ. Elmsl.

1442. ἄπιστος. Reiskius ἄπειστος. Non opus videtur. Active enim vox accipi potest. Vide Porson. ad Hec. 1111. Seidl.

1446. ἵτωσαν. Noster Ion. 1130. Θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν, ἣν μακρὸν χρόνον Μένω, παροῦσι δαῖτες ἔστωσαν φίλοις. Uterque locus suspiciosus est, propter tertiam pluralem imperativi in ωσαν terminatam. Ἴτων dixit Æschylus Eum. 30. Καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ Ἄριστα δοῖεν· κεἰ παρ' Ἑλλήνων τινὲς Ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται. Ἰόντων in vulgatis saltem exemplaribus exhibent Thucydides IV. 118. Plato Legg. XII. p. 956. C. Hæc forma si legitima est, facile nostro loco reponitur εἰς σὴν ἰόντων. Altero loco legendum suspicabar ἑστᾶσιν. Anti-

quissima hujus formæ exempla, quæ quidem hodie supersint, quæque indubiæ sunt fidei, in Archestrati versibus ab Athenæo allegatis occurrunt. P. 4. E. Ἔστωσαν δ' ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρες οἱ ξυνάπαντες. P. 56. C. Ῥυσαὶ καὶ δρυπεπεῖς παρακείσθωσάν σοι ἐλαῖαι. Hic Aristotelis æqualis fuit. Occurrunt περιμαξάτωσαν et περιθέτωσαν apud Menandrum Μητραγύρτῃ, p. 120. ed. Cler. Sed Menandri ætate Attice loqui jam desierant Athenienses. Elmsl.

1452. χρεών. In hoc loco, licet τὸ χρεὼν exponatur per *voluntas,* mihi videtur accipiendum pro *fato,* hoc est Græcorum Εἱμαρμένη et Πεπρωμένον, quod supra omnes deos deasque habebatur. Vide Hieroclem. Etiam Eustathium in Hom. p. 166, 8. Barnes.

1456. Anapæstos omnes Choro tribuendos putavimus. Minervæ voto pro felici illorum reditu Chorus statim adjunxit suum; deinde se ad ipsam Minervam convertit, ita ut illud ἀλλὰ fere significet *quod ad te attinet.* Vulgo Minervæ oratio pertinet usque ad ὄντες, v. 1457. Recte autem Marklandus conjungit ἴτ' ἐπ' εὐτυχίᾳ, i. e. ἴτε εὐτυχεῖς, εὐτυχῶς, ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ, coll. Iphig. Aul. 1499. et εὐδαίμονες τῆς σωζ. μοίρας, i. e. ἕνεκα τῆς μοίρας. Σωζομένης equidem non reddo per σωζούσης, sed explico *felices ob servatam* vitæ vestræ *sortem,* i. e. felices ob sortem, qua servamini. Seidl. τῆς σωζομένης μοίρας habet Aristides III. 728. Musgr.

1463. Ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη. Precatio Poëtæ, pro bono successu dramatis sui, ut in Oreste et Phœnissis, ubi scribitur Νίκα, quod prætulerim. Markl. Tum scribendum etiam est σεμνά, ut Porsonus jam etiam in Oreste fecit. Lucianus, Tom. III. 158. Bip. habet σεμνὴ Νίκη. Seidl.

FINIS NOTARUM IN IPHIGENIAM IN TAURIS.

NOTÆ

IN

RHESUM.

NOTÆ IN RHESUM.

Nonnulli apud veteres fuere, teste Argumenti Autore, quod fabulæ præmissum est, qui vehementer dubitaverunt utrum *Rhesus* esset genuina Euripidis Tragœdia, an ab alio quodam sub ejus nomine edita. Et sane, si vel materiam ejus vel œconomiam spectemus, hanc tam jejunam et ineptam, illam autem tam Musa Tragica indignam, cernimus, ut nequaquam credibile videatur, ab Euripide, tanto Poeta, proficisci potuisse fabulam, in qua tam male omnia disposita sint et ficta. Si quis autem quæstionem de hoc supposititio dramate plene et diserte tractatam investigare cupit, Beckii Diatribe Critica, et Cl. Valckenærii Observationes, Diatrib. Cap. IX. et X. omnino sunt perlegendæ.

Vers. 2. βασιλέως. Sic MS. G. recte, ut intelligatur Hector, qui vocatur βασιλεὺς, plane ut Polyxena βασιλὶς, Hecub. 547. et Hesione βασίλεια, Soph. Ajac. 1320. Vulgo βασιλέων. Musgr. Hanc allocutionem solius Hectoris satellites respicere monet Heathius, constructionem autem esse: βᾶθι τις ὑπασπιστῶν βασιλέως, ὅστις ἄγρυπνός ἐστι, πρὸς εὐνὰς τὰς Ἑκτορείους. Beck.

3. νέων. Cum μύθων conjungendum est, non cum τευχοφόρων. Confer v. 46. Musgr. Schol. Ὑπασπιστὴς ἰδίως ὁ παρασπίζων τῷ βασιλεῖ, τευχοφόρος δὲ κοινὸς ἦν παντὸς ὁπλίτου.

5. τετράμοιρον. Recte notat Brodæus, hunc morem ad Romanos transiisse, usus testimonio Vegetii, Lib. III. *Et quia impossibile videbatur in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepsydram divisæ sunt vigiliæ, ut non amplius, quam tribus horis, necesse sit vigilare.* Propertii quoque Lib. IV. Eleg. 4. *Et jam quarta canit venturam buccina lucem.* Musgr.

8. βλεφάρων ἕδραν. Periphrastice pro βλέφαρα. Et sic ἴτυος ἕδρα pro ἴτυι, Electr. 456. Musgr.

12. τὸ σῆμα. *Tessera:* sic paulo infra: καὶ τί δὴ τὸ σῆμα. Vegetius quoque eam *signum* appellat Lib. III. 5. Virgil.

quoque Æn. VII. 637. *It bello Tessera signum.* Græcis dicitur proprie σύνθημα. Xenoph. ἕως δ' ἔτι ἔξω βελῶν ἦσαν, παρηγγύα ὁ Κῦρος σύνθημα, Ζεὺς σύμμαχος καὶ ἡγεμών. BROD.

14. πλάθουσ'. Vide ad Hec. 873.

18. φυλακὰς προλιπὼν ἤδη Κινεῖς στρατιάν. Idem infra v. 37. BECK.

23. χέρα σύμμαχον. Ita Virgil. Æn. VI. 660. *Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.* Et Sallust. *Magnas hostium copias populus Romanus parva manu fudit.* BROD.

27. ἁρμόσατε ψαλίοις ἵππους. Per enallagen dictum pro ἁρμόσατε ψάλια ἵπποις. Brunck. ad Hec. 429. BECK.

28. Πανθοΐδαν. *Euphorbum,* Panthi filium. Homer. Iliad. P. 80. Τρώων τὸν ἄριστον ἔπεφνε, Πανθοΐδην Εὔφορβον. Ovid. Metam. XV. *Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli* Panthoides Euphorbus *eram.* BROD. Potest etiam hic locus referri ad Polydamanta. Nam et is erat Panthi filius, Euphorbi frater. Hom. Iliad. O. 446. Πουλυδάμαντος ἑταῖρον ἀγαυοῦ Πανθοΐδαο. BARNES.

29. Λυκίων ἀγόν. *Sarpedonem,* Europæ filium ex Jove. Hom. Iliad. B. 876. Σαρπηδὼν δ' ἦρχεν Λυκίων καὶ Γλαῦκος ἀμύμων. BROD.

30. Ποῦ σφαγίων ἔφοροι. *Ubi sunt aruspices,* qui et litent, et futurum belli eventum, inspectis victimarum extis, prædicant. Euripid. Phœniss. 174. de Amphiarao: Σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ. et v. 1110. Σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρματι. Ubi interpres: 'Ιερεῖα εἰς σφαγὴν ἔχων ἕτοιμα ἐν τῷ ἅρματι· ἵν', εἰ χρεία γένοιτο μαντείας, εὐθέως σφάξας μαντεύσηται. Polyænus: *Iphicrates, quoties vates dehortarentur, non statim morem gerebat; sed aut multitudinem transponebat, aut locum mutabat, atque iterum sacrificia redintegrabat.* Livius: *Hostia quoque cæsa, consulenti deos aruspex cavendum a fraude hostili et ab insidiis prædixit.* BROD.

31. γυμνήτων μούναρχοι. *Rorariorum velitumque ductores.* Γυμνῆτες (inquiunt Grammatici) οἱ σφενδονῆται καὶ οἱ τοξόται. BROD.

33. κερατόδετα τόξα. Arcus e ligno et cornibus concinnatos, qui Turcis hodie sunt in usu. BROD. Schol. κερόδετα· τὰ κερουλκά, τὰ ὑπὸ κεράτων δεδεμένα.

36. Πανὸς Μάστιγι. Nonnus Lib. X. 4. μανιώδεϊ Πανὸς ἱμάσθλῃ, quod et repetit Lib. XXI. MUSGR. Τοὺς αἰφνιδίους φόβους ἀνῆψαν τῷ Πανὶ, σφοδροὺς ὄντας καὶ ἐκπληκτικούς· γίνονται δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐν οἷς πολλῶν φωνῶν φερομένων διὰ τὰς ἐν αὐτοῖς κοιλότητας, πτοοῦνται οἱ ἀκροώμενοι μὴ ὁρῶντες τοὺς φωνοῦντας.

Schol. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Theb. 604. et de terroribus *Panicis*, Valckenær. ad Herod. IV. 203.

43. διϊπετῆ. Recte Etymologicon M. διϊπετὴς per διαφανὴς explicat. Bacch. 1220. λαμπρότερος, ἢ πρὶν, καὶ διϊπετέστερος. Plutarchus in Mario, p. 763. Ed. Steph. εἴτε δαιμονίου τινὸς τὴν γῆν καθαροῖς καὶ διϊπετέσιν ἁγνίζοντος ὕδασι καὶ κατακλύζοντος. Musgr.

46. ἐφιέμενοι. Refertur ad στρατὸς, quod est nomen multitudinis. Figura πρὸς τὸ σημαινόμενον. Barnes. Reisk. explicat sic: ἱέμενοι ἐπὶ βάξιν, *ruentes cum trepidatione ad novum rumorem.* Beck.

52. Quomodo ἀγγέλλων φόβον? Quia incertum erat, annon hi motus Argivorum ad nocturnam Trojani exercitus invasionem spectarent. Musgr.

54. Vide infra ad v. 126.

59. Verba composita ab ἔχω non raro intransitiva sunt, ut ἐξέχω in ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε, Aristoph. Vesp. 768. ἀνέχω in formula usitata ἅμα τῷ ἀνίσχοντι ἡλίῳ. παρέχω Troad. 310. Cyclop. 203. Aristoph. Vesp. 1317. κατέχω Cyclop. 349. ἐπέχω Bacch. 1084. ubi plura. ξυνέχω igitur intransitivum esse nihil vetat: quo posito, sensus loci erit: *si lucentes radii solis non condidissent* vel *occultassent se;* ut ξυνέσχον sit quasi ξυνέμυον, vel ξυνεσκοτοῦντο. Musgr.

60. λαμπτῆρες. *Radii.* Nonnus Lib. XI. 189. καὶ νύχιοι λαμπτῆρες ἀκοιμήτοιο σελήνης. Musgr.

72. καί. Pro καίπερ positum, quanquam in reliquis Eurip. fab. nuspiam sic legitur. Sensus loci: *ut saltem eorum aliquis, etsi navem jam insiliens* (suorum nempe, non hostium) *in tergo tamen vulneratus, scalas sanguine conspergat.* Valck. ad Phœn. p. 98. Beck.

73. κλίμακας. *Scalas, quibus naves conscendimus.* Orph. Κλίμακα δουρατέην λιμένων ἔντοσθε χάλασσαν. Hanc vero ἀποβάθραν vocant, Lucianus ἀναβάθραν: καὶ περὶ τὴν ἀναβάθραν καθεζομένη. Virgil. *pontem* appellat, Æn. X. 287. *Interea Æneas socios de puppibus altis Pontibus exponit.* Brod.

74. λεληισμένοι. Λεληϊσμένοι. Th. ληῒς, et λεία, hinc ληΐζω. Barnes.

87. τί χρῆμα. Subaud. διά. Portus. Vide ad Hec. 956.

89. νυκτηγοροῦσι. *Nocturnos conventus agitant, consultant;* quod accidere solet in periculis bellicis. Verbum ergo est castrense. Talis Νυκτηγορία, quæ Latinis dici potest *nocturnum concilium,* est apud Homer. Iliad. K. Stib. Cf. supra v. 20.

92. κατ' εὐφρόνην. Κατὰ νύκτα. Eustathius dicit, ὅτι ἡ νὺξ

εὐφρόνη λέγεται παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν διὰ τὰς κατ' αὐτὴν γενομένας βουλάς. Vide in Iliad. pp. 168, 3. 1140, 64. BARNES. Vide ad Hippol. 375.

97. Dorv. ad Char. p. 288. cum Scalig. scribit ἐκκάαντες, quia scil. Mœris tradit, Atticos scripsisse κλάειν, κάειν; sed Pierson. ad Mœr. p. 231. præfert ἐκκέαντες. Nam a καίειν partic. fit κέαντες. BECK.

106. ἀλλ' ὁ γὰρ αὐτὸς κ. τ. λ. Non dubium est, quin Eurip. in his versibus ad illos Homeri respexerit, Iliad. N. 729. Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι· Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα, Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν· Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον, κ. τ. λ. Quo pertinent et isti, qui habentur Odyss. Θ. 167. Οὕτως οὐ πάντεσσι θεοὶ χαρίεντα δίδωσιν Ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν· Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ, Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, κ. τ. λ. Huc etiam referatur Virgilianum Eclog. VIII. 63. *Non omnia possumus omnes.* BARNES.

108. σοὶ μὲν μάχεσθαι. Spectanda hic Æneæ prudentia, inque rebus suscipiendis tuta consilia et matura deliberatio: quæ in negotiis ac rebus humanis multo potiora sunt, quam Hectoris vis consilii expers, et vires sine mente. Huc pertinent illa verba Philostrati in Imagin. Ἐκάλουν δὲ Ἀχαιοὶ τὸν μὲν Ἕκτορα χεῖρα τῶν Τρώων, τὸν δὲ Αἰνείαν Νοῦν· Καὶ πλείω παρέχειν αὐτοῖς πράγματα Αἰνείαν σωφρονοῦντα, ἢ μεμηνότα Ἕκτορα. STIB.

110. φεύγειν. Nondum inaudierat Hector Græcos fugam capessere: vide v. 77. tantum faces in castris accendisse, v. 41. Legendum igitur: ὅστις πυρὸς λαμπτῆρας ἐξήρθης κλύων φλέγειν Ἀχαιούς.—φλέγειν λαμπτῆρας, ut Troad. 321. ἀναφλέγω πυρὸς φῶς. MUSGR. Optime.

111. τάφρους ὑπερβάς. De fossis istis et vallo, quæ Græci in navium propugnaculum paraverant, lege Homeri Iliad. M. STIB. Strabo autem Lib. XIII. de his poëticis fossis ait: Ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς, ἠφάνισεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν. BROD. νυκτὸς ἐν καταστάσει. Pseudo-Plutarchus de fluviis in Sagari: τῷ θερινῷ καταστήματι pro τῷ θέρει. MUSGR.

114. βλέποντας. *Fortiter tibi resistentes.* Demosthenes, unde ducta sit metaphora, indicat his verbis: Ὥσπερ γὰρ οἱ Βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ. Καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ πληγεὶς ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται· κἂν ἑτέρωσε πατάξῃ τις, ἐκεῖσέ εἰσιν αἱ χεῖρες. Προβάλλεσθαι δὲ, ἢ βλέπειν ἐναντίον οὔτε οἶδεν, οὔτ' ἐθέλει. BROD.

116. ἐν τροπῇ δορός. Ita MS. G. quod verum. Vide Soph. Ajac. 1297. Sic μάχης τροπῇ, Æsch. Agamem. 1246. MUSGR.

118. ἣν ἄρα μή. *Nisi.* Elliptica sententia est, ad quam supplendam repetatur verbum διαβάλωσι.

122. De voce αἴθων vide Lobeck. ad Soph. Aj. 1077.

126. κἂν μὲν αἴρωνται φυγήν. Recte hunc locum restituit Henricus Stephanus, ut supra v. 54. Cujus verba huc attexere non gravabor: *Dicunt Græci* αἴρεσθαι φυγὴν, *non* φυγῇ, *qua dixit forma Sophocles in Ajace,* ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι. *Ideoque, ut supra loco citato Vetus Codex habet* αἴρεσθαι φυγὴν, *ita hic quoque* αἴρωνται φυγὴν *repono.* Hæc ille. Dicitur etiam κλέος, πόνον, νίκην ἀρέσθαι.—αἴρομαι φυγὴν, *fugam capesso.* BARNES. Vulgo φυγῇ.

137. Heath. νικᾶτ' pro imperat. habet, *vincite.* MUSGR. Sed indic., *vincitis,* sensui melius convenit.

138. κόσμει. *Compone, suo quemque ordini et loco remitte.* Sic κοσμεῖν, *imperium in aliquem exercere,* Soph. Ajac. 1127. Argonautæ apud Apollon. Rhod. vela στείλαντες ἐκόσμεον, *suis locis componebant:* Lib. I. Hinc non videtur necessarium legere cum Piersono κοίμα. MUSGR.

142. εἴσει λόγον. Heath. vertit: *quæ renunciat, scies.* BECK.

145. ὡς οὐ μενοῦντά μ'. Subaudi ὄψει. Homer. Iliad. Δ. 223. Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον, Οὐδὲ καταπτώσσοντα. BROD. Cf. v. 148.

146. ὁλκοῖσι νεῶν. Videntur esse *canales* navibus in ναύσταθμα trahendis, licet Hesychius ὁλκοὺς per ναυστάθμους interpretetur, tanquam synonymæ essent voces. Quomodo enim, si synonymæ sunt, Noster infra, v. 669. ὁλκοὺς ναυστάθμων, ut adjunctum, attribuit? ὁλκοὶ νεῶν habentur et apud Herod. II. 154. Apollon. Rhod. Lib. I. ἐν δ' ὁλκῷ ξεστὰς στορέσαντο φάλαγγας. MUSGR.

149. ἐν λόχῳ. Heathius reddit *in hac cohorte,* probante Valckenærio in Diatrib. p. 100. Sed recte judicat Musgravius, hanc vocem nullum hic locum habere, sive *cohortem* sive *insidias* interpreteris. Legendum igitur λόγῳ, et vertendum: *qui adsunt huic concioni.* Cf. Aristoph. Acharn. 512. Av. 30.

151. εὐεργέτης. Trahit huc Barnesius morem Persarum, εὐεργέτην regis appellantium, quicunque utilem ei operam præstitisset. Sed et idem apud Græcos obtinuit. Vide Diod. Sic. XI. 26. et quæ ibi dat Wesselingius. MUSGR.

157. Reisk. et Heath. post ἥξω punctum jubent poni, ut verborum sensus sit: *redibo: his conditionibus subeo periculum hoc,* i. e. *tantum est, quod spondeo.* BECK.

158. ἐπώνυμος. Δόλων enim ἀπὸ τοῦ Δόλου. BARNES.

159. πατρὸς δὲ καὶ πρὶν εὐκλεᾶ δόμον. Hom. Iliad. K. 314. Ἦν

δέ τις ἐν Τρώεσσι Δόλων, Εὐμήδεος υἱὸς, Κήρυκος θείοιο, πολύχρυσος, πολύχαλκος, κ. τ. λ. Brod.

162. παντὶ γὰρ προσκείμενον Κέρδος πρὸς ἔργῳ. Gnome. Invitantur mortales ad strenue agendum præmiis et honore. *Nam* (ut inquit Sallustius) *gloria industria alitur: ubi eam demseris, ipsa per se virtus amara atque aspera est.* Stib.

166. πολυόχλου. Elegantissimam Reiskii et Valckenærii conjecturam recepi. Vulgo πολυόχου.—πολυόχλου valet *populosæ*, ut πολυοχλουμένη πόλις apud Diod. Sic. XIV. 95. est *urbs populosa*. Musgr.

168. οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ κ. τ. λ. Alludit ad Proverbium: *Æqualem uxorem ducito*. De qua exstat in Anthologia suavissimum Epigramma, quod mihi jam penitus excidit, nisi quod est totius cardo: τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. Barnes.

170. οὐ βίου σπανίζομεν. Simile Hecub. 12. Τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου. Βίος Græcis non tantum *vitam*, sed etiam *victum*, notat. *Vitam* quoque pro *victu* a Latinis usurpari, scribit Donatus. Brod. De variis autem significationibus τοῦ Βίος vide Scholiast. ad Hecub. 14. Barnes.

177. Heath. vertit: *Cujusnam igitur ex Achivis, qui vivus captus fuerit, redemtionis pretium accipere cupis?* Similiter fere Reisk. Beck. Ab ἄποινα, *Munera, pœnæ avertendæ causa data*, fit verbum ἀποινάω Demostheni usurpatum, pro *Pecuniam exigo*. Hinc Euripides, Homeri vestigiis inhærens, verbum ἀποινᾶσθαι procudit. Barnes.

180. Hausit ex Æsch. Agam. 588. Θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα Δόμοις ἐπασσάλευσαν. Vide Abresch. ad Æsch. I. p. 317. Beck.

182. ἐπ' ἀξίοις. *Digno pretio*. Barnes.

183. ἐν κύβοισι. Æschyl. Theb. 410. Ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ. Vide Erasm. in Adagio: *Omnem jacere aleam*. Barnes. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. loc. cit.

185. ἐξ ἀφθίτων. Hom. Il. Π. 150. Τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια Ποδάργη. In quem locum vide Eustathium et alios Interpretes. Hos autem equos Homerus plus semel vocat immortales. Barnes.

187. δίδωσι δ' αὐτοὺς κ. τ. λ. Horum equorum nomina erant *Xanthus* et *Balius*, quos et olim Titanas fuisse, Diodorus memorat apud Eustathium, in Iliad. p. 1190, 54. Quum vero hic Neptuni socius fuerit, ille Jovis, verentes in Titanum pugna videri a fratribus suis contra illos pugnantes, equina specie latuerunt. Hos Neptunus postea dedit Peleo: ut paulo infra, v. 240. Τὰς πόντιος Αἰακίδᾳ Πηλεῖ δίδωσι Δαίμων.

Huc refer illud Ptolemæi Hephæstionis Lib. VI. Ὡς Πηλεῖ ἐπὶ τῷ γάμῳ φασὶ δωρήσασθαι Ἥφαιστον μὲν μάχαιραν· Ἀφροδίτην δὲ φιάλην ἐγγεγλυμμένην ἔρωτα χρυσοῦν· Ποσειδῶνα δὲ Ἵππους, Ξάνθον καὶ Βαλίον. Idem Apollodorus in Biblioth. III. 5. Καὶ δίδωσι Χείρων Πηλεῖ δόρυ μείλινον· Ποσειδῶν δὲ ἵππους Βαλίον καὶ Ξάνθον, Ἥφαιστος δὲ μάχαιραν. Barnes.

194. τῆσδ' ἀριστεύων χθονός. Verte: *Primum te hujus terræ præstans quoad virtutem et fortia facta.* Heath. Hector nunc aut in tentorium redit, aut remotus saltem consistit, neque in scena agit, dum Dolon cum Choro colloquitur. Beck.

195. μεγάλα δ' ἐπινοεῖς ἑλεῖν. Poëta ad illud Homericum respicit, Iliad. K. 401. Ἦ ῥά νύ τοι μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο θυμὸς, Ἵππων Αἰακίδαο δαΐφρονος. Virgil. Æn. XII. 350. *Qui quondam castra ut Danaum speculator adiret, Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus.* Barnes.

199. Reisk. emendat τὰ μὲν θεόθεν, et ἐπιδέτω idem esse putat, ac, μελέτω τῇ δίκῃ. Locum reddit: *dispiciat justitia, quid diis de te videatur; apud homines quidem es perfecte felix.* Beck.

201. ἐφέστιος. Ita Aldi editio, nec video exemplar, quod habet ἐφεστίους, quare non erat necessarium Brodæo, ut assereret hoc modo: *Ita omnino legendum* est, non ἐφεστίους. Nemo enim ἐφεστίους dixit legi oportere. Barnes. Cf. Æsch. Eum. 574. Supp. 361. et vide Stanl. ad Theb. 73.

204. Vulgo ἐπεί. Solent et alibi Poëtæ interrogationes ab hac voce ordiri. Vide Orest. 515. Æschyl. Choëph. 212. Minime igitur necessarium est cum Piers. legere εἶπ' εἰ. Musgr.

208. ἀμφὶ νῶτον ἅψομαι. Commentum Dolonis irridet Valckenærius, quod tamen non soli Doloni placuit. Tradit enim Josephus de Bell. Jud. III. 7. 14. fuisse revera, qui ad excubitores fallendos pellibus ferarum sese vestirent. Musgr.

209. Toup. emend. in Suid. P. III. p. 308. etiam scripsit χάσμα θηρὸς, et vertit: *et faciem feræ meo capiti adponam:* atque hanc emendationem firmat ex Herc. Fur. 360. Hes. V. Χάσμα θηρὸς, Long. Past. I. p. 19. et Virg. Æn. XI. 680.—Add. Valck. Diatr. p. 101. Beck. Vulgo σχῆμα.

215. διβαμός. Sic παλιμβαμοὺς, Pindar. Pyth. IX. Epod. I. Musgr.

217. φηλητῶν. Scaliger notat, legendum φιλητῶν, quod superfluum erat monere, cum utroque modo scribatur. Barnes. Vide Blomf. ad Æsch. Agam. 475.

224. Θυμβραῖε. Epithetum Apollinis, ductum a Thymbra, ubi templum celebre ei dicatum. Meminit Auctor infra v. 504.

Strabo Lib. XIII. Scholiast. ad Iliad. K. 430. Virg. Æneid. III. 85. Musgr. Δάλιε. Ita dicitur Apollo a Delo insula, in qua genitus fertur. De Apollinis oraculo in Lycia vide quæ nos ad Alcest. 114. Quod λύκος Apollini sit animal sacrum, nihil hic loci habet. Barnes.

225. ἐμβατεύων. Apposite Hesychius: ἐμβατεῦσαι, τὸ κατέχειν ἢ καρποῦσθαι χωρίον, ubi vide Interpretes. Adde Æschyl. Pers. 449. Musgr.

226. Eundem usum vocis κεφαλὰ vide Pindar. Olymp. VII. Antistr. 4. Pyth. IX. Stroph. 2. Pyth. XI. Stroph. 3. Musgr.

229. πομπᾶς. Legebat Scaliger πομπεύς. Sed πομπὴ *viam* vel *iter* sonat Æschyl. Theb. 619. Musgr.

232. τείχη παλαιὰ δείμας. Nota Fabula de Neptuno et Apolline, Trojæ muros ædificantibus: de qua videsis Hom. Il. H. 452. Eustath. in locum: item Ovid. Metam. Lib. XI. Fab. 6. Apoll. Biblioth. II. 9. Barnes.

233. μόλοι δὲ ναυκλήρια. *Mihi quidem probatur ναυκληρίας, quod reponendum quidam censet.* Ita Henricus Stephanus. Mihi vero ναυκλήρια probatur, veteri scriptione, accentu tantum in antepenultimam retracto; nec aliter stabit versus. Et τὰ ναυκλήρια classem optime denotat; sed ἡ ναυκληρία non item. Barnes.

239. Hectora δεσπότην dicit barbarorum more: conf. v. 263. Negat contra famulus Hippolyti, utpote Græcus, quenquam præter deos δεσπότην vocandum esse: Hippol. 87. Musgr.

240. τὰς πόντιος Αἰακίδᾳ κ. τ. λ. Vide supra ad v. 187. Barnes.

246. Vulgata δυσάλιος vox ignota est, nec metro conveniens, nec sententiæ. Lego: δυσάνιος, i. e. δυσήνιος, *immorigera*. Sic dici solent naves tempestatum vi abreptæ. Vide Polluc. I. 112. Musgr.

249. ἐν αἰχμαῖς ποτὲ Μυσῶν. Mysi ob insignem ignaviam male olim audivere. Erasmus in adagio: Μυσῶν λεία. Ita fere Phryges et Asiani omnes ab Europæis contemtui sunt habiti; quare hæc dicit jam Chorus, etiam inter Phrygas et Mysos fortes aliquando dari. Barnes.

250. ὃς ἐμὰν συμμαχίαν ἀτίζει. Id est, Ὅστις τοὺς ἐμοὺς συμμάχους, Μυσοὺς ὄντας δηλονότι, ἀτιμάζει. Ut enim sensus optime patescat, velim ὃς in hoc loco pro ὅστις poni. Nullo enim modo ad Mysorum aliquem referri potest: Mysi enim non auxiliares copias Trojanorum contemnebant, sed inter eos ipsi erant. Barnes.

251. πεδοστιβής. Proprie *solum pedibus calcans*, a πέδον et

στείβω. Hoc in loco exploratoris gressum designat, qui cautionis summæ causa viam pedibus tentare solet, ac præcipue Dolonis, qui et quadrupedis instar reptare designabat, cum castra Græcorum appropinquaret. Æschylo usurpatur pro simplici πεζὸς, ut Persis 126. Πᾶς γὰρ ἱππηλάτας τε καὶ πεδοστιβὴς λεώς. BARNES.

253. μῖμον. Nove hic dictum pro μίμημα. BARNES.

255. Non hic 'Αγαμεμνόνειον κρᾶτα pro ipso *Agamemnone*, ut Ἑκτορέην κεφαλὴν pro Hectore: sed 'Αγαμέμνονα subauditur post κτανὼν, et τὸ 'Αγαμεμνόνειον κρᾶτα ad ἐνέγκοι referendum. BARNES.

256. κακόγαμβρον Ἐς χέρας γόον. Ad hunc locum Andreas Schottus Observat. Poëtic. II. 43. hæc ait: *Præter rei historiam hoc dixit Poëta. Non enim Agamemnon gener fuit Helenæ, sed frater* Menelai; *qui ambo erant Atridæ; ut vel pueris notum.* Hæc ille. At quod ego dicturus sum, haud omnibus viris, et tamen peritis, notum est. Nam vox γαμβρὸς proprie quidem *gener* significat: aliquando tamen latiori ambitu πενθερὸς sonat: item *frater uxoris*, nec non *maritus sororis*, notante Budæo. Sed et generalius pro *affini* ex Eustathio et Herodoto sumi, probat Henricus Stephanus in Thesauro suo. Et apud Sophoclem Œdipus vocat Jocastæ fratrem, Creontem, γαμβρὸν, tanquam ex ἐπιγαμβρίας συγγενῆ. Vide Pollucis Onomast. de significatione harum vocum γαμβροὶ et πενθεροί. Item Phavorinum. BARNES.

257. ἐπὶ πῶλον. *Ad recipiendum scortum;* i. e. νέαν γυναῖκα, Helenam scilicet. Hesychius: Πῶλος, ἑταίρα· πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον 'Αφροδίτης πώλους, ἢ τοὺς νέους, καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. Antiphanes ἐν παννυχίδι: Πώλους Κύπριδος ἐξησκημένας. Euripides Hippolyt. 545. Τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ Πῶλον, ἄζυγα λέκτρων, Ἄνανδρον τοπρὶν καὶ Ἄνυμφον. Scholiast. Πῶλον ἄζυγα· παρθένον ἄπειρον γάμου, καθαράν. Πώλῳ δὲ τὸ ἀκμαῖον αὐτῆς εἴκασεν. Ita μόσχος de tenero quovis animalculo dicitur. Vide quæ nos ad Iphig. Aul. 1599. BARNES. Vide etiam ad Hipp. l. c.

264. ἵν' ὀ πρέπει. *Ubi non decet;* scil. *in castris.* Res enim istæ ad pacem potius spectant.

267. σκαιοὶ βοτῆρες ἐσμέν. Basilius M. in Homil. de St. Mamante Martyre: Ποιμὴν οὐδὲν μέγα, οὐδὲ σοφὸν ἐπιτήδευμα. Et: Ποιμὴν οὐδὲν πλέον τῆς ἐφημέρου τροφῆς κεκτημένος, πήραν ἀνημμένος, καὶ κορύνην φέρων, τὰ πρὸς ἡμέραν ἐφόδια, οὐδεμίαν μέριμναν περὶ τῆς αὔριον ἔχων, κ. τ. λ. De simplicitate vitæ pastoritiæ lege plura in eadem oratione. STIB.

270. δόρη. Schol. 'Από γενικῆς τῆς δόρεος, δόρεα δόρη, ὡς βέλεα βέλη.

277. λόγου δὲ δὶς τόσου μ' ἐκούφισας. Eum bis nominare in animo habui, nisi sermonem meum interpellasses. Sophocles: Ἆρ' ἐστι ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά. BROD.

278. ὀργάδας. Hesych. Ὀργάς· λοχμῶδες καὶ ὀρεινὸν χωρίον καὶ ἀνέργαστον. BARNES.

279. πλατείας. Subaudiendum ὁδοῦ. Πεδιάδος· πεδίον ἐχούσης.—Ἁμαξιτοῦ· ἁμαξηλάτου, λεωφόρου. BROD.

281. νυκτὸς γὰρ κ. τ. λ. Vertit Heath.: *Noctu enim non res nihili est, admovere exercitum.* BECK.

284. αὐτόριζον ἑστίαν χθονός. Respicere videtur, quod tradit Homerus Iliad. Υ. 216. Idam sc. prius habitatam fuisse, quam Troja in planitie condita esset. αὐτόριζον igitur vocat, quod radix esset gentis, nec incolæ ejus aliunde, aut ab alia radice, advenissent. ἑστίαν χθονὸς habet et Æschyl. Supplic. 377. in quo titulo sanctimoniam maxime spectatam puto, prout in domo sanctissimum est Ἑστία. MUSGR.

285. ἔνθηρον. *Feris abundantem.* Hom. Iliad. Θ. 47. Ἴδην μητέρα θηρῶν propterea nuncupat. BARNES.

286. ῥέων. Vox elegans et de exercitu non inusitata. Vide Iphig. in Taur. 1402. Æschyl. Theb. 80. MUSGR.

292. προὐξερευνητάς. *Homines exploratum præmissos,* qui, quæ ad ducendum exercitum pertinent, omnia diligenter perscrutantur; quo e genere sunt ἡμεροσκόποι et πρόδρομοι, *emissarii, antecursores.* Arrianus: Ἔχων τῶν τε ἑταίρων τὴν ὕλην τὴν ἐξ Ἀπολλωνίας καὶ τῶν προδρόμων καλουμένων. BROD.

299. πλάστιγξ. Vel hunc, vel similem locum respexit Hesychius, qui inter alias notiones τὸ ζύγωμα, velut synonymum, affert. MUSGR.

307. πελταστῶν. Thracum ea ab initio armatura fuit. Vide Herodot. VII. 75. Hinc Xenophon Anabas. initio: ἔχων ὁπλίτας χιλίους καὶ πελταστὰς Θρᾷκας ὀκτακοσίους. Postea eodem more a Græcis recepto, in desuetudinem abiit ὁπλιτῶν nomen. Diod. Sic. XV. 44. Cornelius Nepos in Iphicrate. MUSGR.

308. Proprie ἄτρακτος *fusus* significat, metaphorice *jaculum.* Ita Sophocles Philoctet. ὅ μοι βάλοι Νευροσπαδὴς ἄτρακτος. Hesych. ἄτρακτος· μεταφορικῶς βέλος. BARNES.

309. γυμνῆς. *Miles levis armaturæ.* De qua re vide supra ad v. 31.—στολήν. Thom. Magister: Ἰστέον, ὅτι ἐσθὴς καὶ στολὴ διαφέρει, τῷ τὴν μὲν ἐσθῆτα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐνδυμάτων τάττεσθαι· τὴν δὲ στολὴν ἐπὶ τῶν διαφόρων σχημάτων· οἷον ἄλλη στολὴ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἄλλη τῶν Βαρβάρων. BROD.

313. ὅταν πολίταις κ. τ. λ. Hæc Chorus loquitur, tanquam jam Trojanis, diutina afflictis obsidione, præsens auxilium

numinum favore ex adventu Rhesi affulgeat. Cæterum non abs re est, Thraces Trojanis auxilio venisse: siquidem magna inter ipsos fuit quondam affinitas, ut testatur Strabo; adeo ut nomina quædam et vocabula, nec non et linguæ usus communis ipsis exstiterit. STIB.

315. πολλοὺς, ἐπειδὴ κ. τ. λ. Sic Ovid. Trist. I. 8. 5. *Donec eris felix, multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris.* BARNES.

318. ἐξώστης Ἄρης. Metaphora a vento ducta, qui, cum vehementior solito est, ἐξώστης dicitur: vide Suidam, v. ἐξώστης. Euripid. Cyclop 279. Æschin. Epist. 1. MUSGR.

319. ἔθραυσε. Sic optime MS. Flor. ἔφαυσε, quod in vulgatis est, viros eruditos frustra exercuit. MUSGR.

321. ἥκει γὰρ ἐς δαῖτ', κ. τ. λ. Elegans proverbium, antiquam simplicitatem redolens. BARNES.

327. θεοῦ. *Solis.* Vide ad Suppl. 207.

334. χάρις γὰρ αὐτῷ Πριαμιδῶν διώλετο. Schol. δηλονότι, διὰ τὸ βραδέως αὐτὸν ἐληλυθέναι. Huc referatur illud suavissimum ex Anthologia Epigram. Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ, Πᾶσα χάρις κενεὴ, μηδὲ λέγοιτο χάρις. BARNES. Ovid. *ex Pont.* III. 4. 52. *Gratiaque officio, quod mora tardat, abest.*

335. σύ τ' εὖ παραινεῖς. Chorum alloquitur:—καὶ σὺ καιρίως σκοπεῖς· nunc autem Pastorem. BARNES.

338. Ἀδράστεια μὲν, ἁ Διὸς παῖς, κ. τ. λ. *Nemesin* arrogantiæ et insolentiæ vindicem habitam a veteribus, omnibus notum. Vide Erasmi Adag. in *Adrastea Nemesis.* Et quia, ut Sophocles ait, Antig. 131. Ζεὺς μεγάλης γλώσσης κόμπους Ὑπερεχθαίρει, ideo veteres, cum de re quapiam magnifice loqui vellent, ut ait Gaspar Stiblinus, sive de excellenti virtute et potentia invicta, sive de felicitate aliqua nova, cui maxime fiderent, Nemesin, quæ spes immoderatas vetaret ac puniret, deprecari ac præfatiuncula placare studebant. Hinc Chorus Trojanorum, qui de Rhesi virtute ac viribus nihil non sperabat, sibi Nemesin conciliare prius aggreditur. Huc referas illud Sophocl. Ajac. 127. Τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν, ὑπέρκοπον Μηδέν ποτ' εἴπῃς κ. τ. λ. BARNES. De nomine Ἀδράστεια vide omnino Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 972.

339. στομάτων φθόνον. Id est, *invidiam deorum propter arrogantes sermones.* MUSGR.

347. Στρυμὼν, ὃς μελῳδοῦ Μούσας κ. τ. λ. Homerus quidem Rhesum filium Eionei asserit, Iliad. K. 435. Ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεὺς, παῖς Ἠϊονῆος. De qua re vide Eustathium in locum. Sed Neoterici Poëtæ Fluvii Strymonis et Musæ Terpsichoræ,

sive, ut alii, Euterpæ, filium fingunt. Et quidem, quanquam Musæ a Poëtis virgines reputantur; ut Eustathius et Didymus enumerant, nonnullas earum matres vocabant omnes hi Heroës. Orpheus erat filius Calliopæ, vel, ut alii, Cliûs; Linus Terpsichoræ, vel, ut alii, Euterpæ; Rhesus Terpsichoræ et ipse, vel Euterpæ; Thaliæ Palæphatus; Eratûs Thamyris Thrax; Melpomenæ et Acheloi filiæ erant Sirenes: Polymniæ Triptolemus. Sola Urania adhuc virgo est. BARNES.

351. Ζεὺς ὁ φαναῖος. Ita hic Jupiter dicitur, quasi *coram apparens oculis.* Idem nomen Apollini datur apud Achæum Poëtam in Omphale, teste Hesychio: Φαναῖος Ἀπόλλων. Ἀχαιὸς Ὀμφάλῃ· παρὰ Χίοις οὕτω λέγεται. BARNES. Quam hic emphasin habeat φαναῖος, nemo interpretum docet, nec quidquam suppeditant veteres grammatici. Videtur vox a φάναι fluere, quo nomine auctor infra v. 940. *mysteria* designat. MUSGR.

352. βαλιαῖσι πώλοις. Βαλιὸς aperte hoc in loco non significat *varius,* aut *maculosus,* quia Rhesi equi fuere *candidi,* Iliad. K. 437. Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ᾽ ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Virgil. Æn. XII. 84. *Qui candore nives anteirent, cursibus auras.* Quare expono hoc in loco per *velox.* Usitatum autem est Græcis Poëtis, Equos optimos per fœmininum genus *equas* vocare; ut in hoc loco, quos equos aperte Homerus vocat ibid. v. 436. Τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον, ἠδὲ μεγίστους· Λευκότεροι, κ. τ. λ. eosdem βαλιὰς πώλους vocat Euripides. Hoc vero obiter notandum, quandocunque ἵππος pro equitatu ponitur, singulari numero semper et fœminino genere occurrit, ut ἡ ἵππος. BARNES. Vide ad Hec. 87.

354. ξὺν θεῷ. Synesius: σὺν θεῷ δὲ εἰρήσθω. Plato: σὺν θεῷ εἰπεῖν ῥᾴδιον ἔσται. Demosthenes: οἴομαι καὶ σὺν θεοῖς εἰρῆσθαι. BROD. Hic vero rursus hæc verba dicuntur ad invidiam aversandam. Vide supra ad v. 338. BARNES.

355. ἐλευθέριον Ζῆνα. Chorus, sperans ex Rhesi adventu obsidii finem, Græcorumque aut internecionem, aut fugam, Jovem liberatorem Trojæ jam adesse pronuntiat, quod Homerus in fine Iliad. Z. hoc modo fere attigit, v. 526. αἴκε ποθι Ζεὺς Δώῃ, ἐπουρανίοισι θεοῖς αἰειγενέτῃσι Κρητῆρα στήσασθαι ἐλεύθερον ἐν μεγάροισιν, Ἐκ Τροίης ἐλάσαντες ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς. Græci autem Jovem Eleutherium, victis fusisque ad Platæas Persis, coluerunt. De cujus Ara, Simulacro, Festo, et Porticu vide Pausaniam. BARNES. Jupiter Eleutherius quanto honore a Græcis cultus fuerit, passim docent auctores antiqui. MUSGR.

360. Vulgo ὑποδεξίαις. Omnino legendum ἐπιδεξίαις. Hom.

Odyss. Φ. 141. Ὄρνυσθ' ἑξείης ἐπιδέξια πάντες ἑταῖροι Ἀρξάμενοι τοῦ χώρου, ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει. Eupolis apud Polluc. II. 159. ὅταν δὲ πίνωσι τὴν ἐπιδέξια. Adde Critiam in Eleg. apud Athen. X. 9. Musgr.

368. πεδαίρων. Est verbum poëticum, idem valens, ac ἐκ πέδου αἴρω, *ex solo tollo, humo tollo, attollo.* Pro quo συνωνύμως dicitur πεδόθεν ἐπαείρω. Troad. 98. Ἄνα δυσδαίμων, πεδόθεν κεφαλὴν ἐπάειρε. Barnes. Vide ad Phœn. 1027.

369. ξεστὰν ἄντυγα. Ut ξεστὸν δίφρον, Pindar. Pyth. II. Antistroph. 1. ξεστᾷ ἀπήνᾳ, Pyth. IV. Stroph. 5. πώλους ἐρεθίζων elegans Reiskii et Tyrwhitti emendatio est. Conf. Bacch. 134. Musgr. Vulgo legitur σχιστὰν παρ' ἄντυγα κώλοις ἐρεθίζων, quod vix intelligi potest.

370. δίβολόν τ' ἄκοντα. *Bina jacula* significare puto, ut δίπαλτα ξίφη, Iph. in Taur. 313. *binos enses.* Heath. Duplicem hastam ab heroibus gestatam fuisse, multa Homeri loca ostendunt; quibus adde Pindari Pyth. IV. Antistroph. 4. Ex aliis tamen Veterum locis colligas, hastam duplici cuspide instructam in usu iis fuisse. Talem sc. Achilli tribuunt Æschylus et Sophocles citati Scholiastæ Pindari ad Nem. VI. Antistr. 3. ξεστοὶ ἀμφίβολοι κάμακες commemorantur Anthol. H. Steph. p. 444. Musgr.

372. Ἀργείας ποτ' ἐν Ἥρας δαπέδοις. *Argis*, grato sacroque Junoni oppido. Juno ipsa Hom. Il. Δ. 51. Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες, Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη. Et Pindar. Nemeor. Od. Stroph. 1. Ἄργος, Ἥρας δῶμα θεοπρεπές. Hinc Virgil. Æn. I. 37. *Id metuens, veterisque memor Saturnia belli, Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis.* Barnes.

380. κωδωνοκρότους. Quid sit, docet Æschyl. Theb. 391. Tintinnabula hujusmodi a Trojanis præcipue gestata esse, colligas licet ex fragmento Sophoclis apud Plut. Symp. Problem. II. 5. Musgr.

383. πῶλος. *Pullus;* i. e. *filius.* Vide quæ nos supra ad v. 257. Barnes.

384. καταπνεῖ σε. *Perflat ac refrigerat,* i. e. *reficit te, O Troja.* Metaphora ducta ab æstuantibus, qui flabellis recreantur. Brod.

389. νεῶν σκάφη. Hendiadys. Vide ad Hec. 295. Cf. Troad. 542.

390. παῖ τῆς μελῳδοῦ μητέρος, Μουσῶν μιᾶς. De matre Rhesi, Musa, quam tamen Euripides nominatim nullibi assignat, vide supra v. 347. Barnes.

391. φιλῶ λέγειν τἀληθές. Hector apud Homerum semper generosus, apertus, et φιλαλήθης repræsentatur, ut Eustathius sæpissime observat, et præsertim in fine Iliad. Z. Tragici pro suo arbitrio fingunt; hic vero Euripides characteris veri est studiosus. BARNES.

392. κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ. Duplex vir est, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει: ut Homerus canit. Huc referatur Æsopi de Satyro et Rustico Fabula. Vide Erasmum in Adagio *Duplices Viros*. BARNES.

394. τοὐπί σε. Vide ad Hec. 509. Orest. 1330. Eodem sensu τὸ σὸν μέρος dicitur paulo infra v. 402.

398. γερουσία. *Legatio*, ut infra v. 933. Plerumque Græci πρεσβεία hac notione dicunt, vocem a πρέσβυς derivatam, ut γερουσία a γέρων. MUSGR.

402. προὔπιες. *Propinasti*, i. e. *prodidisti*. Orta ab his metaphora, qui aliis propinantes poculum porrigunt. Demosthenes *de Coron*. Τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες, πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρῳ. Hermogenes: Προπέποται τὰ τῆς πόλεως πράγματα· ἀντὶ τοῦ προδέδοται. BROD. Terentius in Eunuch. *Hunc vobis deridendum et comedendum propino*. STIB.

405. Πάγγαιον. Thraciæ montem, in confiniis Macedoniæ, Philippis urbi imminentem; hinc Virgil. Georg. IV. 463. *Altaque Pangæa et Rhesi Mavortia tellus*. BARNES.

406. κατὰ στόμα. *A fronte*, ut inquit Brodæus, *non a tergo, neque a lateribus*. Eustathius p. 469, 40. Οὐρὰ γὰρ καὶ κατὰ Ξενοφῶντα, τὸ ὀπίσω τῆς φάλαγγος· ὥσπερ στόμα καθ' Ὅμηρον, ὁ τόπος τῶν προμάχων. Et hæc exercitus ad animal comparatio usitata et ex Africano sic defenditur: Ὅτι οἱ παλαιοὶ τὴν φάλαγγα ἐν ταῖς κινήσεσι ζώῳ εἰκάζοντες, τὸ μὲν αὐτῆς πρόσωπον ὀνομάζουσι καὶ στόμα· τὸ δὲ κέρας καὶ κεφαλὴν, ἄλλο δὲ ὀφθαλμὸν, ἢ ὀμφαλὸν, καὶ ἄλλο πλευρὰν καὶ οὐρὰν ἄλλο. Vide Andr. Schotti Observat. Human. III. 28. Hinc ἀμφίστομος φάλαγξ Æliano. BARNES.

407. ἔρρηξα πέλτην. *Hastam fregi*. Confer Hom. Iliad. Z. 306. Æschyl. Agam. 65. Nostri Herc. Fur. 190. Virg. Æneid. XI. 484. Horat. Sat. II. 1. 14. Nonius in *Sonere* hæc ex antiquo Poëta citat: *Sonit*, franguntur hastæ, *terra sudat sanguine*. Hinc patet, Poëtam de *hasta*, non de *Clypeo*, loqui. Πέλτη autem *jaculum* nonnunquam valere, ostendet Bacch. 739. et Hesych. in voce. MUSGR. Toup. Emendd. in Suid. P. III. p. 25. ita vertit locum: *Cum Thracum præstantissimis in prima acie congressus diffregi hastam*. BECK.

414. ψυχρὰν ἄησιν. *Hyemem et noctis vapores frigidos.*—δίψιόν τε πῦρ θεοῦ. *Æstatem et diei immodicos calores.* Barnes.

415. ἐν δεμνίοις. *In toris convivalibus.* Barnes.

416. πυκνὴν ἄμυστιν, ὡς σὺ, δεξιούμενοι. Est ἄμυστις *genus poculi*, ex quo facile et large bibitur; item *potatio sine respiratione, aut intermissione;* de quo verbo vide Eustathium et Aristoph. Scholiast. ad illum versum in fine Acharnens.: καὶ πρός γ' ἄκρατον ἐγχέας ἄμυστιν ἐξέλαψα. Horat. *Bacchum Threicia vincat Amystide.* Pollux Onomast. Lib. VI. Ἀμυστὶ πίνειν, ἀμυστίζειν, χανδὸν πίνειν· Θρᾳκία πρόποσις. Barnes. De amystide Thracia videri possunt loca citata ab Interpretibus Hesychii v. ἄμυστις. Musgr.

424. νόστον. Non *reditum*, ut plerumque, sed simpliciter *profectionem*. Idem de verbo νοστέω obtinet. Vide Helen. 428. 474. 891. Hom. Odyss. O. 119. Musgr. Hinc Phavorinus: Νοστῆσαι ἐπὶ τοῦ ἐπανελθεῖν εἴρηται· Κεῖται δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἐλθεῖν. Barnes.

427. αἱματηρὸς πέλανος. Eadem vocabula in Alcest. 868. Duxit poëta ex Æsch. Pers. 818. Τόσος γὰρ ἔσται πέλανος αἱματοσφαγὴς Πρὸς γῇ Πλαταιῶν Δωρίδος λόγχης ὕπο. Vide Abresch. ad Æsch. T. I. p. 233. Beck. [Vide ad Orest. 210.] Σκύθης. Pro Σκυθικός. Nec hoc veteres Critici inobservatum reliquerunt. Eustath. ad Hom. Iliad. Ω. 58. Ἕκτωρ μὲν θνητός τε, γυναῖκά τε θήσατο μαζόν. Ἀττικοὶ καὶ Δωριεῖς τοῖς κυριωτέροις χρῶνται ἀντὶ κτητικῶν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί· Οἷον Ἕλληνα στρατὸν, τὸν Ἑλληνικόν· Ἄνθρωπον ἦθος, ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπινον· Ἑλλάδα διάλεκτον, Δοῦλον γένος, Σκύθην οἶμον. Sic Martialis: *Indos Sardonychas, Scythas Smaragdos.* Vide Tho. Stanleii Commentarium in Æschyl. ad Prometh. 2. Barnes. Vide Matt. Gr. Gr. §. 429. 4.

431. Debet ὁμηρεύειν hic accipi pro, *accipere obsides*, non, quod alias solet, *obsidem agere.* Pari modo geminum significatum habet στρατεύειν, tam *militem agere,* quam *conscribere, adscribere in militiam.* Reisk.

432. ἔτειον δασμόν. *Annuum tributum.* Ἔτειος, ἐτήσιος, ab ἔτος, *annus.* Barnes.

435. τὰς ἐμὰς ἀμύστιδας. Subaudi δεξιούμενος. Ut Hector ei objecerat supra, v. 416. Πυκνὴν ἄμυστιν, ὡς σὺ, δεξιούμενοι. Barnes.

437. φυσήματα. *Venti.* Schol. πνεύματα.

438. Ed. Ald. et MSS. ἐπεζάτει, quod Glossographus in MS. Harleiano per ἐπεβάρει explicat, Barnesii conjecturam, hic etiam receptam, egregie confirmans. Sic utique explicari

solet ἐπεζάρει. Vide Hesychium in voce et Schol. ad Phœniss. 45. Musgr.

439. ξὺν τοῖσδ' ἄυπνος οἶδα. Ante hæc in impressis libb. omnibus legebatur, ξὺν τοῖσδ' ἀόπλοις οἶα, quod multorum torsit ingenia; præcipue cum οἶα sine causa sic reduplicaretur, et Rhesus non esset ἄοπλος. Quare elegantem illam lectionem, quam Andr. Schottus Observat. Poëtic. II. 43. ex Membranis Vaticani prolatam invenit, nos in textum nunc admisimus. Barnes. Schol. πορπάμασιν· ἐνδύμασιν.

443. Vulgo πίπτεις. Legunt ῥίπτεις uno consensu viri docti, quæ quidem vox de Aleæ jactu solenniter adhibetur. Notum est Cæsaris ἐῤῥίφθω κύβος. Potest tamen hoc loco defendi πίπτεις, *adversa fortuna uteris*, quo sensu non raro occurrit. Musgr. κυβεύων. *Fortunæ arbitrio committens*. Plato Polit. I. Καὶ ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα. Brod. Cf. supra v. 183.

447. εἶμι. Pro εἴσομαι. Præsens pro futuro. Ita Hecub. 160. Ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ κείναν στείχω; pro στείξω. Item Arist. Plut. 508. Ἔῤῥ' εἰς κόρακας θᾶττον ἀφ' ἡμῶν. Εἶμι δὲ ποῖ γᾶς; Barnes. Vide ad Hec. 574.

449. ἕξω. *Cohibebo*. Sic Il. N. 51. ἕξουσιν γὰρ ἅπαντας ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί. Musgr.

450. πέρσας. Proprie de *locis* dicitur, nunc de *personis* usurpatur, nove quidem; at non prorsus sine exemplo. Supra enim, v. 239. Δεσπότου, πέρσας τὸν Ἀχαιὸν Ἄρη. Barnes.

452. μόνον Φθόνον κ. τ. λ. Vide supra ad v. 338.

464. πρᾶξαι. Hic est i. q. εἰσπρᾶξαι δίκην, vel τίσιν, vel ἄποινα, *repetere compensationem longæ absentiæ*. Reisk.

473. νομόν. Vide ad Iph. T. 1113.

476. ἀλλ' ἅδην ἐλαύνομεν. Homerum hic ob oculos habuit Auctor. Iliad. T. 423. πρὶν Τρῶας ἅδην ἐλάσαι πολέμοιο. Musgr. Vide Heyn. ad locum.

481. εἴτε λαιὸν, εἴτε δεξιὸν κέρας. Subaudi κατά. De exercitu vero ad animal comparato, vide quæ nos supra ad v. 406. Barnes.

495. κρότημα. *Garrulus*. Res pro persona ponitur, proprie enim *crepitaculum* significat. Eodem sensu κρόταλος usurpat Aristoph. Nub. 260. Hesych. κρότημα ἐπὶ τῶν δολίων τάσσεται.

498. ἄγαλμα. *Palladium:* quo servato, Troja dirui non potuit. Sive vero apotelesmatica erant hæc simulacra, sive dæmonibus locorum obsita, fatum et securitas loci uniuscujusque, sive urbis, sive regni, putabatur iis inesse. Tyrii itaque Herculem suum magicis vinculis apud se manere constringe-

bant; et Romani deos populorum, quos vincebant, ad Romam invitabant: et in templo Hierosolymorum paulo ante Titi eversionem audita est vox, 'Αποβαίνωμεν ἐντεῦθεν, *Migremus hinc.* Unde Virgil. Æn. II. 351. *Excessere omnes, adytis arisque relictis, Dii, quibus imperium hoc steterat.* Vide Iph. T. 87. BARNES.

499. ἤδη δ' ἀγύρτης, πτωχικὴν ἔχων στολήν. Hom. Odyss. Δ. 244. Αὐτὸν μὲν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας, Σπεῖρα κακ' ἀμφ' ὤμοισι βαλὼν, οἰκῆϊ ἐοικὼς, 'Ανδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν. Hinc Eurip. Hec. 236. Οἶσθ', ἡνίκ' ἦλθες 'Ιλίου κατάσκοπος, Δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος. BROD.

502. κτανὼν δὲ φρουρούς. Ita Hom. Od. Δ. 257. Πολλοὺς δὲ Τρώων κτείνας ταναήκεϊ χαλκῷ Ἦλθε μετ' 'Αργείους. BARNES.

504. Θυμβραῖον. Vide quæ nos supra ad v. 224. BARNES.

507. ἰὼν κατὰ στόμα. *Palam et ex adverso; non ex insidiis.* Vide supra ad v. 114. Σὺν βλέποντας εἰς δόρυ. BARNES.

512. θεῶν ἀνάκτορα. Vide Iphig. Taur. 40. BARNES.

517. ξύνθημα δ' ἡμῖν Φοῖβος. Vide supra v. 12. de *tessera.* BARNES.

519. πρόταινι. Vox rarissima, et vix alibi exstans. MUSGR. Vigiles alloquitur Hector. BARNES.

524. Distinguo, Tyrwhitto jubente, post ἐμάν. Vulgo interrogationis nota post πρῶτα ponitur. MUSGR. Ad ἐμὰν supple φυλακάν.

525. σημεῖα. *Astra.* Aratus σήματα dixit Phænom. 10. Joh. Miltonus non vult hic Vergilias quoque occidere, sed exponit αἰθέριαι, *matutinæ,* ut ἠέριαι, Hom. Iliad. A. 497. 'Ηερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανόν. Scholiast. 'Εωθινὴ, ὀρθρινή. *Tum enim,* ut inquit ille, *vernum tempus: Vergiliis enim mane surgentibus, Aquila cœli media tenet; quod fit sole in Tauro existente.* BARNES. Mihi αἰθέριαι sunt, *quæ in æthere,* i. e. supra horizontem, *sese conspiciendas præbent,* plane ut πελάγιαι νῆες sunt, *quæ in pelago versantur.* Conf. Med. 438. MUSGR. De Pleiadibus vide ad Iph. A. 7.

527. αἰετός. Sidus cœleste, de quo vide Arati Phænom. Manilii et Buchanani Sphæras. Mæro autem, Poëtria Byzantina, cœlo fixum memorat, quod Jovem infantem nectare lactaret, ob Saturni παιδοφαγίαν absconditum: Νέκταρ δ' ἐκ πέτρης μέγας Αἰετὸς αἰὲν ἀφύσσων Γαμφηλῇ φορέεσκε πετῶν Διῒ μητιόεντι· Τὸν καὶ νικήσας πατέρα Κρόνον εὐρυόπα Ζεὺς 'Αθάνατον ποίησε, καὶ οὐρανῷ ἐγκατένασσε. BARNES.

530. μηνάδος. Rarissima vox, et vix alibi lecta. Sed et sic matrem Mercurii promiscue vocant Μαῖαν et Μαιάδα. MUSGR.

532. καί τις πρὸ δόμων κ. τ. λ. *Et nunc stella quædam ante ædes est;* quæ vigiliam scilicet jam mutandam indicat.

534. τίς ἐκηρύχθη πρώτην φυλακήν; Nota syntaxin, quia dicimus Κηρύσσω σοι πρώτην φυλακὴν, ergo passive fit etiam Κηρύσσομαι φυλακήν. Sic πιστεύομαι τὴν ἀρχὴν, et πλήσσομαι τὴν κεφαλήν. BARNES.

535. φασι Κόροιβον. Ita Barnesius ex Virgil. Æneid. II. 341. Meminit et Pausanias, p. 344. l. 3. Ed. Sylburg. Ed. Ald. φασιν Κόρυβον. Videtur hic Corœbus Pæonum ductor fuisse. Alioqui non constat excubiarum numerus. MUSGR. Ordo igitur vigiliarum erat,—1. Pæones; 2. Cilices; 3. Trojani; 4. Mysi; 5. Lycii.

542. Σιμόεντος. Subaudi παρά. BARNES.

543. Structura loci sic procedit: 'Αηδονὶς μελοποιὸς παιδολέτωρ ἡμένα ὑμνεῖ πολυχορδοτάτᾳ γήρυϊ μέριμναν κοίτης φονίας. *Lusciniola cantus artifex liberorum interfectrix sedens canit multitona voce ærumnas thalami funesti.* Ideo autem κοίτη φονία dicitur, quia stuprum, quod a Tereo passa est, cædi Ityos occasionem dederat. HEATH.

544. πολυχορδοτάτᾳ γήρυϊ. *Voce quamplurimas lyræ chordas ac tonos imitanti.* Huc refer elegantissimam Philomelæ et Citharœdi contendentium descriptionem: Fam. Stradæ Prolus. VI. BARNES.

549. ἰάν. Vox rara, sed quæ legatur tamen Æschyl. Pers. 940. Herodot. I. 85. MUSGR.

550. ἕδραν. Confer v. 8. MUSGR.

551. ἄδιστος. Moschus Idyll. II. ἐγγύθι δ' ἠώς, Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων.—πρὸς ἀοῦς, *versus Auroram.* MUSGR.

558. αὐδῶ. *Jubeo.* Vide Bacch. 477. MUSGR.

564. σιδήρου. Musgravius σιδηροῦν legendum censet, et adverbialiter sumptum. Cf. Hom. Il. P. 424. Melius certe foret σιδηρῷ, ad δεσμὰ referendum.

567. κἀν σκότῳ. *Etiam in tenebris.* Quasi vero luce caute incedendum esset, secus aliquando in tenebris. An legendum: φυλάξομαί τοι πᾶν, σκότῳ τιθεὶς πόδα. MUSGR.

568. ἢ δ' οὖν ἐγείρῃς. Scil. τινα.

590. εὖ δ' εἴη τυχεῖν. *Utinam in discessu bene nobis eveniat.* BROD.

591. λιπόντε. Merito hæc vox Reiskio displicet. Videndum tamen, annon λιπόντε sit *discedentes, abeuntes.* Thucyd. V. 4. ἀπολιπόντες ἐκ Συρακουσῶν. Xenophon de Cyri Exped. Lib. I. τὴν πόλιν ἐξέλιπον οἱ ἐνοικοῦντες εἰς χωρίον ὀχυρόν. Noster Androm.

1016. Ἐκ δ' ἔλειπον οἴκους Πρὸς εὐνάτορα. Confer Æsch. Theb. 224. Pers. 128. Musgr. Importune hic introducitur Pallas; nec enim *nodus* erat *deo vindice dignus*; putantur enim intra sonitum Rhesi currus esse, et ex Dolone prius de eo inaudiverant. Sed dabitur Poëtæ venia, qui desiderio τερατικόν τι proferendi, et Græcis suis gratificandi, *deos* ad eorum arbitria descendere fecit. Præterea Euripides, ethicæ philosophiæ summus magister, nihil magnum, aut fortunatum, sine deorum auxilio fieri unquam permisit. Barnes.

592. καρδίαν δεδηγμένοι. Ita supra in Alcest. 1110. λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι. Hanc figuram usurpat et Aristophan. Acharnens. 1. Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. Utrisque autem præivit Homer. Iliad. E. 593. δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος. Unde et θυμοδακής, Odyss. Θ. 185. Θυμοδακὴς γὰρ μῦθος ἐπώτρυνας δέ με εἰπών. Ejusdem generis est δακέθυμος ἄτα, et δηξίθυμος ἄλμη Athenæi. Et Æschyl. Agam. 752. δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος. Barnes.

599. τείχη. *Castrorum mœnia.* Barnes.

604. δέσποιν' Ἀθάνα κ. τ. λ. Hic Euripides suo more Homerum præcipue respicit, qui, quamvis Minervam ipsam haud introduxerit, ἐρωδιὸν tamen in faustum signum ait eam misisse, quem licet illi ob noctem non viderint, ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν. Et eodem modo Ulysses Minervam precatur, Iliad. K. 278. Κλῦθί μευ, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἥ τε μοι αἰεὶ Ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι, κ. τ. λ. Barnes.

606. Verba παροῦσ' ἀμύνεις illustravit L. Bos Animadv. ad Scriptor. Græc. p. 5. Beck.

609. ἧσται. Expono, *locatur;* non enim *sedens* dormiebat Rhesus, sed *cubans*. Barnes.

617. κέκευθε. *Continet;* complectitur ambitu suo, monstrare potest. Reisk.

618. ἢ σὺ κτεῖνε Θρήκιον λεών. Homerus Iliad. K. 480. ἀλλὰ λύ' ἵππους, Ἠὲ σύ γ' ἄνδρας ἔναιρε, μελήσουσιν δέ μοι ἵπποι. Barnes.

621. τρίβων. Exstat et cum accusativo Med. 681. vide et Bacch. 673. Aristoph. Nub. 867. Musgr. Vide ad Med. loc. cit.

625. μεμβλωκότων. Pro μεμοληκότων, Th. μολέω. Syncope τοῦ ο prioris et epenthesi τοῦ β διὰ καλλιφωνίας. Male igitur Eustathius a μέλω deducit, μέλω, μέμλω, μέμβλω, cum in hoc loco μέλω locum habere nequit, μολέω maxime. Barnes.

629. Ita sunt verba accipienda: Οὔκουν χρὴ τοῦτον κατθανόντα ὑπάρχειν, i. e. εἶναι. Barnes.

633. τάχυν'. *Propera.* Intransitive. Nec aliter est Æsch. Pers. 694. Sic θάρσυνε pro θάρσει, Soph. Electr. 922. Musgr.

636. Verba ὃν δὲ χρὴ παθεῖν nominativi vice funguntur, verba οἶδεν et ἤκουσεν regentis, et de Paride dicuntur, non de Rheso: *Is vero, qui debet pati* (i. e. decipi,) *nec novit, nec audivit, quamvis colloquio nostro propinquus sit.* Rhesus ἐγγὺς εἶναι λόγου dici non poterat, cum hæc a Minerva prope Hectoris tentorium proferantur, ille autem cum exercitu longe abesset. Heath.

642. θάρσει. Hic Pallas se Venerem esse simulat, Paridi imponens. Barnes.

649. ἀεί ποτ' εὖ φρονοῦσα κ. τ. λ. *Semper favisti patriæ et mihi: et ego aio, te conciliasse huic urbi maximum præsidium eo, quod te prætuli cæteris deabus in judicio.*—κρίνειν τινὰ, *alicui litem addicere.* Reisk. Xenophon: τοὺς δὲ μὴ ἑαυτὸν κρίνοντας ἐμίσει, p. 212. E. Polybius: κριθείσης δὲ τῆς τοῦ Ζεύξιδος γνώμης, p. 396. B. Musgr.

657. οὐδὲν νέον. *Nihil est periculi.* Νέον enim pro malo accipitur Eurip. Med. 37. δέδοικα δ' αὐτὴν, μή τι βουλεύσῃ νέον. Brod.

664. ὑμᾶς δ' αὐτῷ. Ulyssem et Diomedem alloquitur Minerva, a cæde revocans; quia Trojani vigiles accedebant. Barnes.

665. θηκτὰ κοιμίσαι ξίφη. Metaphora. Sic Hom. Iliad. M. 281. κοιμήσας ἀνέμους dixit. κοιμίζω significat *sopio,* in *lecto colloco, ad dormiendum compono;* et metaphorice *in vaginam repono.* Barnes.

669. ὁλκοὺς ναυστάθμων. Vide supra ad v. 146. Musgr.

670. σκηπτοῦ 'πιόντος πολεμίων. Σκηπτὸς, *fulmen, vortex procellosus, turbo.* Sophocl. Antigone: Τυφὼς ἀείρας σκηπτόν. Hic vero metaphorice pro inimicorum et hostium *irata turba.* Sic Virgil. Æn. X. 809. *Æneas nubem belli, dum detonet, omnem Sustinet.* Sic Homer. πολέμοιο νέφος. Æschyl. autem eodem verbo utitur Pers. 717. λοιμοῦ τις ἦλθε σκηπτὸς, ἢ στάσις πόλει. Scholiast. σκηπτός· ταραχή. Barnes.

674. κλῶπες, κ. τ. λ. Interpretor: *fures sunt ii, qui noctu exercitum turbant.* Musgr.

678. τίς ὁ λόγος; *Quis sermo?* i. e. quid dicitis? Musgr.

681. MS. Harl. omittit τις ἄν. Legendum forsan cum Musgravio παῖε, παῖε, πᾶς ἀνήρ.

682. ἀλλὰ τὸν κτενοῦντά σε. Petito assentior, qui Miscell. III. 22. p. 196. partem versus alteram tribuit Ulyssi. Equis, quos abducebant Diomedes et Ulysses, visis, suspicatur Chorus,

Rhesum ab illis interfectum esse. Respondet Ulysses, se non Rhesum interfecisse, sed hominem potius, qui, si adhuc viveret, Chorum forsan fuisset interfecturus, hoc est, aliquem Græcorum principem. Fingit igitur, se Trojanum, vel Trojanorum socium, esse, et exploratis Græcorum castris, viroque primario peremto, equos ejus abducere. HEATH. Heathii interpretationem probabilem esse censet Valck. D. p. 108. BECK.

695. Θεσσαλός. Thessali adeo astuti, ut Θεσσαλὸν σόφισμα in proverbium abierit. Vide Eurip. Phœniss. 1407. τὸ Θεσσαλὸν Εἰσήγαγεν σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονὸς, et quid Scholiastes in locum. BARNES.

696. παραλίαν. Strabo enim dicit: ἀπέχει δὲ θαλάσσης περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους. BROD. Νεμόμενος est verbum Homericum: Οἳ θ' Ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν. Locrenses autem perfidi sunt habiti, unde Eustathius Iliad. p. 275, 43. Φέρεται δὲ ἀπ' αὐτῶν Παροιμία ἥδε· Λοκρῶν σύνθημα, ἐπὶ ἀπατεώνων. Δοκοῦσι γὰρ Λοκροὶ, Πελοποννησίοις συνθέμενοί ποτε, εἶτα Ἡρακλείδαις βοηθῆσαι. BARNES.

697. ἢ νησιώτην σποράδα κέκτηται βίον; *An Insulas habitat, quæ Sporades nominantur?* Adi Plinium, IV. 12. BROD.

706. ἔβα καὶ πάρος κ. τ. λ. Vide Hecub. 236. et supra v. 497. BARNES.

707. ὕπαφρον. De hac voce, quæ et veteribus obscura visa est, nonnulla habet Hesychius, plura et luculentiora Erotianus, explicans Hippocratis illud: τούτων οὐδὲν ὅ, τι οὐχ ὕπαφρόν ἐστιν, καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας. Ex libro περὶ τέχνης. BECK. Schol. ὕπαφρος· ὁ μὴ φανερὸς, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὑπ' ἀφρὸν νηχομένων, ἢ τῶν ὑφάλων πετρῶν, αἷς ἐπανθεῖ ἀφρός· ἢ ὁ καταπληκτικὸς, ὁ μανικός.

712. ψαφαρόχρουν. Puto, colorem cineritium intelligi. Euphorion: Ψαφαρῇ ἰνδάλλετο τέφρῃ, apud Theonem in Arati Phænom. 514. MUSGR. τὸ πίνος autem *sordes* sonat; hinc πολυπινὴς et Ionice πουλυπινής. BARNES.

715. An legendum ἐχθρὸς ὡς στρατηλάταις.

718. εἴτ' οὖν 'Οδυσσέως. Subaudi ἔργον. BROD.

720. τί λάσκων; Androm. 662. τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους.—δυσοίζων. Laconice pro δυσφορῶν, δυσχεραίνων, ab οἴω pro φέρω, οἴσω, δυσοίζω. Hesych. δυσοίζει· δυσχεροῖ, ὑπονοεῖ. Sic infra hujus Fabulæ v. 801. μηδὲν δύσοιζ' οὐ πολεμίους δρᾶσαι τάδε. BARNES.

726. ἀβρίξ. Hesychius exponit ἐγρηγόρως, *vigilanter*. BARNES. —εἰς βόλον τις ἔρχεται. Metaphora a piscibus, jactum rete sub-

euntibus. Euripid. in Bacchis: ἀνὴρ εἰς βόλον καθίσταται. Lucretius, *amoris retia,* Xenophon δίκτυα, simili figura utentes nominarunt. Ovid. *Decidit in casses præda petita meas.* Brod.

734. αὐγαί. Pro ὀφθαλμοὶ, ut apud Latinos *lumen* pro *oculo.* Sic Virgil. Æn. III. 658. *Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum.* Sic Nicander: κοιλωπέες αὐγαὶ, *cavi oculi.* Barnes.

738. τίνι σημήνω διόπων στρατιᾶς. Olim διοπῶν legebatur, circumflexum in ultima, quod ferendum non erat. Est enim ὁ δίοπος *dux, princeps,* ὃς διέπει τὴν ἡγεμονίαν. Barnes.

748. γάρ. *Nempe,* mirantis et indignantis. Reisk.

758. Ἑκτορεία χείρ. Periphrasis pro *ipso Hectore.*

759. πεδοστιβεῖς. Id est, ἐν πέδῳ στιβάδας ἔχοντες. Quid præterea significet πεδοστιβὴς, vide supra ad v. 251. Barnes.

762. Vulgo πλῆκτρα, quod non explicant Grammatici Veteres. Interpres quidem *scuticam* intelligit, sed frustra. Parum enim intererat, utrum *scutica* jugo apposita esset, necne. Ex versu 299. colligi potest, colla jugalium sibi invicem sera connexa esse: Χρυσῆ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρων Πώλων ἔκληε. Nota hic vocem ἔκληε, ut et in loco, qui nunc præ manibus est, καθήρμοσθ', et eam quoque de rebus obseratis adhibitam. Vide Phœn. 116. Hinc sine ulla dubitatione corrigo: κλῇθρά τ' οὐκ ἐπὶ ζυγοῖς Ἵππων καθήρμοσθ'. Nonnus XXVIII. 77. πολυκλήϊστον ὑπὸ ζυγόν. Non sine causa hoc commemorat Auriga: neque enim adeo facile abduci potuissent equi, si colla eorum, sive inter se, sive currus forte temoni, sera connexa fuissent. Musgr. Optime.

765. φαύλως. *Temere, sine cura aut consilio.* Adverbium hoc adhiberi testatur Scholiastes Aristoph. de omni re, quæ συντόμως, i. e. *festinanter,* fit. Musgr.

779. ἑδραίαν ῥάχιν. Vertendum: *eam dorsi equini partem, quæ sessioni apta est.* Heath.

781. ἀντηρίδων. Suidas ἀντηρίδα *fenestram* interpretatur; alii *postem,* vel denique *tibicen ædem labantem suffulciens:* quæ omnia ab hoc loco alienissima sunt. Legendum scilicet ἀρτηριῶν, *ex gutture.* Guttur enim seu asperam Arteriam plurali enunciabant veteres; teste Polluce Lib. II. 114. 218. fidemque facit Soph. Trachin. 1071. Musgr.

787. δυσθνήσκοντος. Verbum Euripideum: Electr. 846. πᾶν δὲ σῶμ' ἄνω κάτω Ἤσπαιρεν, ἠλάλαζε δυσθνῄσκον φόνῳ. Barnes.

790. Vulgo legitur νείεραν. Auctor X. Π. 1220. legit νείατην, quod Piersonus ad Mœrid. p. 360. recte revocavit. Cf. Hom. Il. E. 857.

793. οἱ δ' ὄχημα κ. τ. λ. Hæc ita accipit Scaliger ad Culicem, v. 326. quasi currus cum equis fuisset abductus. At ex v. 615. ss. 671. ss. equos tantum abductos patet, et ὄχημα ἵππων nihil aliud, quam ἵπποι, ut ὄχημα κανθάρου, Aristoph. Pac. 865. ipse κάνθαρος. Heath.

801. Vulgo μηδὲν δυσοίζου. Legendum: μηδὲν δύσοιζ' οὐ πολεμίους δρᾶσαι τάδε. *Ne suspiceris, alios, quam hostes, hoc fecisse.* Recte judicabat Valckenærius, vulgatam ferri non posse: non recte verbum δυσοίζω in suspicionem vocavit. Agnoscit enim præter Euripidem et Hesychium locuples auctor Æschylus Agam. 1325. Musgr. Vide supra v. 720. Barnes.

813. μάραγνα. Julius Pollux, Onomast. X. 13. Ὁ μέντοι Πλάτων, ὁ κωμικὸς, ἐν Κλεοφῶντι μάραγναν τὴν μάστιγα ὠνόμασεν. Hic igitur μάραγναν Hector vocat supplicium, quo quis propter sua delicta flagris virgisque cæditur. Hesych. μάραγνα· μάστιξ. Æschylus in Agamemnone: Ἀλλὰ διπλῆς γὰρ τῆσδε μαράγνης Δοῦπος ἱκνεῖται. Barnes. καρανιστὴς μόρος. Idem, quod καρανιστῆρες δίκαι, Æschylo Eumen. 186. Musgr.

815. τὸ μηδὲν εἶναι. Hic non valet *mortuum esse*, ut Brodæus interpretatur, sed *hominem futilem et nullius pretii.* Vide Andr. 50. Iph. Aul. 957. Heath.

822. Omnino cum Scal. legendum ἔβριξα. Ab eodem enim nominativo pendent verba ἐκοίμισα et ἔβριξα, a nominativo autem ὄμμα pendere non potest ἐκοίμισ', cum hoc verbum significet, *ut aliquis dormiat, facere.* Sic v. 665. θηκτὰ κοιμίσαι ξίφη. Soph. Œd. Tyr. 1245. κατεκοίμισα τοὐμὸν ὄμμα. Heath.

833. Vulgo θανόντες. Magis mihi arridet MS. Harleiani lectio μαθόντες, ut sensus sit; *nec qui audiunt, nec qui vulnerati sunt.* Musgr. Nobis non ita.

852. ᾖσαν. Pro ᾔδεισαν, *noverunt.* Schol. ἐπίσταντο.

860. θράσσει. Per syncopen pro ταράσσει. Vide θράττειν apud Suidam. Barnes.

878. θάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς. Vide Joh. Kirchmann. de Funerib. Roman. II. 22. ubi de sepulcris propter vias publicas. Barnes.

887. Musam sine necessitate inductam esse censet Hardionius; nullum enim esse nodum dea vindice dignum, in quo solvendo laboret, nisi ut Hectorem a frivola suspicione Rhesi occisi liberet. At nulla magis evidenti necessitate urgente ab Eurip. in Androm. inducitur Thetis, in Supplicibus Minerva. Apud Athenienses gratiam aucupatur auctor Rhesi, ut in Suppl. fecerat Euripides, et simul, ejusdem Eurip. in

Andromacha consilium secutus, ægritudinem, quam auditores ex miseranda Rhesi cæde eversaque funditus Trojanorum spe conceperant, lenire voluit narrando, eum ad divinos honores evectum esse. Neque enim eidem assentiri possum, dum catastrophen fabulæ misericordiæ et terrori excitando non aptam dicit. Quid enim hominibus, secundis rebus nimium elatis, graviorem incutere poterat terrorem, quam exemplum Rhesi, omnibus bonis abundantis, et tamen inter suos improviso occisi? Et viri fortissimi, non virtute, sed dolo, superati, clades, et Trojanæ fortunæ subita mutatio, commovere quoque spectatorum animos debebant. Aristoteles quidem videtur Hard. sententiæ favere. Nam c. 14. dicit, si inimicus inimicum occidit, hoc non commovere misericordiam. At concedit tamen, miserabile et terribile ex ipso casu oriri. Non quidem fabulæ, quarum hic exitus, finem suum æque attingunt, ac illæ, quæ amicorum vel consanguineorum cædem exhibent; nec tamen plane omni miserationis affectu carent. Alias Persæ Æschyli, Sophoclis Ajax, Antigone, Œdipus Col. et Philoctetes, Euripidis Hecuba, Andromache, Supplices, Troades, Heraclidæ et Helena, fine suo excidissent. HEATH.

897. *ἀποπεμψαμένας.* Ita MSS. et Harl. Vulgo *ἀπομεμψαμένας*, quod vix Græcum est. *ἀποπέμπεσθαι* est *abominari* ut Hecub. 71. Q. Calabro Lib. VII. MUSGR.

898. *ἀπὸ δ' ἀντομένου.* Heath. reddit: *deprecante vero.* BECK.

906. *ἀριστοτόκοιο.* Hom. Iliad. Σ. 54. *Ὤ μοι ἐγὼ δειλή, ὤ μοι δυσαριστοτόκεια.* Hunc locum procul dubio poëta noster suo more respexit. BARNES.

908. *πλαθεῖσ'.* Frequentius dativum adsciscit, interdum tamen et genitivum: vide Soph. Œd. Tyr. 1120. Trachin. 17. Philoct. 1374. MUSGR.

913. *Φιλάμμονος παῖ.* *O Thamyris.* Vide Suidam in voce *Φιλάμμων.* De Thamyri Musas ad certamen provocante vide Hom. Iliad. B. 595. BARNES.

921. *σοφιστῇ.* *Musices perito.* Vide Athen. p. 632. MUSGR. Pro *κείνῳ* Valcken. ad Hippol. 925. corrigit *δεινῷ.* BECK.

922. *ἐδέννασεν.* Exstat verbum Soph. Ajac. 244. Antigon. 770. monente etiam Barnesio. MUSGR. Cf. Herod. IX. 107.

926. *πηγαίαις κόραις.* De iis vide Hesiod. Theog. 346. et seq. MUSGR.

928. Heath. reddit: *Primus hominum Thraciæ imperabas, fili.* BECK.

935. Impedita est in Vulgatis horum versuum constructio,

quam parentheseos notæ hic adjectæ dilucidam reddunt. Musgr.

938. πόλιν σήν. Id est, *Athenas*: Minervam enim alloquitur. Musgr.

940. φάνας. Pro φανήσεις, ut δόκη pro δόκησις. Reisk.

941. ἔδειξεν. Subaudi αὐτοῖς. *Ostendit Atheniensibus*. Musgr. αὐτανέψιος νεκροῦ. Orpheus enim erat filius sororis Rhesi matris, hoc est Calliopæ. Vide quæ nos ad v. 347. Hinc Virgil. Eclog. IV. 57. *Orphei Calliopæa*. Barnes.

942. Vulgo τοῦδ' οὕνεκα κτείνασα. Recte, ut videtur, Reiskius: τοῦδ', ὃν γελᾷς κτείνασα. Musgr. Multo rectius emendavit Matthiæ.

943. σὸν πολίτην. Musæum Strabo Thracem fuisse tradit. Alii, Suida teste, Eleusinium. Athenis certe habitasse patet ex Pausania, p. 24. Hinc Minervæ haud dubie concivis erat. Musgr.

946. ἐπάξομαι. *Næniæ canendæ causa adducam*, vel *conducam*. Non intellexit Interpres. De voce σοφιστὴς vide ad v. 921. Lucianus de Luctu: μεταστειλάμενοι τινὰ θρήνων σοφιστήν. Musgr.

947. στρατηλάτης. Legendum vel cum Æmil. Porto διφρηλάτης, vel cum Valckenærio, quæ minor mutatio est, τροχηλάτης. Musgr.

948. ἐδέννασ'. De hoc verbo vide supra v. 922. Barnes.

955. Valck. p. 113. monet, ἐφήδομαι in talibus adhiberi, non συνήδομαι, unde prius hic reponit; sed defendit vulgatum Brunck. ad Eur. Hipp. 1281. et dicit, esse pro verbo simplici. Beck.

959. μελάγχιμον. Ita recte Barnesius. Ed. Ald. μελάγχειμον. Exstat vox Æschyl. Choëph. 9. Musgr. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Theb. 306.

960. Νύμφην. *Proserpinam*, peculiariter Νύμφην et Κόρην dictam. Vide Supplic. 34. Barnes.

963. φαίνεσθαι. *Ut in honore Orphei amicos habere videri debeat*, qui Cereris et Proserpinæ mysteria primus exercuit. Brod.

967. ὑπαργύρου χθονός. Celebris metallis erat Thracia. De aurifodinis in vicinia Philipporum urbis, quæ non longe a Pangæo aberat, vide Diod. Sic. XVI. 8. ante omnes vero Epitomatorem Strabonis in fine Lib. VII. Musgr.

968. ἀνθρωποδαίμων. Apotheosis Rhesi ac catastrophe Fabulæ. Talia sunt composita θεάνθρωπος, ἀνδρόθεος, ἀνδρόπαις, ἀνδρογίγας, etc. Hesiod. Theog. 990. καί μιν ζαθέοις ἐνὶ νηοῖς Νηοπόλον νύχιον ποιήσατο δαίμονα δῖον. Barnes.

969. ὅς τε κ. τ. λ. Hæc ad Bacchum, non ad Rhesum referenda. Heath.

971. θαλασσίας θεοῦ. Thetidis. Barnes. Pro βαιὸν lege ῥᾷον. Quantus quamque assiduus Thetidis luctus fuerit, indicat non obscure Callimachus Hymn. Apoll. 20. qui tantam Pæanis ἐνέργειαν fuisse prædicat, ut, hoc audito, etiam Thetis a dolore interquiesceret. Musgr. Cujus conjecturam Valck. D. p. 113. probat, firmatque locis, ubi ῥᾷον φέρειν luctum dicuntur, qui moderate ferunt. Beck.

973. θρήνοις δ' ἀδελφαὶ πρῶτα κ. τ. λ. Ita Hom. Odyss. Ε. de Achillis funere, v. 60. Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ, Θρήνεον, κ. τ. λ. Item Quint. Calab. Lib. III. Brod.

976. τοῖον φαρέτρα Λοξίου σώζει βέλος. Ita Hom. Iliad. Χ. 359. Ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων Ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν. Unde Virgil. Æneid. VI. 56. *Phœbe, graves Trojæ semper miserate labores, Dardana qui Paridis direxti tela manusque Corpus in Æacidæ.* Barnes.

983. τάχος. Pro τάχα, ut Æsch. Theb. 58. Eumenid. 124. 179. Musgr.

984. ἄνωχθε. Pro ἀνώχθητε. Ita Homerus Odyss. Χ. 437. Ἄρχετε νῦν νέκυας φορέειν καὶ ἄνωχθε γυναῖκας. Barnes. Non pro ἀνώχθητε, sed pro ἀνώγετε. Vide ad Troad. 1251. Heath. Legi potest vel πληροῦν τ' ἄντυγας ξυνωρίδων, ubi ἄντυγας ξυνωρίδων recte dici ostendit geminum plane ἄντυγι ἵππων φθιάδων, v. 238. Vel κληδοῦν τ' αὐχένας, *obserare colla*, de quo more diximus ad v. 762. κλειδόω habent Lexica, quo auctore nescio: et inde formatum κλείδωμα habet Suidas in κλεῖθροις, κλειδώσεις vero in γομφίους. Musgr.

985. Τυρσηνικῆς Σάλπιγγος αὐδήν. Tubæ a Tyrrhenis inventæ. Hinc Æschylus: Ἦτ' οὖν διάτορος Τυρσηνικὴ σάλπιγξ. Athenæus: Τυῤῥήνων δ' ἐστιν εὕρημα κέρατά τε καὶ σάλπιγγος. Quibus tamen bello Trojano neque Græci, neque Barbari, sunt usi, ut tradunt Sophoclis et Euripidis Scholiastæ. Brod.

991. ξυμμαχίᾳ. Id est τοῖς συμμάχοις. Barnes.

993. δαίμων ὁ μεθ' ἡμῶν. Alludit ad illud Homericum: Παρὰ γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν. Quod si δαίμων pro vero deo accipias, noster Emmanuel dicitur Δαίμων ὁ μεθ' ἡμῶν. Barnes.

FINIS NOTARUM IN RHESUM.

NOTÆ

IN

TROADAS.

NOTÆ IN TROADAS.

VERS. 1. Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος. Ægæus, pater Thesei, conspectis nigris velis illius navis, in qua filius redierat victor a Cretensi Minotauro, quæ Theseus oblitus erat pro candidis, ut promiserat, mutare, se de præalta turri in mare præcipitem dedit, et nomen fecit Pelago Ægæo. Vide Pausan. in Atticis; 20, 15. et Plutarch. in Theseo. BARNES.

2. χοροί. Vulgo χορός. Pluralem habes etiam in Iph. Taur. 414. Νηρῄδων χοροὶ μέλπουσιν. SEIDL.

6. κανόσιν. *Amussi*, regula. Ita Apollonii Schol. κανόνας δὲ τὰς στάθμας λέγει, οἷς τὰ ξύλα καὶ τοὺς τοίχους οἱ τέκτονες ἐξισάζουσιν. Hom. Odyss. E. 245. Καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε. Schol. στάθμην· κανόνα· ὑπομεμιλτωμένον σχοινίον, ἢ τεκτονικὸν σπάρτον. Aristot. Moral. 5. Ὥσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδεος κανών. BROD.

10. Ἐπειὸς μηχαναῖσι Παλλάδος. Ita Hom. Odyss. Θ. 492. ἵππου κόσμον ἄεισον Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ. Hinc Virgil. Æn. II. 16. *Instar montis equum divina Palladis arte Ædificant:* et v. 509. *et ipse doli fabricator Epeüs.* Hunc ego, inquit Joh. Brodæus, a Simonide dissentiens, neque lixam, neque coquum, sed fabrum, statuariumque (ut illa ferebant tempora) insignem exstitisse puto. Pausanias in Corinthiacis: τὰ δὲ ξόανα Ἀφροδίτης καὶ Ἑρμοῦ, τὸ μὲν λέγουσιν Ἐπειοῦ ἔργον εἶναι. Plato in Ione: Τί δὲ ἐν Ἀνδριαντοποιίᾳ ἤδη τιν' εἶδες, ὅστις περὶ μὲν Δαιδάλου τοῦ Μητίονος, ἢ Ἐπειοῦ τοῦ Πανοπέως, ἢ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου, κ. τ. λ. BARNES.

13. κεκλήσεται. Vulgato κληθήσεται prætuli, auctore Brunckio ad Æschyl. Prometh. 846. et Hermanno in Nott. MSS. Neque dissentire videtur Valckenærius ad Phœniss. p. 12. Κληθήσεται est *nomen accipiet;* κεκλήσεται, *nomen geret.* SEIDL.

14. δούρειος ἵππος. Ita dicitur, a δόρυ, *hasta*, ob inclusos milites *Hastatos;* licet alii vocant simpliciter *ligneum*, quia δόρυ *lignum* etiam sonat. Vide de hac re Pet. Victorium Var. Lection. XIX. 18. Alludit vero Euripides ad statuam

Equi *Durei* in Arce Minervæ, de qua Hesych. Δούρειος ἵππος Ἀθήνησιν ἐν Ἀκροπόλει χαλκοῦς ἐστιν, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐκκύπτουσιν δόρατα. Barnes.

16. κρηπίδων βάθροις. Dictum puto pro simplici κρηπῖσι, cujus pleonasmi exempla dat Porsonus ad Hec. 295. In proximo autem versu verba Ζηνὸς Ἑρκείου intelligo de Jovis simulacro ex noto illo poëtarum loquendi more. De simulacri fundamento pluralis κρηπῖδες occurrit Iph. Taur. 965. κενὰς κρηπῖδας λαΐνας ἀγάλματος. Fallitur Musgravius, qui, ut demonstret, simplex κρηπὶς nonnunquam pro βωμῷ dici, affert Lycophr. v. 1191. et Orph. Argon. 995. In priori loco recte Potterus κρηπῖδα vertit *solum*, quo significatu κρηπὶς et alibi apud Lycophronem occurrit; altero autem Orphei loco, κρηπὶς δὲ ξενίοιο Διὸς καὶ βώμιος ἕδρη, nolim uti, cum sensus ejus tam sit ambiguus. Seidl.

27. νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν. Pariter Æschyl. Theb. 223. ἀλλ' οὖν θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος. Vide porro, Brodæo citatos, Macrobium Saturnal. III. 9. V. 22. Tit. Liv. V. 15. 21. Plin. Hist. Natur. XXVIII. 2. Musgr.

39. μνῆμα τάφου. Promiscue adhibentur nonnunquam μνῆμα et τάφος: interdum, ut hic, distinguuntur. Distinxisse videtur Leonidas Anthol. H. Steph. 215. μνῆμα δὲ καὶ τάφος αἰὲν παραξέεται. Apertius noster τύμβον et μνημεῖα distinguit Iph. Taur. 685. Nempe τάφος et τύμβος *de humo aggesto* dicuntur, μνήματα *de columna vel symbolis superimpositis*. Hesychius: μνῆμα· ἀνάθημα. Lucianus in Plebiscito: τάφον χῶσαι τὴν πόλιν καὶ στήλην ἐπιστῆσαι. Catullus LXII. 362. de hac ipsa cæde: *Cum teres excelso coacervatum aggere bustum Excipiet niveos perculsæ virginis artus.* Musgr.

40. λάθρα. Omnes Edd. οἰκτρά. At Musgravius: "MS. Flor. λάθρᾳ, quod quid sibi velit, nescio." Immo egregia hæc lectio est, et altera haud dubie melior. Etenim clam Hecuba factam esse Polyxenæ immolationem videmus e versibus 258. et 605. seqq. Neque minimam huic figmento ad animos commovendos vim tribuisse poëtam, apparet ex illo ipso loco inde a v. 258. ubi, quum rei aperiundæ satis idonea data esset occasio, celatur tamen porro. Hoc igitur loco, ubi miseram Hecubæ sortem spectatoribus cum maxime depingit, tantum momentum vix poterat omittere. Seidl.

53. ὀργὰς ἠπίους. Sic Sophocl. Antig. 1200. ὀργὰς εὐμενεῖς. Seidl.

60. κατηθαλωμένης. Supple Τροίας, e. v. 57.

62. συνθελήσεις. Edd. omnes συμπονήσεις; sed illud exquisi-

tius habent MSS. Cotton. et Flor. quod inconsiderate Musgravius damnat. Similiter Hercul. Fur. 811. Ἥρα προσάψαι καινὸν αἷμ' αὐτῷ θέλει Παῖδας κατακτείναντι, συνθέλω δ' ἐγώ. Sæpissime primitivo suo compositum verbum opponitur, ut Phœniss. 1283. Heracl. 26. 27. Supplic. 1010. 1067. etc. In Orest. 1217. συμπονεῖς oppositum certe habet cognatum nomen πόνης. Seidl.

70. οἶδ', ἡνίκ' Αἴας εἷλκε Κασάνδραν βίᾳ. De hac Ajacis Oilei in Minervam injuria patrata et vindicata vide Virgil. Æn. I. 43. *Pallasne exurere classem Argivum, atque ipsos potuit submergere Ponto, Unius ob noxam et furias Ajacis Oilei!* et Æn. II. 403. *Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus a templo, Cassandra, adytisque Minervæ*, etc. Barnes. De locutione οἶδ' ἡνίκα, vide ad Hec. 107.

72. Ejiciendam puto literam τ', nam neque Ἴλιον articulum postulat, neque verbi πέρθω vocem mediam uspiam legisse me memini. Musgr. Vulgatum τ' mutavi in γ'. Seidl.

73. σφε. Hic valere i. q. αὐτοὺς, nempe τοὺς Ἀχαιοὺς, monet Brunck. ad Æsch. Prom. 9. Beck.

79. πέμψει. Emendat Porsonus πέμψειν.

80. ἐμοὶ δὲ δώσειν κ. τ. λ. Virgil. Æn. I. 46. *Ipsa Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem.* Servius in locum: *In libris Etruscorum lectum est, jactus fulminum manubrias dici, et certa esse numina, possidentia fulminum jactus, ut* Jovem, Vulcanum et Minervam. Brod.

82. Αἰγαῖον πορόν. Hæc verba ita explicantur, ut sint ad τὸ σὸν apposita. Sed potest etiam ad τὸ σὸν subaudiri κατὰ, hoc sensu; *Tu autem, quod ad te attinet, Ægæum fretum adhibeas*, &c.

83. τρικυμίαις. Credebatur sc. tertius quisque in mari fluctus reliquis vehementior esse. Plato de Rep. Lib. V. οὐκ οἶσθα, ὅτι μόγις μοι τὼ δύω κύματε ἐκφυγόντι νῦν τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τρικυμίας ἐπάγεις. Plutarchus Op. Mor. p. 975. Ed. H. Steph. τί γὰρ δεῖ τὸ τρίτον ἐπενεγκεῖν κῦμα, καὶ προσκατακλῦσαι τὸν λόγον, εἰ τὰ πρότερα μὴ δυνατός ἐστι διώσασθαι. Musgr. Sic, monente Barnesio, πεντακυμία, et *decumanus fluctus* Latinis. Vide Ovid. Metam. XI. 530. Trist. I. 2. 49. Lucan. V. 673. Seidl. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 1051.

84. Εὐβοίας μυχόν. *Caphareum.* De quo Virgil. Æn. XI. 260. *Vel Priamo miseranda manus; scit triste Minervæ Sidus, et Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.* Barnes.

85. εὐσεβεῖν. Omnino separandum est εὖ σέβειν. Vide ad Phœn. 1321.

89. Μυκόνου. *Myconos,* sive *Mycone,* (utroque enim modo scribitur) *Delos, Scyros,* et *Lemnos,* notæ insulæ, de quibus vide Strabonis Geograph. X. p. 487. Dionysii Periegesin, et Plinium: IV. 12. De *Caphareo* nos supra v. 84. BARNES. Arnald. Animadv. p. 249. copiose docet, χοιράδας dici *saxa marina,* aut ex *maris dorso leviter prominentia,* a Latinis quoque *porcos* dictos. BECK.

91. θανόντων νεκρῶν. Similiter Sophocles in Antig. 513. ὁ κατθανὼν νέκυς; ad quem locum Henr. Steph. confert Hom. Odyss. Λ. 37. νεκύων κατατεθνειώτων et v. 490. νεκύεσσι καταφθιμένοισι. Adde Eurip. Hel. 179. νέκυσιν ὀλομένοις, et Suppl. 44. φθιμένων νεκύων. SEIDL. Hæc naufragia et errores Græcorum canit copiose Cassandra apud Lycophronem Poëtam. BARNES.

94. ἐξίῃ κάλως. *Rudentes solverit.* Ita Med. 281. quanquam ibi metaphorice, ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων. BARNES.

96. ἱερὰ τῶν κεκμηκότων. De sepulcrorum religione, et quo sensu sancta et sacra dicta fuerint sepulcra, vide Joh. Kirchmann. de Funerib. Roman. III. 21. BARNES.

98. ἄνα. Pro ἀνάστηθι, ut Soph. Ajac. 194. et apud Homerum pluribus locis, quod et Barnesius monet. MUSGR. Ad κεφαλὴν e versu sequente supplendum est ἐπάειρε.

99. οὐκέτι Τροία τάδε κ. τ. λ. Tale illud Virgilii Æn. II. 325. *Fuimus Troës; fuit Ilium et ingens Gloria Teucrorum.* BARNES.

102. κατὰ πορθμόν. *Secundum freti cursum.* MUSGR.

103. προσίστη. Attice pro προσίσταθι. BARNES. Cf. Suppl. 1237. Hel. 1244. Ion. 529. 974. 1129. et vide Matt. Gr. Gr. §. 205. 5.

104. πρὸς κῦμα. *Contra fluctus.* Pari modo Plutarchus πρὸς κῦμα καὶ ῥοῦν, Op. Mor. p. 1802. Ed. H. Steph. et mox eadem pagina κατὰ ἄνεμον καὶ ῥοῦν. MUSGR.

108. συστελλομένων. Eurip. Fragment. Incert. XXX. 3. τά τοι μέγιστα πολλάκις θεὸς Ταπειν' ἔθηκε, καὶ συνέστειλεν πάλιν. Unde nostro loco legendum conjicias συστελλόμενος. Sed συστελλόμενοι πρόγονοι sunt majores, *qui jam contracti,* i. e. *humiles apparent.* Verbi significatio translata est a velis. Henr. Steph. in Thes. T. III. 1007. "Res adversæ aut pavor συστέλλειν aliquem dicuntur, qui ante tumidus elatusque erat. Isocrat. de Pace: τοὺς μὲν ἄλλους αἱ συμφοραὶ συστέλλουσι καὶ ποιοῦσι σωφρονεστέρους. Plutarch. in Lucullo: οὐδὲν γὰρ δυσαρκτότερον ἀνθρώπου εὖ πράσσειν δοκοῦντος, οὐδ' αὖ δεκτικώτερον ἐπιστασίας συσταλέντος ὑπὸ τύχης." Cf. Nostri Hercul. F. 1389. Non adjecissem hæc, nisi Musgravium in alia omnia aberrare viderem. SEIDL.

117. καὶ διαδοῦναι κ. τ. λ. Videtur metaphora desumta esse a navi. Ut spina *carina* est, ita latera humanæ velut navis, qua anima vectitatur, sunt τοῖχοι, *parietes*. Sæpissime enim ἀμφότεροι τοῖχοι navium dicuntur, ut Theogn. 681. Theocrit. XXII. 12. Verbum διαδοῦναι Hermannus vertit *distribuere*, i. e. *per vices huc illuc vertere*. Schæferus comparat διατρέχειν et διαθέειν, *huc illuc currere*. Sed difficilior est explicatio præpositionis ἐπὶ, v. 119. quem versum etiamsi cum Hermanno vertas: *ad indulgendum perpetuo fletui*, i. e. *ut lacrimando me consoler*, sententiæ tamen nexus valde obscurus manet. Non displicet Musgravii conjectura ἐπιοῦσ' pro ἐπὶ τοὺς, quam firmat locis Aristoph. Acharn. 627. τοὺς ἀναπαίστους ἐπίωμεν. Eurip. Hel. 165. τίνα μοῦσαν ἐπέλθω; Eam tamen secus atque auctor interpretor, participium referens ad verba πόθος μοί ἐστι, pro quo poëta scripsisse sibi visus sit ποθῶ. Similis et durior etiam constructionis mutatio occurrit in Soph. Œd. T. 159. ubi Eustathius et plures Codd. habent κεκλόμενος, quod genuinum esse puto. Conf. Hippol. 23. et Iphig. T. 338. SEIDL. REISK.

121. κελαδεῖν. Frustra est H. Steph. reponens κελαδεῖ. Melius intellexit Barnesius, qui vertit: *Musa vero est et hæc quædam infelicibus, clades resonare tristes*. Valet enim Μοῦσα δέ χ' αὐτὴ idem, quod μουσικόν τι ἔχει. MUSGR. Steph. mavult κελαδεῖ vel κελάδει in imperativo. BECK.

124. λιμένας. Regitur a præpositione διὰ, i. e. δι' ἅλα καὶ διὰ λιμένας. Cur autem διὰ λιμένας? Quia veteres multo sæpius, quam nunc fit, portu se condebant, nec unquam fere pelagus, vento adverso, tenebant. MUSGR.

127. βαίνουσαι. Aliunde adjectum esse metrum docet. Addidit hoc participium interpres, qui in difficiliori constructione hærebat. Poëta, quum dicere vellet, Ἴλιον ἱερὰν αἳ κώπαις ἔβητε, pro verbo ἔβητε posuit uberiorem rei descriptionem, πλεκτὰν Αἰγύπτου παιδείαν ἐξηρτήσασθε. Ita sæpe tragici solent. Æschyl. in Agam. 823. ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθορὰς ψήφους ἔθεντο, i. e. ἐψήφισαν. Euripides statim v. 150. οἵαν μολπὰν ἐξῆρχον θεοὺς, ubi οἵαν μολπὰν ἐξῆρχον idem est quod οἵῳ τρόπῳ ἔμελπον. Sic in Orest. 948. κατάρχομαι στεναγμὸν ἄταν, i. e. ἄρχομαι στενάζειν ἄταν. Inde audaciore etiam structura in Androm. 1175. δεσπόταν γόοις κατάρξομαι, i. e. ἄρξομαι γοᾶσθαι δεσπόταν, et Sophocl. in Electr. 556. εἰ δέ μ' ὧδ' ἀεὶ λόγοις ἐξῆρχες, i. e. εἰ ἦρχου ὧδέ με λέγειν. HERMANN.

128. πλεκτὰν Αἰγύπτου παιδείαν. Interpretes: *tortam Ægypti disciplinam*. Sed legendum πλεκτὰς, Αἰγύπτου παιδείαν, *funes*,

artem ab Ægypto traditam. πλεκταὶ, *funes*, habentur infra vv. 953. 1005. Funes ab Ægyptiis inventos non memini, qui diserte, præter nostrum, tradiderit. Plinius tamen auctor est Hist. Natur. XIII. 11. eos ex papyri *libro vela tegetesque, necnon et vestem atque stragula ac funes*, confecisse. Hyginus Fab. 277. *Velificia primum invenit Isis: nam, dum quærit Harpocratem, filium suum, velificavit.* Hermippus apud Athenæum, p. 27. ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ Ἱστία κ̣ βύβλους. Musgr.

129. ἐξηρτήσασθε. Arctissime conjungendum est cum Τροίας ἐν κόλποις, *in Trojæ sinu deligastis:* cui geminum est Μουνύχου δ' ἐπ' ἀκταῖς Ἐκδήσαντο πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχὰς, Hippolyt. 755. Musgr. Hermannus contra πλεκτὰν Αἰγύπτου παιδείαν juxta Historiarum, quas citat Musgravius, fidem, de *velis* intelligit, et comma post ἐξηρτήσασθε, non post κόλποισι posuit. Seidlerus Musgravio assentitur.

132. Κάστορι λώβαν. Hoc a Poëta dicitur, quod et alias, cum a Theseo Helena capta esset, Castor bello illam persecutus Aphidnam Atticæ cepit. De qua re Plutarchus in Vita Thesei, et Pausanias; Attic. p. 15, 36. &c. Tale quid Homerus habet Iliad. Γ. 236. seqq. Barnes.

133. τῷ τ' Εὐρώτᾳ δύσκλειαν. Id est, *Laconiæ*, patriæ illius: Eurotas enim Laconiæ fluvius. De quo Iphig. Aul. 177. Barnes.

135. ἀροτῆρα τέκνων. De hac figura vide Iphig. Taur. 3. ubi nos non paucos horum σεμνῶν λόγων cumulavimus. Πεντήκοντα τέκνων ἀροτῆρα quod vocat Priamum, id quoque facit Virgil. Æn. II. 503. *Quinquaginta illi Thalami, spes tanta Nepotum.* Barnes.

138. θάκους, οὓς θάσσω. De accusativo, quodvis suum verbum sequente, vide Iph. Aul. 1169. Barnes.

141. Uncinis inclusi ξυρήκει, quod vocabulum, quum primam corripiat, exulare debet ex versibus anapæstis. Seidl.

146. Hes. τύφεται· καίεται, καπνίζεται, φλέγεται. Beck.

147. πτανοῖς. Infeliciter Musgravius hunc et sequentem versum tentavit, πτανοῖς ὄρνισι ineptum putans. Quippe non meminerat quum aliorum locorum, tum Hippol. 728. ubi est πτεροῦσσα ὄρνις. Sed nostro loco πτανοὶ ὄρνιθες, quibus opponuntur ἀπτῆνες, sunt *aves plumatæ*, i. e. avium pulli, integras plumas modo nacti. Atqui nota res est, avem matrem pullos suos, quum primum nidum relinquunt, trepidantem cum flebili ejulatu comitari. His itaque apte comparantur Troades patriam relicturæ. Seidl. De particulis ὡς, ὅπως, vide Porsonum ad Hec. 395. cui tamen non assentitur Seidlerus.

149. Excidit syllaba in hoc versu. Hermannus inserit μὰν post οὐ. Possit etiam post μολπὰν addi ἀλλ'. Seidl.

152. Senec. Troad. 781. *Non Barbarica prisco templa saltatu coles.* Astyanactem alloquitur Andromache. Musgr. Vulgo πληγαῖς. Sed in hoc anapæstorum genere ubique restituendæ sunt Doricæ formæ. Seidl.

153. Vide ad v. 123. Seidl.

154. Vulgo hæc, et quæ in sequentibus Hecuba non habet, Chori personæ tribuuntur omnia. Sed, si vel MS. Harl. qui ad v. 166. Hemichorii personam præfigit, minus confirmaret, tamen hoc colloquium necessario inter Hecubam et duo Hemichoria distribuendum esset. Versu enim 178. aperte nova persona prodit, a priori diversa. Ita autem hic personas poëta disposuit, ut in antistropha eadem semper eosdem versus persona habeat, quos habuit in stropha. Beck.

155. ποῖ λόγος ἥκει; Hemistichium hoc, in Aldina desideratum, conservarunt MS. Harl. et duo Florentini. Sensum habet quæstio non adeo perspicuum: putem tamen, idem valere, quod τίς ὁ λόγος, ut in Helen. 758. εἰς ταυτὸ ἐμοὶ δόξα χωρεῖ nihil aliud sonat, quam *eadem mihi est opinio.* Confer Æsch. Choëph. 526. Nostri Ion. 408. Beck. Verte: *quo spectat oratio?* Seidl.

167. μέλεαι μόχθων ἐπακουσόμεναι. Pone post μέλεαι minorem distinctionem, ut μόχθων referatur ad ἐπακουσόμεναι. Sic Hel. 665. ἡδύ τοι μόχθων κλύειν. Si quem forte offendant sejuncta μέλεαι—Τρῳάδες, conferat is non plane dissimilem loquendi formam, Hec. 166. ὦ τλάμων, ἄγησαί μοι, πούς, ἄγησαι τᾷ γραίᾳ. ubi ex Scholiastæ sententia conjungenda sunt τλάμων πούς. Seidl.

168. κομίσασθ' οἴκων. Pro κομίσασθε ἑαυτάς. Sic Virgil. Æn. II. 479. *Accingunt omnes operi,* i. e. *Accingunt se,* vel *Accinguntur.* Barnes.

170. ἒ ἔ. In antistropha est φεῦ, φεῦ. Sed, ubi extra versum exclamationes Tragici ponunt, sæpe id tantum videntur curasse, ut æqualem antistropha repræsentet syllabarum numerum, de quantitate parum laborantes. Seidl. Cassandra in tentorio captivarum fuit. Hecuba igitur has precatur, ne Cassandram secum exire e tentorio sinant. Alter Semichorus prodit e tentorio, ubi audivit se compellari a primo. Beck.

173. αἰσχύναν Ἀργείοισι. Scortum Græcorum futurum, licet vates sit. Ab Ajace enim Oileo rapiebatur; ut supra v. 43. Barnes.

174. ἐπ' ἄλγεσι δ' ἀλγυνθῶ; Qua vulgo via sese expediunt interpretes, ut μὴ ex v. 171. idque *mutata significatione* hic repeti mente jubeant, eam vereor ne consilii potius inopia, quam idonea ratio commendaverit. Non nisi aptissima exempla huic constructionis formæ fidem poterunt conciliare. Equidem, probante Hermanno et Schæfero, post ἀλγυνθῶ apposui interrogationis notam. Schæferus præterea legi mavult ἄλγεσιν, deleta copula. Conf. Matthiæ Gramm. Græc. §. 515. SEIDL.

175. ἰὼ Τροία. Libri omnes Τροία duplicant. Omisi alterum metri causa. Sin malis retinere, delendum saltem est ἰώ. Sed sæpissime in Tragicis vocabula male iterantur. SEIDL.

176. οἵ σ' ἐκλείποντες. Ita scripsi pro vulgato οἵ σε λιπόντες ad complendum versum. Ejusdem generis corruptelam continet Hercul. Fur. 1021. ubi pro vulgato ἐάσατε λαθέσθαι sine controversia legendum est ἐάσατ' ἐκλαθέσθαι. In Orest. 315. eadem verba in iisdem numeris poëta resumsit. SEIDL.

177. δμαθέντες. *Cæsi.* BARNES.

180. De particula μὴ, ubi oblique interrogat, indicativum adjunctum habente, vide Hermann. ad Viger. p. 776. Schæfer. Melet. Crit. p. 115. et Matthiæ Gramm. Græc. §. 517. seq. SEIDL.

184. ὀρθρεύουσαν. *Vigilem, somni præ dolore expertem.* Sic γόοισι δ' ὀρθρευομένα, Supplic. 979. MUSGR.

185. ἐκπληχθεῖσα φρίκᾳ. Sic infra 1021. φρίκῃ τρέμουσαν. Phœniss. 1285. τρομερὰν φρίκᾳ τρομερὰν φρέν' ἔχω. Stropha ostendit hemistichium hic excidisse. Fortasse ipsa fuit strophica exclamatio οἲ 'γὼ τλάμων. Hemichorii autem, neque, cui vulgo tribuuntur, Hecubæ esse hosce versiculos, partim universa sententiarum series, maxime tamen strophicus personarum ordo unicuique persuadebit. SEIDL.

187. Post κήρυξ et v. 188. post τλάμων apposui interrogationis signa, quam viam jam alii præivere. SEIDL.

188. τῷ. Pro τίνι. BARNES.

191. Simile quid Rhes. 695. Τίς ἀνδρῶν; Θεσσαλὸς, ἢ Παραλίαν Λοκρῶν νεμόμενος πόλιν; Ἢ νησιώτην σποράδα κέκτηται βίον; Insulares autem Græcorum duces tales fuere, Idomeneus ex Creta, Ulysses ex Ithaca, Neoptolemus ex Scyro oriundus. BARNES.

195. τῷ δ' ἁ τλάμων; Supple προσκεῖμαι δούλα, ex v. 188.

196. ὡς κηφήν. *Serva alieno sumtu vivens,* tanquam *fuci,* qui ut apum confecto industria melle pascuntur, ita iis assidue parent. Tzetzes: Κηφῆνες ζῶα σύντροφα τῶν μελισσῶν τῷ γένει·

μείζονα δὲ τῶν μελισσῶν, ϗ ἄκεντρα τυγχάνει, ϗ ταῖς μελίσσαις ὑπουργεῖ, ταύταις ὑδροφοροῦντα. Plinius quoque fucos quasi servitia verarum apum appellat. Brod. Articulum ά ante δειλαία metri causa delevi. Seidl.

202. Hoc versu nova inchoatur stropha, quæ antistropham habet inde a v. 218; in qua utraque nullæ amplius Hecubæ sunt partes. Nam, quæ in stropha Hecubæ vulgo Libri assignant, ea quantopere a grandæva muliere abhorreant, nemo non videt; in antistropha autem certe nihil est, quod Hecubæ quam Choro magis conveniat. Rem conficit æqualis universi stropharum systematis ordo, ut, quemadmodum ante colloquii initium duæ ad unam Hecubæ personam strophæ pertinuerunt, ita finito colloquio pariter duas strophas una Chori persona habeat. Hermannus has etiam strophas, quarum utramque in tres dispescit particulas, inter Hemichoria distribuit, quæ versu demum 234. in unum corpus colligi existimat. Abundat autem hic locus corruptelis, quæ singulæ certam emendationem ex conjectura vix poterunt nancisci. Seidl.

206. Omnes Libri hic et in sequenti versu habent νέα τοι, verba sensu carentia. Pro utroque certa, ut equidem arbitror, emendatione restitui νέατον. Hercul. Fur. 450. τέκνων τῶνδ', ἃς πανύστατ' ὄμμασιν προσδέρκομαι. Plures locos, qui eandem sententiam continent, partim ex hac ipsa Tragœdia depromtos, omitto adscribere. Νέατος idem valet, quod ὕστατος. Sic pro illo, quod apud Nostrum legimus Alcest. 626. ἐξιοῦσαν ὑστάτην ὁδὸν, Sophocles dixit Antig. 807. τὰν νεάταν ὁδὸν στείχουσαν. Conf. ejusdem Trachinn. 874. Eodem Antigones loco Sophocles νέατον adverbialiter posuit: νέατον δὲ φέγγος λεύσσουσαν ἀελίου. nam adjectivum non esse, docent et sequentia verba, κοὔ ποτ' αὖθις, et similes loci; Œd. T. 1183. ὦ φῶς, τελευταῖόν σε προσβλέψαιμι νῦν. Eurip. Alcest. 207. et Hec. 408. ὡς οὔποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον, 'Ακτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόψομαι. Spectare etiam huc videtur Suidæ glossa v. νείατος· ἔσχατος, ϗ οὐ λέγεται μόνον ἀρσενικῶς, ἀλλὰ ϗ οὐδετέρως νείατον. Eadem significatione præter τελευταῖον et πανύστατον, quæ modo habuimus, in usu sunt apud Tragicos ὕστατον, λοίσθιον, πύματον. Ac ne cui mira videatur repetitio vocabuli νέατον, satis erit contulisse locum, Med. 965. Νῦν ἐλπίδες οὐκέτι μοι παίδων ζόας, Οὐκέτι. Ceterum σώματα τεκέων sunt τέκεα, nihil amplius. Nostri Suppl. 222. σώματα ἄδικα, i. e. ἄδικοι. Hercul. Fur. 889. λευκὰ γήρᾳ σώματα, i. e. γέροντες. Soph. Antig. 676. τὰ πολλὰ σώματα, i. e. οἱ πολλοί. Ipsum τέκνων σώματα pro liberis simpliciter dixit Noster Med. 1101. Hac Tragicorum loquendi forma

Latinam quoque poësin Horatius et Virgilius locupletarunt. SEIDL.

207. κρείσσους. *Graviores, deteriores;* ut κρεῖσσον ἀγχόνης, Soph. Œd. Tyr. 1387. vide et Hippol. 1207. Hec. 633. MUSGR. Post μόχθους addenda esse videtur copula δ'. SEIDL.

208. πλαθεῖσ'. Vulgo πλασθεῖσ'. Vide Porson. ad Eurip. Hec. 873. SEIDL.

209. Hic versus per parenthesin interponitur, ut recte statuit Tyrwhittus, qui et pari felicitate ἔῤῥοι, consentiente etiam MS. Harleiano, pro ἔῤῥει reponit. MUSGR. Vulgatam lectionem αὐτὰ mutavi in αὖτα, i. e. *nox, qua ad Græcorum lectos mihi accedendum erit.* Ad δαίμων ex prægresso αὖτα subintellige οὗτος. SEIDL.

210. ἢ Πειρήνας. *Pirene* fons est apud Corinthum. Hæc vero ex Homero Euripides transcripsit, Iliad. Z. 457. Καί κεν ἐν Ἄργει ἐοῦσα πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις· Καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος, ἢ Ὑπερείης. BROD.

211. Hic verum haud dubie vidit Hermannus, qui ἔσομαι ex interpretatione adjectum existimat. Uncis igitur includendum curavi et delevi articulum τῶν, qui vulgo ad σεμνῶν apponitur. SEIDL.

214. μὴ γὰρ δή. Vide Viger. de Idiot. p. 456. Schæfer. Melet. Crit. p. 15. SEIDL. *Therapne* vicus Laconiæ erat, cujus meminere Herodot. VI. 61. Isocrates *de laude Helenæ;* Pausanias, p. 102, 21. Ed. Sylburg. MUSGR.

219. κρηπῖδ'. *Basin;* ὑπωρείαν. Nimirum ad pedem montis Olympi sita erant Tempe Thessalica, quæ hic respicit Poëta. MUSGR.

222. ἱερὰν Θησέως ζαθέαν χώραν. Ita supra v. 213. Θησέως εὐδαίμονα χώραν. Hanc gratiam recte pius Poëta Athenis suis refert, ut pluribus in locis observare licet de illo, et de Sophocle quoque. BARNES.

223. Hunc versum, qui in omnibus Edd. duabus syllabis brevior est, supplevi ex MS. Flor. qui ἐλθεῖν post ζαθέαν inserit. Omissio vocabuli nata est ex insigni literarum similitudine in vv. ΕΛΘΕΙΝ et ΖΑΘΕΑΝ. Construe: τάδε μοι δεύτερα (ἐστὶ), ἐλθεῖν. SEIDL.

224. Αἰτναίαν Ἡφαίστου. Solinus: *Eminet montibus Ætna et Eryx: Vulcano Ætna sacer est, Eryx Veneri.* Theocriti Schol. Σιμωνίδης δὲ ἐν τῷ περὶ Σικελίας Αἴτνην φησὶ κρῖναι Ἥφαιστον καὶ Δήμητρα περὶ τῆς χώρας ἐρίσαντας. BROD. Idem tradit Corn. Severus Ætna, v. 30. nec in obscuro ratio est. Cui enim potius dicetur mons ardens, quam Vulcano, ignis Deo? SEIDL.

225. ἀντήρη. *Adversariam*, ἀντίπαλον, vel, si malis, *situ oppositam*. Musgr. Alterum verum est, ne sine causa Euripidi anachronismum obtrudamus. Seidl.

226. ματέρ'. Intellige: *omnium excellentissimam. Principem* dicerent Latini. Hesychius: Μήτηρ· ἡ πρεσβυτάτη πᾶσα. Pindarus, Olymp. VIII. 1. Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων ἀέθλων Οὐλυμπία. Dionysius Perieg. v. 356. de Roma: Μητέρα πασάων πολίων. Statius: *Et nemorum Dodona parens*. Theb. III. 106. Musgr. In hoc Euripidis loco, ut in omnibus quos Musgravius affert, præter illum Dionysii, qui huc non pertinet, voce μήτηρ nihil aliud significatur, quam regio, in qua sunt montes, certamina, nemora. Seidl.

227. Post στεφάνοις omnes libri præbent τ' ἀρετάς. Sed Interpretum plerique ejiciendum putaverunt τ' et ἀρετὰς mutandum in ἀρετᾶς. Neque ego meliorem rationem novi. Seidl. Subauditur ἐπὶ, et ita hæc reddantur: *Celebrari propter virtutis coronas*, i. e. propter virtutes, quibus ornabantur ejus incolæ. Similis ellipsis Helen. 78. Heath.

228. τάν τ' ἀγχιστεύουσαν γᾶν. Thurios innuit, coloniam Atheniensium, urbem autem magnæ Græciæ, ad sinum Tarentinum, sitam inter Crathin et Sybarin amnes. Barnes.

229. Vulgo ναῦται. Post ἀρετᾶς, v. 227. cum Aldo pono comma, ut sequens etiam accusativus ad infinitivum κηρύσσεσθαι referatur, et lego sic: Ἰονίῳ ναύταις πόντῳ, i. e. πλέουσιν ἐν Ἰονίῳ πόντῳ. Seidl.

230. ὑγραίνει. Ita optimus Cod. Flor. quocum consentit Theocriti Scholiastes ad Idyll. V. 16., et firmat Noster Hel. 3. ubi de Nili inundationibus hoc verbum adhibet. Silius Ital. VIII. 438. *Statque humectata Vomano Adria*. Edd. omnes ὑδραίνει. Seidl.

231. πυρσαίνων. Quam unice veram lectionem iterum suppeditat præclarus Cod. Flor. et habet Tzetzes ad Lycophron. v. 1021. et Eustathius monente Hadriano Junio in Comment. de Coma in Gruteri Thes. Crit. Tom. IV. p. 542. Reliqui omnes πυρσεύων. Sed πυρσεύειν non significat *rutilum reddere*. Hesychius, Suidas, Photius explicant per δᾳδουχεῖν, λάμπειν, πῦρ ἅπτειν, ἐκφαίνειν. Atque omnino ejusmodi verba, quæ ab adjectivis derivata, reddere aliquid tale significant, quale adjectivo indicatur, terminari solent in νω (άνω, αίνω, ύνω) aut όω. Raro, quæ in ζω, rarissime, siquidem recte quæque explicamus, quæ in έω et εύω desinunt, hanc significationem habent. Rem claram faciet, ut alia taceam, discrimen inter ψυχρεύω et ψυχραίνω. Locus, quem Musgravius affert ex

Polluce, I. 49. non unam ob causam cum nostro minus apte comparatur. SEIDL. De Crathi fluvio capillos flavos reddente videndi auctores Brodæo et Barnesio citati: sc. Theocriti Scholiastes ad Idyll. V. 16. Tzetzes ad Lycophron. v. 1021. Plin. Hist. Natural. XXXI. 2. Ovid. Metamorph. XV. 315. Quibus adde Strabonem, p. 263. D. MUSGR.

238. Per Δωρίδα Spartam aut Laconiam intelligi monet Prev. Dum Talthybium accedere vident, metus mulierum augetur, ne forte Spartam captivæ abducantur. BECK.

242. Ταλθύβιος ἥκω. Ita fere Poëtæ scenici facere solent, *videl.* nomina personarum per ipsas personas explicare. Talthybius autem et Eurybates erant Agamemnonis præcones; ut ex Homero constat. BARNES.

250. τίν' ἄρα τίς ἔλαχε; *Ecquem igitur ecquæ sortita est?* Ita optime MS. Flor. Ed. Ald. τίν' ἄρα, τίν' ἔλαχον; *ecquem igitur, ecquem sortita sum?* Sed magis decorum est, Hecubam de reliquarum sorte prius, quam de sua, Talthybium interrogare. MUSGR.

262. κλῆδας. Sic Ceres, sacerdotem mentita, κατωμαδίαν ἔχε κλᾷδα, Callimach. Hymn. in Cerer. v. 44. ubi vide Spanhemium. Cassandram utique, non vatem duntaxat, sed et sacerdotem fuisse Apollinis, colligas licet ex v. 333. MUSGR.

263. ἐνδυτῶν στεφέων. Circa collum gestabantur, teste Æschylo Agam. 1274. An vero ita dicuntur ad distinctionem eorum, quæ manibus gestari mos erat? vide Hom. Il. A. 14. Sophocl. Œd. Tyr. 3. MUSGR. Vide ad Suppl. 10. 258.

264. Ut post hunc versum potius, quam, quod equidem opinatus eram, post v. 266. majorem lacunam ponerem, auctor mihi fuit Hermannus. Potuit enim sane ad Talthybii quæstionem ab Hecuba aliquid responderi. Nihil autem accidere facilius poterat, quam ut una harum strophularum, in quibus eadem semper personarum distributio est, librariorum oculos effugeret. SEIDL.

270. νόμος Ἑλλάνων. Obtinuit tamen hic mos apud veteres, ut videre est apud Lucianum in Nigrino. MUSGR.

275. χαλκεομίτορος. Quod quibusdam in mentem venit, χαλκεομίτροφος, monstrum est, omni analogiæ repugnans. Vulgatam tuebitur ἀλέκτωρ Ἀθηνᾶ apud Athen. III. 98. C. Hermannus in nott. MSS. SEIDL.

277. Ἀχιλλέως παῖς. Neoptolemus.

278. MSS. Cotton. et Flor. ἁ τριβάμονος. Ed. Ald. ἁ ποιτοβάμονος, quod in plerisque Edd. magis etiam corruptum est in φοιτοβάμονος. MSS. Steph. et Harl. ἀτριτοβάμονος, unde Bar-

nesius fecit ὁ τριτοβάμονος, apte comparans Anthologiæ locum, ubi legitur τρίτατον πόδα βάκτρον ἀείρας. Quem injuria reprehendit Musgravius, τριτοβάμων *ex analogiæ regulis epitheton hominis baculo utentis, non ipsius baculi* esse existimans. Immo contrarium verum est. Quemadmodum τριτοστάτης est, *qui tertio loco stat*, τριταγωνιστὴς, *qui tertio loco certat*, seu *tertias certaminis partes agit*, ita τριτοβάμων erit, *qui tertio loco incedit*, quod minime homini baculum gerenti, optime baculo ipsi convenit, qui cum duobus pedibus tertio loco incedit, seu, ut recte Barnesius explicat, instar tertii pedis est. SEIDL.

286. Interpungo post δίκας, ut sit πολεμίῳ δίκας, *Justitiæ hosti*. MUSGR. Sic et Brodæus, Heath. et Reisk. BECK. παρανόμῳ δάκει. Ita Cicero in Pisonem: *Jamne vides, Bellua?* BROD.

287. ὁ πάντα κ. τ. λ. [Vulgo ὃς πάντα.] Verbum deest, quod abesse non pósse, interpretum peritissimus quisque intellexit. Vitium latere in ἐνθάδε metrum ostendit. Hinc existimo, illius vocabuli loco reponendum esse ἔθετ', vitium ortum putans ex usitata illa compositione ἐκεῖθεν ἐνθάδε vel ἐκεῖσ' ἐνθάδε, quæ librariis obversata sit. Propter hanc conjecturam comma, quod antea post ἀντίπαλα erat, post γλώσσᾳ collocavi. Constructio hæc est: ὃς διπτύχῳ γλώσσᾳ πάντα τὰ ἐκεῖσε ἔθετο αὖθις ἐκεῖσε, ἀντίπαλα γενόμενα, sive ὥστε ἀντίπαλα γενέσθαι. Ne quis hæreat in ἔθετο—τιθέμενος, vel unus monet simillimus locus Euripidis, Hec. 644. In Eur. Electr. 206. ναίω—ναίουσα. SEIDL. Canteri emendatio est ὁ τιθέμενος.

288. διπτύχῳ γλώσσᾳ. Sic Virgil. Æn. I. 665. *Tyriosque bilingues*. BARNES.

289. Steph. τὰ φίλα positum existimat pro τὰς φιλίας hoc sensu: τὰς προτέρας φιλίας πάντων τιθέμενος ἀφίλους, ut dicat Hecuba, Ulyssem esse eum, qui nullam priorum amicitiarum rationem habeat, sed erga eos, qui amici fuerint, tanquam inimicos se gerat. BECK.

291. οἴχομαι. Ne quis alterum verbum ex glossa additum putet, obstant plurimi loci, ubi ejusdem generis verba cumulantur, ut Orest. 959. βέβακε γὰρ, βέβακεν, οἴχεται. Andromach. 1153. διολώλαμεν, ᾠχόμεθ'. Alcest. 404. βέβηκεν, οὐκ ἔτ' ἐστίν. Soph. Ajac. 896. οἴχωκ', ὄλωλα, διαπεπόρθημαι, etc. SEIDL.

293. Vulgo προσέπεσα. MSS. Cotton. et Flor. προσέπεσον. Nec certum est, Græcos dixisse ἔπεσα, vel προσέπεσα: sed inde formatum exstat προσπέσεις, Plut. Parall. p. 1732. Ed. H. Steph. MUSGR.

294. τύχας. Musgravius λάχας. Melior vulgata. Sensus est: *quisnam meam sortem habet,* i. e. *quisnam meæ fortunæ dominus est, a quonam mea fortuna pendet?* SEIDL.

295. Distinguit hic Poëta inter Ἀχαιοὺς et Ἕλληνας. Nimirum Ἀχαιοὶ erant, Trojani belli tempore, qui Lacedæmona incolebant, teste Strabone, p. 383. B. Pausania initio Achaic. Ἕλληνες vero, qui Thessaliam. Pausan. p. 103, 26. Fuit etiam tempus, cum Thessali quoque Achæorum nomen obtinerent, cujus rationem colligere licet ex Pausan. p. 205, 33. MUSGR. Vide Eustathium, p. 321, 6. in hunc Homeri locum Iliad. B. 684. Μυρμιδόνες δ' ἐκαλεῦντο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί. BARNES.

298. Legitur εἰλεγμένας. Malim τὰς εἰληγμένας, *sorte addictas.* HEATH. Bene. Conf. supra v. 31. καὶ τὰς μὲν Ἀρκὰς, τὰς δὲ Θεσσαλὸς λεὼς εἴληχε. SEIDL.

303. Particulam τ' ejiciendam monuit Reiskius. Non opus. Construe: πιμπρᾶσι μυχοὺς, αὐτῶν τε σώματα ἐκπυροῦσι; SEIDL.

305. δυσλόφως. Conf. Hesych. v. δύσλοφον, ibique Intpp. SEIDL.

309. Hesych. θοάζει· τρέχει. BECK.

310. ἄνεχε. *Desiste.* Philo Judæus: προσέταττεν ἀνέχειν, Deus, sc. Abrahamum, p. 254. Ed. Turneb. Idem: τῆς βλασφημίας ἀνέχειν, et mox ἀνέχοντας μὲν ἔργων καὶ τεχνῶν, p. 466. Idem: πρὸς μὲν ἔργα τρεπομένους ἐφ' ἡμέρας ἕξ, ἀνέχοντας δὲ καὶ φιλοσοφοῦντας τῇ ἑβδόμῃ. p. 518. vide et p. 526. ἄνεχε, πάρεχε. Confer Cyclop. 203. Aristoph. Vesp. 1317. ibique Berglerum. MUSGR.

311. τόδ' ἱερόν. Videtur sibi insaniens Cassandra, ut antea solita fuerat, in Apollinis templo versari, quo ipso sacro loco, ipsoque deo chorum ducente, nuptias suas cupit celebrari. Cf. v. 331. Nimis hoc loco argutatur Musgravius. SEIDL.

317. ἐπεὶ σὺ, κ. τ. λ. An fortasse hoc vult? *quoniam tu, mater, patris semper, patriæque calamitatem luges, immemor eorum, quæ matrem facere decet in filiæ nuptiis, at ipsa saltem gaudio exultabo, quatiamque facem,* &c. SEIDL.

319. καταστένουσ' ἔχεις. Id est, καταστένεις. Notus hic Græcismus, (inquit Portus) qui Tragicis familiarissimus. BARNES. Vide Matt. Gr. Gr. §. 559.

322. εἰς αὐγὰν, εἰς αἴγλαν. Minime interpretandum cum Musgravio. Dicit hoc: *incendo facem ad summum splendorem;* i. e. ut quam maximum splendorem spargat. SEIDL.

325. δίδου δ', ὦ Ἑκάτα. Libri διδοῦσ', ὦ Ἑκάτα. Speciosam

Musgravii conjecturam ὦ Ἑκάβα, quam Tyrwhitto quoque approbaverat, erat, quum ego quoque veram putarem, maxime ob similes locos Phœniss. 344. et Iph. Aul. 723. Sed jam aliter statuo. Primum enim alibi quoque Ἑκάτη a nostro vocatur φωσφόρος, ut Hel. 569. et Fragm. Inc. CXXVI.; deinde, si comparaveris, quæ infra v. 449. Cassandra dicit, στεῖχ', ὅπως τάχιστ' ἐς Ἅιδου νυμφίῳ γημώμεθα, nostro loco inferorum numinis mentio non inepta videbitur. Mortis enim imminentis cogitatio Cassandræ semper obversabatur. Hinc διδοῦσ' malui mutare in δίδου δ'. Sensus est: *Tu vero, O Hecate, ad quam potissimum nuptiæ meæ spectant, matris mihi vicem suscipe, lumenque præbe, prouti mos est in virginum nuptiis.* Hecubæ a Cassandra non traditam facem esse, ostendit etiam infra v. 352. παράδος ἐμοὶ φῶς· οὐ γὰρ ὀρθὰ πυρφορεῖς. SEIDL.

326. παρθένων ἐπὶ λέκτροις. Hic versiculus male in libris repetitur post σοι, v. 323. SEIDL.

328. Legitur εὐὰν, εὐοῖ. Ejeci εὐοῖ appositum, ut videtur, ad alterum. Vide tamen de Verss. Dochm. p. 195. SEIDL.

331. Vulgo legitur ἄγε συ, Φοῖβε, νῦν κ. τ. λ. quod vertunt: *age, tu Phœbe, nunc in laureto, in tuo templo sacra facio.* Sed θυηπολεῖν, quod est *sacrificiis operam dare*, et a vaticinatione et a δαδουχίᾳ valde diversum est. Ineptum igitur, Cassandram dicere, se nunc maxime θυηπολεῖν. Legendum, ni fallor: ἄγε σὺ, Φοῖβε, νιν κατὰ σὸν ἐν δάφναις ἀνάκτορον θυηπόλῳ. *Tu eum, Phœbe, in laurigero tuo templo celebra in sacerdotis tuæ honorem.* Solenne erat veteribus, absentium amicorum nuptias choreis, honoris causa, celebrare. Hinc Demades ad filium: ἐμοῦ τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος, οὐδ' ὁ γείτων ᾔσθετο, τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται συγχορηγοῦσιν. apud Plutarchum in Phocione, p. 1386. Ed. H. Steph. Pariterque Clytæmnestra absentis filiæ nuptias celebrasse dicitur, Iph. in Taur. 355. confer Helen. 1430. Hanc consuetudinem respiciens Cassandra Apollinem admonet, ut ipse etiam in adyto suo laurigero choreas in sui honorem ducat. Proprium utique Apollini choros ducere, ut testatur Aristoph. Av. 218. Non potuit autem clarius significare Cassandra, quantum his nuptiis delectetur, quamque magnifice de iis sentiat, quam testando, dignas sibi videri, quas Apollo etiam in templo et inter laurus choreis celebraret: confer Theocrit. Idyll. VII. 100.—ἄγειν χορόν τινι, *in alicujus honorem choreas agere*, multis exemplis defenditur. Sic Plato de legibus: αὐτῷ χορεύουσιν. p. 795. C. Ed. Ficin. Apollon. Rhod. I. 536. οἱ δ' ὡς ἠΐθεοι

Φοίβῳ χορὸν ἐστήσαντο. Nonnus p. 340. Ed. Falkenburg. Καὶ Σταφύλῳ μετὰ πότμον, ἅτε ζώοντι χορεύσω· Σοὶ, Στάφυλε, ζώοντι καὶ οὐ πνείοντι χορεύσω. De Laureto juxta templum Apollinis, quod Trojæ erat, vide citata ad Androm. 297. Musgr. Probante Seidlero.

338. Loci constructionem non intellexit Musgravius. Construe: βοάσατε τὸν Ὑμέναιον νύμφαν, i. e. ὑμνήσατε νύμφαν. Vide Pors. ad Eur. Phœniss. 293. et supra ad v. 123. Seidl.

353. Editur vulgo sic: οὐδέ σ' αἱ τύχαι, τέκνον, Σεσωφρονίκασιν, ἀλλ' ἔτ' ἐν ταυτῷ μένεις. Pro σεσωφρονίκασιν Aldus et Brubachius offerunt ἐσωφρονήκασιν. Unde Heathius emendaverat: οὐδὲ σαῖς τύχαις, τέκνον, ἐσωφρόνηκας. Sed verbum plurale, in quo libri nihil variant, expellere religioni fuit. Quam nos adhibuimus medelam, facillima est. Σαὶ τύχαι idem est ac σὴ νόσος, σὴ μανία. Pluralem τύχαι etiam infra v. 1196. poëta προσωποποιεῖ:—αἱ τύχαι, Ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος, ἄλλοτ' ἄλλοσε Πηδῶσι. Alexis apud Stobæum Floril. Tit. CVII. p. 444. οὐκ ἔσθ' ὅπως ἔχουσιν αἱ τύχαι φρένας. Seidl.

360. εἰ γάρ. Verte: *si qua enim Phœbo est fides.* Heath.

366. εἶσι. *Iturus est.* Cassandra enim eodem in convivio cum Agamemnone Clytæmnestræ jussu occisa est.—χἀτέρων Agamemnonem innuit. Brod.

367. μητροκτόνους τ' ἀγῶνας. Orestis matricidium. Barnes.

369. Legitur πόλιν τε δείξω. Sed necessaria est particula adversativa. Sententiarum nexus hic est: *futura Achivorum mala canere omittam, sed ostendam adeo, vel ad hunc diem hostium nostrorum conditionem nostra multo fuisse miseriorem.* Seidl.

379. ἔθνησκον, οὐ γῆς κ. τ. λ. Miro anachronismo Barn. dicit, Euripidem invehi h. l. in crudelitatem Lacedæmoniorum, quam, Athenis captis, exercuerint, quum aliquot annis ante mortuus sit poëta. Heath.

381. Ald. παῖδες. Musgravius ex Cod. Flor. edidit παῖδας, explicans: *non viderunt liberos,* i. e. *antequam animam efflarent.* Sed vel ob proximam sententiam Aldi lectio potior videri debet, ubi de mortuis sermo est, non de moriundis. Sensus est: *Liberi non aderant, qui patres, Marte absumtos, deflerent.* Conf. infra v. 486. 741. Seidl.

385. ἄλλοις. Satis probabiliter Tyrwhittus emendat ἄλλως, quam emendationem non multum abfuit, quin reciperem. Vulgatum tamen ἄλλοις defendi potest, si de illis intelligas, in quorum gratiam ad bellicam expeditionem erant profecti. Conf. etiam v. 490. cujus tamen paulo diversa ratio est. Seidl.

386. Construe, [quasi esset] ἐν τάφοις αὐτῶν. Pene inversa ratione Sophocles Ajac. 1062. Ὧν οὕνεκ' αὐτὸν οὔτις ἔστ' ἀνὴρ σθένων Τοσοῦτον ὥστε σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ. ubi αὐτὸν et σῶμα per appositionem jungenda sunt, pro αὐτοῦ σῶμα. Ceterum cum nostro loco conf. Eurip. Electr. 90. Νυκτὸς δὲ τῆσδε πρὸς τάφον μολὼν πατρὸς Δάκρυά τ' ἔδωκα, καὶ κόμης ἀπηρξάμην, Πυρᾷ τ' ἀπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου. SEIDL.

387. Putant, in vocabulo ἔπαινος inesse ironiam. Sed, quæ hactenus Cassandra commemoravit, neque in laudem neque in vituperationem Græcorum dicta sunt, sed demonstrare conatur Cassandra, infeliciores Græcos fuisse Trojanis. Nullus igitur hic esse videtur ironiæ locus. Quamobrem rectius fortasse legitur, quod ex parte Musgravius conjecit: ἦ τοῦτ' ἐπαίνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον; sive: ἦ τῆδέ γ' αἴνου τὸ στράτευμ' ἐπάξιον. nisi ἔπαινος pariter atque αἶνος *sermonem* et *prædicationem* simpliciter significare potest. In proximis præ fervore et indignatione Cassandra copulam omittit, quæ necessaria videri potest post σιγᾶν. SEIDL.

388. σιγᾶν ἄμεινον τἀσχρά. Nolo dicere aliquid de adulteriis Clytæmnestræ, Agamemnonis uxore, quæ rem habuit cum Ægistho, et Ægialæ Diomedis, cujus adulter erat Stheneli filius, Cyllabarus. Talia enim dicere nefas erat virginitatis studiosæ fœminæ. Et hinc poëta castus arripit occasionem res castas Poëtis canendas commendandi: μηδὲ Μοῦσά μοι Γένοιτ' ἀοιδὸς, ἥτις ὑμνήσει κακά. Quanquam in hac deploranda humani generis fæce nemo ingenio præstare existimatur, qui res turpissimas et spurcissimas non aperte protulerit. BARNES.

396. δάμαρτι. Legendum videtur δάμαρσι. Sed quia singulæ uxores singulis erant, plures autem liberi, potest et in singulari legi; ut etiam supra v. 381. οὐ δάμαρτος ἐν χεροῖν Πέπλοις συνεστάλησαν. BARNES.

400. ἴξις. Aldus ἴξις. Sed derivandum est vocabulum ab ἵκειν, ἶξαι, non ab ἱκέσθαι. Conf. Schæf. ad Gregor. Cor. p. 554. SEIDL.

401. εἰ δ' ἦσαν οἴκοι, κ. τ. λ. Huc pertinet illud Ovid. Trist. IV. 3. *Hectora quis nosset, felix si Troja fuisset? Publica virtutis per mala facta via est.* BARNES.

414. φήμαις. Id est, δυσφημίαις. BARNES.

415. τὰ σεμνά. Minus accurate Brodæus interpretatur τὰ σεμνὰ ῥήματα, οἱ σεμνοὶ λόγοι: debebat potius οἱ σεμνοὶ et οἱ δοκήμασιν σοφοὶ, ut dicimus τὰ φίλτατα pro οἱ φίλτατοι et similia. Intelligit Talthybius Agamemnonem. Grotius vertit: *Spe-*

ciosa famam quæ gerunt sapientiæ, Intus nihil plerumque plus nihilo valent. SEIDL.

416. τῶν τὸ μηδέν. Subaudi ὄντων. BARNES.

418. ἔρωτα ὑπέστη. Sic ὑποστῆναι βέλος, Herc. Fur. 1322. MUSGR.

426. ἕπεσθαι. Infinitivus pro imperativo, ut apud Hesiodum passim. MUSGR. Nec rarius apud Homerum: sæpe etiam apud Tragicos.

428. ἢ δεννὸς ὁ λάτρις. *Scilicet maledicus est servulus.* Hesychius: δεννόν· κακολόγον. Inde verbum δεννάζω. Talthybium porro per contemtum λάτριν vocat Cassandra, indignaturque, id genus hominum magis honorifico nomine Κήρυκας vocari. MUSGR. Interpungunt: τί ποτ' ἔχουσι τοὔνομα κήρυκες ἓν; ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς, Οἱ περὶ τυράννους καὶ πόλεις ὑπηρέται. quæ vix quisquam probabiliter explicaverit. Secundum nostram interpunctionem sensus est: *Unde tandem præcones, regum illi civitatumque ministri, qui communi omnibus odio sunt, honorificum illud nomen gerunt?* Hugo Grotius, interrogandi signo ante ἓν posito, vertit: *Accensis quod est Cognomen, unum quadrat, odium publicum, Seu civitati sive regi inserviunt.* SEIDL.

433. ἡρμηνευμένοι. Male interpres: *explicata.* Vertendum simpliciter: *edita.* Confer Phœn. 470. MUSGR.

434. τἄλλα δ' οὐκ ὀνειδιῶ. Tacite respicit ad matris Hecubæ in canem mutationem. Vide ad Hecub. 1241. BARNES.

436. χρυσός. Imitatur Plutarchus Vit. p. 438. Ed. H. Steph. χρυσὸν ἔδειξαν τὰς συμφοράς. MUSGR.

437. δέκα γὰρ ἀντλήσας ἔτη κ. τ. λ. Hic enumerat decennales Ulyssei errores, qui in Homeri Odyssea singulatim describuntur. BARNES.

439. οὗ δὴ στενὸν κ. τ. λ. Nulla hic est lacuna, modo ne post πάτραν plene interpungatur. Ordo est: ἵξεται πάτραν δέκα ἀντλήσας ἔτη, οὗ δὴ κ. τ. λ. Supra v. 372. simili ratione majori etiam intervallo relativum οἱ disjunctum vidimus a substantivo suo Ἀχαιούς, v. 370. SEIDL. στενὸς δίαυλος πέτρας sit, *angusta freti prope scopulum reciprocatio.* Sub scopulo enim sitam fuisse Charybdis voraginem, testatur Hom. Od. M. 101. 211. BECK.

441. Κύκλωψ. Polyphemus notatur, de quo Hom. Odyss. I. Alii exponunt λίγυστις, quasi a λιγὺς, *cantatrix, incantatrix;* eodem modo, quo Homerus Odyss. K. αὐδήεσσαν emphatice vocabat, et illius meminit: ἀειδούσης ἐπὶ καλῇ. Nonnulli Λιγυστὶς, a Λίγυς, *Ligur,* quasi Ligustica esset Circe. Certe in

Italia illam habitasse et Ausonia, memorat Apollodorus in Bibliotheca, aliique. Barnes.

443. λωτοῦ τ' ἔρωτες. De Lotophagis vide Hom. Odyss. I. De bubus solis ibid. M. Barnes.

446. λίμνης. Interpretor, *pelagi:* ut Hom. Odyss. Γ. 1. ubi Scholiastes: λίμνην, νῦν τὸν ὠκεανόν. Musgr.

448. ἐξακοντίζω πόνους; Frequens apud auctores, præcipue Nonnum Panopolitanum, metaphora. Ita Juvenalis Satyr. VII. 155. *Quis color et quod sit causæ genus, atque ubi summa Quæstio, quæ veniant diversa parte sagittæ.* Ita Eurip. Supplic. 456. καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα. Hecub. 598. καὶ ταῦτα μὲν δὴ νοῦς ἐτόξευσεν μάτην. Barnes.

449. ἐς ᾅδου γημώμεθα. Dictum est, ut supra v. 315. κατ' Ἄργος ἁ γαμουμένα, et infra v. 478. εἰς τύραννʼ ἐγημάμην. Seidl.

450. νυκτὸς, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ. Est repetitio, sed in hoc loco emphatica; sic Iphig. Aul. 389. ἄνομα δρῶντα, κοὐ δίκαια. Vide ad Orest. 602. Barnes.

452. Veteres Editiones γυμνὰν θ', et MS. Harl. γυμνὰ θ', ex quo felicissime Schæferus meus eruit γυμνάδ'. Γυμνὰς eadem significatione occurrit apud Lucian. Deor. Diall. XX. 14. (Tom. I. p. 264. Hemsterh.) Seidl.

455. εὐϊα. Confer v. 504. ubi Cassandram σύμβακχον θεοῖς vocat. Musgr.

456. ἐκλέλοιφ' ἑορτάς. Rationem hic reddit, cur serta abjiciat. *Non amplius interero festis solennibus.* Herod. V. 91. ὡς ἐς ὁρτὴν ἤϊσαν κόσμῳ τῷ καλλίστῳ χρεώμενοι. Cæterum Cassandræ serta abjicienti comparari potest Amphiarai apud Statium vox: Theb. VII. 784. *Accipe commissum capiti decus, accipe laurus, Quas Erebo deferre nefas.* Musgr.

457. ἁγνὴ χρόα. Nulla hic Poëtæ culpa. Fuit enim vetus mythologorum traditio, Ajacem Locrum Cassandram e fano Minervæ vi abstraxisse, sed stuprum cum ea non patrasse. Diserte hoc affirmant Philostratus in Heroicis, et Tzetzes in Scholiis ad Ante-Homeric. v. 125. Ambigue loquuntur, præter nostrum, Virgil. Æneid. II. Lycophron v. 375. Musgr.

460. οὐκέτ' ἂν φθάνοις κ. τ. λ. Intellige sic: *Non amplius tu me prævertes secundum velis ventum exspectans,* i. e. jam non minus, quam tu, in Græciam trajicere gestio, quippe quæ vindictam a te sumtura sim. Seidl.

462. μηδέν. Hic valet μή. Conf. infra v. 570. Φρυγῶν πατρίδι πένθη. Nonnulli post μηδὲν majorem interpunctionem ponunt. Sed quomodo compellationi ὦ φίλη πατρὶς con-

venit verbum οὐ μακρὰν δέξεσθέ με; Ex mea interpunctione omnia bene procedunt: *Lætare mihi, O mater, noli lugere, O patria, atque vos quod attinet, qui apud inferos estis, O fratres, quique me genuisti, pater, brevi vos me accipietis.* SEIDL.

468. Reliquit Musgravius interrogandi signum post μεθήσετ', quod collocandum putavimus post κακαί. Κακαὶ enim erant διὰ τὸ μεθιέναι. SEIDL.

470. ὅτοι φίλα τὰ μοὶ φίλα. *Non sunt grata mihi, quæ quis amico animo fecerit.* MUSGR.

473. ὦ θεοί. κ. τ. λ. Grotius vertit sic: *O Di, mali estis opitulatores mihi. Sed mos hominibus sic habet, votis Deos Vocare, quoties sæva fortuna accidit.* SEIDL.

476. ἐξᾷσαι. Pro ἐξαεῖσαι. Ab ἀείδω, *cano,* et poëtice *recenseo.* BARNES. Videtur vox esse lugubri cantilenæ, quam lætæ, convenientior. Plato Phædone, c. 35. θρηνοῦντας τὸν θάνατον ὑπὸ λύπης ἐξᾴδειν. Plutarchus de Arione: ἐξᾷσαι δὲ καὶ τῷ βίῳ τελευτῶν καὶ μὴ γενέσθαι κατὰ τοῦτο τῶν κύκνων ἀγενέστερος. Op. Mor. p. 280. Ed. H. Steph. MUSGR.

477. τοῖς γὰρ κ. τ. λ. Sensus est: *Commemorata pristina felicitate malis meis majorem miserationem conciliabo.* SEIDL.

478. εἰς τύραννʼ. Pro εἰς τυράννους. Sic τὰ ἐγγενῆ, Soph. Antig. 670. τὰ ἀστυκὰ, Theocrit. Idyll. XX. 31. MUSGR.

480. οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως. Vide Erasmum in Proverb. *Numerus.* Eodem modo Horatius: *Nos numerus sumus et fruges consumere nati.* BARNES.

481. οὖς. Pro οἵους. Sic infra, v. 503. ὧν pro οἵων. BARNES. Ald. οὐ Τρῳάς. Sed οὐ subaudiri potest, aliis negativis sequentibus. Sic Aristoph. Av. 659. γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν. MUSGR.

485. τὸν φυτουργὸν Πρίαμον. De hac honesta metaphora vide ad Iphig. Taur. 3. BARNES.

487. ἐφ' Ἑρκείῳ πυρᾷ. Ad Jovis Hercæi aram cæsus erat Priamus a Neoptolemo. Vide ad Hecub. 23. BARNES.

493. θριγκὸς κακῶν. *Summum malorum;* est enim θριγκὸς, τὸ ἀνώτατον τοῦ τείχους. Hom. Schol. Eustath. p. 1570, 12. θριγκός· ἡ τῶν τοίχων κόμη, ἡ στεφάνη ἡ στεφάνωσις. Unde et κακοῖς θριγκῶσαι infra animadvertemus. Hom. Odyss. X. 10. Ῥυτοῖσι λάεσσι καὶ ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ. BARNES.

499. Hesych. ῥυσοῖσι· ῥερυσηκόσι, γεραιοῖς. Cf. Wess. Probab. p. 47. BECK.

504. σύμβακχε. Constructio est: σύμβακχε θεοῖς, *comes deorum.* MUSGR.

505. οἴαις. Pro ἐν οἴαις, *in quantis calamitatibus*. Reisk.

507. ἄρσην σπορά. Vide Lobeck. ad Ajac. p. 271. seqq. Seidl.

512. πεσοῦσ'. Interpretor: *humi me projiciens*, non, quod verba tamen pati possent, *a rupis crepidine decidens*. Musgr.

513. τῶν δ' εὐδαιμόνων κ. τ. λ. Vide similes aliquot sententias Euripidis aliorumque Androm. 100. Iph. Aul. 159. Barnes.

521. τετραβάμονος ὡς ὑπ' ἀπήνης. *Ab Equo Durio, Græcos plaustri instar vehente*. De quo nos supra v. 14. Virgil. Æn. II. 15. *Instar Montis equum divina Palladis Arte Ædificant, sectaque intexunt abiete costas*, &c. Barnes.

523. οὐράνια. Id est, Μεγάλως, δεινῶς. Hinc οὐράνιον ὅσον Proverbium: *Toto cœlo*. Barnes.

524. ἔνοπλον. Interpretantur: *armis refertam*, quod si verum sit, eadem hic analogia erit, quæ in ἔνθηρον, Rhes. 285. ἔνσπερμος, ἔγκαρπος, Œd. Tyr. 25. ἔμμητρος, et ἔνδοξος apud Theophrastum, aliisque non paucis. Sic ἔμπαις est *prægnans* apud Hesychium v. ἠνδρωμένη. Galeno quoque ἔναιμα ζῶα sunt *animalia, sanguinem intus habentia*. Musgr.

527. ἀπὸ πέτρας σταθείς. Sic Homerus: στᾶσ' ἐξ Οὐλύμποιο ἀπὸ ῥίου, Iliad. X. 154. Noster Phœniss. 1223. ὑπῆρξ' ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς πύργου. Helen. 1591. ἐκ δὲ ταυρείου φόνου 'Ατρέως σταθεὶς παῖς. Plutarchus: ὁ Λαμπρίας ἐκ παραβύστου καθήμενος ἠρώτα, p. 1097. Ed. H. Steph. Musgr.

535. πᾶσα δὲ γέννα Φρυγῶν κ. τ. λ. Virg. Æn. II. 478. *Dividimus muros, et mœnia pandimus Urbi: Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum Subjiciunt lapsus, et stuppea vincula collo Intendunt. Scandit fatalis machina muros, Fœta armis: circum pueri innuptæque puellæ Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent*. Barnes.

538. λόχον 'Αργείων. Sic Herodotus: ξύλινον λόχον, III. 58. Tryphiodorus, v. 2. Καὶ λόχον 'Αργείης ἱππήλατον ἔργον 'Αθήνης. Musgr.

540. δώσων. Notent tirones generis enallagen. Δώσων enim pertinet ad γέννα Φρυγῶν, quam masculam sibi cogitavit poëta, in mente habens λαὸς vel tale quid. Conf. quem paulo ante citavimus Lobeck. ad Ajac. p. 271. seqq. Seidl.

541. ἀμβροτοπώλου. Valet ἀμβρότου πώλου, ut vere statuit Barnesius. Coalescit utique adjectivum cum substantivo, ut in αἰνολέοντα, Theocrit. XXV. 168. αἰνογιγάντων, Nonn. Lib. IV. αἰνόλυκον, Anthol. H. Steph. p. 250. αἰνοτύραννος, ibid. p. 401. Hæc igitur ἄζυξ ἄμβροτος πῶλος, Minerva utique erit. Quippe πῶλος Poëtarum sermone est virgo, ut Hecub. 139.

Hippol. 546. Χάριν πώλου interpretor *donum virgini.* Nec quisquam putet, genitivum huic sententiæ adversari. Sic enim νερτέρων δωρήματα sunt *dona mortuis oblata,* Orest. 123. Nec multum abludit τοῖς τῶν θεῶν θύμασι apud Platon. de Legibus, Lib. VII. p. 886. Ed. Fic. Reliqua, his constitutis, non multum difficultatis habent. Musgr. Citatis adde χαυνοπολίτης, Arist. Acharn. 635. et, quem locum Hermanno debeo, μονόλυκος, Arat. Dios. 392. Seidl. De constructione vide etiam Matt. Gr. Gr. §. 313.

542. Ad compositionem λίνοις κλωστοῦ, conf. Æschyl. Choëph. 504. qui inverse dixit κλωστὴρ λίνου. Seidl. ἀμφίβολα λίνα sunt *funes navim circumeuntes, quorum ope trahitur.* Musgr. Quod ad λίνος κλωστοῦ attinet, similia vide apud Matt. Gr. Gr. §. 375. 2.

546. πόνῳ καὶ χαρᾷ. *Labore,* quem in subvehendo equo ligneo sustinuerant, *et gaudio,* propter hostium, ut opinabantur, fugam et discessum. Brod.

547. νύχιον ἐπὶ κνέφας παρῆν. Tmesis, ἐπιπαρῆν. Virgil. Æn. II. 265. *Invadunt urbem somno vinoque sepultam.* Barnes.

550. ἀνὰ κρότον. Elliptice pro ἀνὰ κρότον ἦσαν, vel ἐστρέφοντο. Musgr.

554. οἴνῳ. Hoc pro ὕπνῳ Schæfero pariter atque Erfurdtio in mentem venit. Conferri jubet Erfurdtius Apoll. Rhod. I. 458. Valcken. ad Callim. p. 15. 262. Nostri Cyclop. 585. Schæfer. ad Plin. Epist. p. 145. Seidl.

562. λόχου. Ex equo insidioso. Barnes.

563. Ἄρης. Id est, ἄνδρες ἀρήϊοι, Ἀχαιοί. Barnes.

566. Syntaxis videtur esse: ἔν τε νεανίδων δεμνίοις καράτομος ἐρημία. Musgr. Seidlerus legit νεανιῶν, et καρατόμος ἐρημία νεανιῶν interpretatur *exitiosam, cædi obnoxiam solitudinem juvenum, qui non congregati sed dispersi atque a suis deserti, singuli in cubilibus opprimebantur.*

573. εἰρεσία μαστῶν. Audax locutio, cujus vim non ceperunt interpretes. Dictum erat, Andromachen in curru πορθμεύεσθαι: in qua voce manifesta ad navim allusio est. Currum pedes sequitur Astyanax, ut navim ἐφολκὶς (Herc. Fur. 1396.) non ille quidem remigio tractus, ut ἐφολκίδες, sed, quod remigii vim habet, mammarum desiderio. Sic utique solent infantes. Archias Antholog. H. Steph. p. 19. Ἡ δὲ μεθωδήγησεν ἀπὸ στέρνων προφέρουσα Μαζόν. Musgr.

575. φέρῃ. Hoc loco nolui mutare in φέρει, quod facere soleo in trimetris. Seidl.

579. Φθιώτας. Interpres cum παῖς connectit. Mihi potius

videtur accusativo plurali accipere, et cum ναοὺς connectere. Φθιώτας ναοὺς, *Templa Phthiotica*. MUSGR. Proximo versu verba ἀπὸ Τροίας conjunge aut cum δοριθηράτοις, aut potius cum οἶσιν, intellecto οὖσιν. SEIDL.

581. Ἀχαιοὶ δεσπόται κ. τ. λ. Antistrophica hæc esse primo adspectu apparet. Personarum responsio inversa est. Pessime vulgo versus distribuuntur. SEIDL.

590. Vulgo πόλεως. Mutavi in πόλεος. Ceterum attendat lector ad miram colloquii in hoc carmine rationem, quam facile apparet, ideo sic esse a poëta institutam, ut personarum quædam inter stropham et antistropham sit congruentia. Illam si, ut par erat, critica manus libris invitis restituisset, haud paucos futuros fuisse auguror, qui et ineptum colloquium dicerent, et putidam a nobis ob inanes causas poëtæ diligentiam affingi clamarent. At hic quidem percommode casu quodam magna est librorum in his ineptiis scilicet consensio. Monitum hoc volui aliorum locorum causa, quorum similis ratio est. SEIDL.

595. Legendum, ni fallor: σύ τοι, δεῖμ' Ἀχαιῶν, τέκνων δέ ποθ' ἁμῶν πρεσβυγενὲς, Πριάμῳ κόμισαί μ' εἰς ᾅδου. Hectorem liberorum Hecubæ natu maximum fuisse diserte docent Theocrit. Idyll. XV. 139. Herodot. p. 158. Ed. Wesseling. MUSGR. λῦμ' Ἀχ. Heathius recte vertit *pernicies Achivorum*. Videtur enim λῦμα idem esse quod λύμη. Admonuit me Hermannus loci Æschylei Prometh. 696. δυσθέατα καὶ δύσοιστα πήματα, λύματα, δείματα, ubi similis est vocabuli usus. Voce πρεσβυγενὴς eodem significatu utitur Homerus Iliad. Λ. 249. πρεσβυγενὴς Ἀντηνορίδης. Hesychius: πρεσβυγένεια· παλαιοτέρα γένεσις. Nec officit locus Cratini Excerpt. Grot. 493. ubi χρόνος dicitur πρεσβυγενὴς, tempore enim nihil prius natum putatur. SEIDL.

598. κοίμισαί μ' ἐς ᾅδου. Male vulgo κόμισαί μ' εἰς ᾅδου. Soph. Ajac. 831. καλῶ θ' ἅμα πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι. coll. ejusd. Electr. 509. et Trach. 1041. et Nostri Hippol. 1377. SEIDL.

599—611. Plerosque hos versus heroicos esse viri docti dudum intellexere; sed de personarum distributione diversi diversa sentiunt. Primum notatu dignum est, universam partem priorem usque ad verba δήλια Τροία a Cod. Harl. soli Choro tribui. Et sane unius illa personæ esse dubitari vix potest: utrum Chori, an Andromachæ, illud quærendum est. Nam Hecubæ quidem, quæ aperte compellatur, nullæ hic partes sunt. Choro si assignentur, legendum certe erit σχέτλιαι, v. 599. quod, cur Hecubam solam compellet Chorus,

nulla causa apparet. Sed vel sic verba, quæ paulo post leguntur, ὅτε σὸς γόνος ἔκφυγεν ᾅδαν, ob eandem causam aliquid offensionis habent. Si mecum Andromachæ tribuas, neque mutandum quidquam est, neque offensio ulla relinquitur. Atque, quum proxima oratio aperte ad Hecubam pertineat, probabile est, etiam Andromacham hic quædam habuisse. Denique, si totius loci nexum spectaris, senties, hic satis iniquo loco Chori personam inferri. Andromacha et Hecuba, ultimum jam se invicem visuræ, spectatorum oculos averterant, neque eas par erat post primas statim exclamationes tacere, sed ad sedatiorem querelam paulatim descendere debebant. Hanc demum recte excipit Chorus dicto illo communi, v. 612. ὡς ἡδὺ δάκρυα τοῖς κακῶς πεπραγόσιν. SEIDL.

601. ὅτε σὸς γόνος ἔκφυγεν ᾅδαν. *Tum, cum filius tuus mortem effugit.* Vide Androm. 297. MUSGR. Ad hunc locum Scholiastes: κατ' ὄναρ γὰρ θεασαμένη ἡ Ἑκάβη, ὅτι λαμπάδα ἐγέννησεν, ἅμα τῷ τεχθῆναι τὸν Ἀλέξανδρον ἐδυσφόρει καὶ εἴρετο τοὺς μάντεις. Οἱ δὲ ἔφασκον, χρῆναι τὸ τεχθὲν φονεῦσαι. Ἡ δὲ ἐξέθηκε αὐτὸ, μὴ τολμῶσα φονεῦσαι. Rem extra dubitationem ponit infra v. 915. δεύτερον δ', ἀπώλεσεν Τροίαν τε κἄμ' ὁ πρέσβυς, οὐ κτανὼν βρέφος, Δαλοῦ πικρὸν μίμημ', Ἀλέξανδρόν ποτε. SEIDL.

604. ζυγὰ ἤνυσε. Sophocles: ἐξανύσειν κακὰν μοῖραν, Ajac. 944. ἀνύσειν ᾅδαν, ibid. 614. Eurip. ἤνυσαν τὸν ᾅδαν, Supplic. 1149. MUSGR.

606. δόμον. Ita libri sine sensu. Heathius: "Hunc versum (ὦ πατρὶς, κ. τ. λ.) Andromachæ potius tribuendum existimo, quæ jam tum ad Neoptolemi naves abducebatur. Respondet vero Hecuba versu proxime sequenti: κἀγὼ δόμον, ἔνθ' ἐλοχεύθην, ubi repetendum ἀπὸ κοινοῦ verbum δακρύω. Puerperia certe præ cæteris Hecubæ deflenda erant, cui quinquaginta liberi Achivorum ense perierant." Bene quidem hoc, modo cætera satis convenirent. Nam Hecubæ hæc omnia tribuenda esse vix dubium est. Equidem incideram in κλαίω δόμον, ἔνθ' ἐλοχεύθην. Ad ἐλοχεύθην conf. Nostri Bacch. 3. SEIDL. Nihil mutatione opus est, si modo voces νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς, cum Matthiæo parenthetice sumantur.

607. ἐρημόπολις. Simillima compositio est ἐρημοκόμης, *calvus*, qua usus est Philippus Thessal. Brunck. Anal. II. p. 230. SEIDL.

612. κακῶς πεπραγόσι. Ald. et Stobæus Serm. CXXI. (Flor. p. 503.) κακῶς πεπονθόσι. Noster Alcest. 976. τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι, Κακῶς κλύοντι, καὶ κακῶς πεπραγότι; conf. Orest. 87. Suppl. 327. Heracl. 499. Hercul. Fur. 695. SEIDL.

613. θρήνων ὀδυρμοί. Confer ἄλγη κωκυμάτων, Lycophron. v. 408. Musgr. Μῆσα δ', ἣ λύπας ἔχει. Melpomene, de qua Virgilius: *Melpomene tragico proclamat mæsta boatu.* Barnes. Vide ad Hec. 295.

615. Post εἰσορᾷς sive interrogandi sive exclamandi signum ponas, perinde est. Talis enim interrogatio exclamationis vim habet. Seidl.

616. πυργοῦσ' ἄνω. *In alto collocant.* Ita Hesiod. Op. D. 5. Ῥέα μὲν γὰρ βριάει· ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει· Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης. Æsopus, olim interrogatus, quid ageret deus, respondit: *Sublimia et caput tollentia sternit, humilia autem erigit.* Ante omnia vero θεοτόκος illa humillima virgo, in celeberrimo illo hymno, *Magnificat* dicto: Luc. I. 51. Διεσκόρπισεν (ὁ Θεὸς) ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν. Καθεῖλε Δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς, κ. τ. λ. Barnes. Hinc etiam Horat. Carm. I. 34. 12. *Valet ima summis Mutare, et insignem attenuat Deus, Obscura promens.*

617. τὰ δοκοῦντ'. Sic κἀκ τῶν δοκούντων, Hec. 292. Musgr.

622. ἄλλος τις Αἴας. Ita Agamemnonem vocat, quod, sicut Ajax Oilei, ita nunc et ipse raperet Cassandram. Sic Virgil. Æn. VI. 89. *Alius Latio jam partus Achilles.* Barnes.

626. τέθνηκέ σοι παῖς. Vel hinc scire licet, quantopere sibi indulgeant Poëtæ in ordinandis suis Fabulis: alia enim est hic Œconomia de Polyxenæ morte, quam fuerat in Hecuba; de qua re nos plus semel. Barnes.

627. ἀψύχῳ. Hermannus conjecit εὐψύχῳ. Sed præstat vulgata. Notat Andromache indignitatem facti, quod mortuo, qui sensu careat, vita Polyxenæ tanquam dono sit oblata. Seidl.

629. οὐ σαφῶς. Vide supra v. 272. ubi aperte dicit Talthybius: ἔχει πότμος νιν, ὥστ' ἀπηλλάχθαι κακῶν, quod tamen Hecuba non de morte, sed de sorte tantum, intellexit; ut et iste locus probat, ubi nihil aliud de Polyxena aut quærit, aut queritur: sed de Andromacha quæstionem facit; in hoc vero loco extra dubium res ponitur. Barnes.

631. κἀπεκοψάμην νεκρόν. De planctu super mortuos vide Joh. Kirchmanni Funer. Roman. II. 11. Barnes.

632. προσφαγμάτων. Subaudi ἕνεκα. Barnes.

636. τῷ βλέπειν. Vide ad Alcest. 18. Suppl. 77.

637. τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν, κ. τ. λ. Theocrit. Idyl. IV. 42. ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

638. Loci Ionis 1323. Musgravio ad h. l. citati plane diversa ratio est. Equidem in textu præter interpunctionem

manifesto falsam nihil mutare ausus sum. Suspicor tamen, Euripidem scripsisse: Ὦ μῆτερ εὐτεκνοῦσα κάλλιστον, λόγον Ἄκουσον, sive potius λόγων ἄκουσον. Noster Hec. 576. εὐτεκνωτάτην δέ σε Πασῶν γυναικῶν, δυστυχεστάτην θ' ὁρῶ. Ibid. 615. Ὦ πλεῖστ' ἔχων, κάλλιστά τ' εὐτεκνώτατε Πρίαμε. ubi vide Porsonum. Verbo εὐτεκνεῖν Euripides utitur Fragm. Meleag. X. 2. Litteræ ω confusæ cum εὐ exemplum invenies in Gregor. Corinth. p. 469. Schæf. SEIDL.

641. κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν. Æschyl. Prometh. 775. Κρεῖσσον γὰρ ἐσθ' εἰσάπαξ θανεῖν, Ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς. BARNES.

642. Locus difficillimus, quem nemo dum explicuit. Illa quidem, ὁ δ' εὐτυχήσας εἰς τὸ δυστυχὲς πεσὼν Ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας, oppositam sententiam requirere videntur hanc: *qui felicitatem non novit, is non dolet.* Unde legendum suspiceris: ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν τῶν καλῶν ᾐσθημένος; *doletne is, qui felicitatem non novit?* Ita totius loci nexus hic esset: *Non natum esse et mortuum esse, idem est, sed vita ærumnosa mors potior. Neque enim dolet is, qui ea, quæ bona habentur, non novit, sed is demum dolet, qui secundam fortunam expertus ad mala dejicitur propter ipsum amissæ felicitatis desiderium. Polyxena vero sic mortua est, ut si non nata fuisset, ideoque non novit suum infortunium, quippe secundam fortunam non experta.*—Interrogatio tamen illa ab hujus loci natura aliena videtur: itaque vide, ne exciderint quædam hoc modo: ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν * * * * * * οὐδὲν τῶν καλῶν ᾐσθημένος· quæ errore librariorum in duplici οὐδὲν errantium depravata sint. Æmilius Portus illud οὐδὲν communiter et ad ἀλγεῖ et ad ᾐσθημένος pertinere putat. Idem voluisse videtur Hugo Grotius vertens: *Non esse natum par puto et natum mori, Mors ipsa vita melior ærumnabili. Namque ubi nec ullus sensus, ibi nullus dolor. At quem calamitas ante felicem obruit, Fortuna oberrat semper huic animo prior. Hæc quam tulere fata, ceu numquam diem Vidisset, ipsa quæ habuit ignorat mala.* SEIDL.

644. ἀλᾶται. Conferendum Pindari εὐφροσύνας ἀλᾶται, Olymp. I. Epod. 2. MUSGR.

648. τῆς τύχης ἡμάρτανον. Persistit poëta in metaphora, a Sagittario longe a scopo aberrante ducta. BROD.

651—660. Totus hic locus, quamquam, quod singulas sententias attinet, Euripide satis dignus, magnopere tamen vereor, ne ab Euripide non sit profectus. Quem si vel concedam Euripidis esse, illud certe persuasissimum habeo, huic

cum nexui primitus non potuisse destinatum esse. Sed inest etiam vox non tragica εἰσεφρούμην. Verbum φρεῖν cum compositis suis vulgari sermoni est proprium, quo, si recte memini, nemo tragicorum usus est. Deinde, quod illi πρῶτον μὲν in sequentibus respondeat, frustra quæras; nec ipsa illa locutio, ἔνθα κἂν προσῇ κἂν μὴ προσῇ, ψόγος γυναιξὶν, offensione caret. Postremo vide, quam egregie, omisso hoc loco, sententiæ coëant: ἃ γὰρ γυναιξὶ σώφρον' ἔσθ' εὑρημένα, Ταῦτ' ἐξεμόχθουν Ἕκτορος κατὰ στέγας. Καὶ τῶνδε κληδὼν εἰς στράτευμ' Ἀχαϊκὸν Ἐλθοῦσ' ἀπώλεσέν με. SEIDL. Fallitur in eo, quod dicit, φρεῖν cum compositis suis Tragicos non usurpare. Vide ad Herc. F. 1238.

660. κείνῳ τε νίκην ὧν μ' ἐχρῆν παριέναι. Huc refer illud Philemonis: Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν, ὦ Νικοστράτη, Μὴ κρείττον' εἶναι τἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπήκοον· Γυνὴ δὲ νικῶσ' ἄνδρα κακόν ἐστιν μέγα. BARNES.

671. ἀπέπτυσ' αὐτήν. Vide ad Hec. 1252.

686. οὐδὲ κλέπτομαι φρένας. *Nec mentem meam falsis rationibus decipio.* BROD.

687. πράξειν τι κεδνόν. Verte: *Fortunam, quæ me digna sit, ullam me manere.* HEATH. Dictum igitur est pro εὖ πράξειν. Grotius Excerptt. p. 299. ubi male legitur τὸ κεδνὸν, vertit: *Quin ipsa, cunctis quæ super mortalibus, Me spes reliquit; fractus heu nihil inclitum Sibi fingit animus. Dulce credulitas quoque.* SEIDL. ἡδὺ δ' ἐστὶ, καὶ δοκεῖν. Ita in Orest. Κρεῖσσον δὲ τὸ δοκεῖν, κἂν ἀληθείας ἀπῇ. BARNES.

688. εἰς ταυτὸν ἥκεις. Scil. ἐμοί. Conf. Hec. 781. Orest. 1269. Hipp. 272. SEIDL.

693. Ad πόνων subauditur ἐκ. *Alacriter enituntur, ut e periculis salvi evadant.* HEATH.

695. ἄντλον εἴργων ναός. *Prohibens a navi* submergenda *aquam sentinæ;* id est, sentinam exhauriens. Confer Scholiast. ad Æschyl. Theb. 802. MUSGR.

715. Πελοπιδῶν. *Agamemnonis* et *Menelai.* BARNES.

722. πλὴν ἐὰν λέγῃς καλά. Id est, *non cunctandum,* ἐὰν λέγῃς καλά. SEIDL.

730. ἀλλ' ὡς γενέσθαι. De hac phrasi nihil certi statuere licet. Exstat quidem Hecub. 871. Iphig. in Taur. 589. sed ita, ut vis ejus neutro in loco perspicua sit. Mihi videtur esse vox cunctanter et verecunde precantis, quale est Latinorum *quæso.* MS. Harl. γενέσθω, quod forte verum. MUSGR. Vide ad Hec. loc. cit.

736. οἷοί τε. Subaudi ἐσμέν. Οἷός τε εἰμὶ nota phrasis, pro

δύναμαι, et οἷόν τε pro δυνατόν. Exempla passim occurrunt, apud Æschylum, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem, aliosque, præsertim Atticos Scriptores. Barnes.

737. σε δρᾷν. Hoc habent duo MSS. Musgravii. Recte. Editiones σε χρὴ, quod ab explicatore additum in textum venit. Simili modo χρὴ intelligitur apud Callimach. Hymn. in Apollinem, v. 12. μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ' ἄψοφον ἴχνος, Τοῦ Φοίβου, τοὺς παῖδας ἔχειν, ἐπιδημήσαντος. Seidl.

738. ῥιπτεῖν ἀράς. Vide ad Hec. 332.

744. ὦ φίλτατ', ὦ περισσά. Huc refer Senecam in Troad. 764. *O dulce pignus, O decus lapsæ domus! &c.* τιμηθεὶς τέκνον est σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον· τέκνον enim de masculo cum dicatur, postulat participium ejusdem generis. Barnes.

751. Aldi lectio σφάγιον recte in σφαγεῖον mutata est; cf. Æschyl. Agam. 1100. ubi vox activam vim habet, quæ nostro loco passive accipienda est. In fine versus legitur ἐμὸν, pro quo Musgravius et Reiskius reponi jubent ἐγώ. Quod ego dedi facilius est. Duplex dativus non debet offendere, quorum prior ad σφαγεῖον, alter ad τέξουσα pertinet. Alio sed simili modo supra v. 639. σοι τέρψιν ἐμβαλῶ φρενί. Seidl. τέξω futurum verbi τίκτω exstat Æschyl. Prom. 850. 868. Musgr.

755. νεοσσὸς ὡσεὶ πτέρυγας εἰσπιτνῶν ἐμάς; Frequens est hæc figura, et a clementissimo domino nostro usurpata D. Matth. xxiii. 37. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει Ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Quod fere ad verbum noster Poëta exprimit Hercul. Fur. 71. Οἵ θ' Ἡράκλειοι παῖδες, οὓς ὑπὸ πτεροῖς Σώζω νεοσσοὺς, Ὄρνις ὡς, ὑφειμένη. Barnes. Vide ad Alcest. 416.

760. ἀποῤῥήξεις. *Efflabis*, vel *effundes*. Sic ῥήξασα νάματα, *effundens latices;* Soph. Trachin. 936. Musgr.

764. μάτην δ' ἐμόχθουν κ. τ. λ. Non puto damnandum esse versum cum Valckenærio. Vide Pors. ad Med. 1018. Hermann.

770. ὦ Τυνδάρειον ἔρνος. Lacedæmon, F. Jovis, Amyclam, qui Argulum, qui Œbalum, qui Tyndarum genuit. Barnes.

773. ὅσα τε. Noster Hippol. 1268. ὅσα τε γᾶ τρέφει. Seidl.

786. Qui sequuntur anapæsti (ad v. 793.) Andromachæ perperam tribuuntur, quæ scilicet scenam post v. 783. reliquerat. Quin etiam Talthybii personæ multo melius, imo unice, conveniunt. Ex Tyrwhitt. Musgr.

792. Pro ὑμετέρας rescribo ἡμετέρας, et totum locum sic verto:

Talium autem præconem esse oportet, qui immisericors est, et impudentiæ magis, quam nostræ sententiæ, amicus. Ex Tyrwhitt. Conf. v. 714. seqq. Musgr.

798. κόπης. Ita dedi ex conjectura, assentiente Hermanno. Vulgo κτύπης contra metrum. Æschyli Choëph. 21. ὀξύχειρι σὺν κόπῳ, ubi alii habent σὺν κόπτῳ, alii σὺν κύπτῳ vel συγκύπτῳ. Supra v. 631. ἔκρυψα πέπλοις κἀπεκοψάμην νεκρόν. Conf. Arist. Ran. 1268. δύο σοι κόπω, Αἰσχύλε, τήτω. Marklandus, cui Musgravius adstipulatur, legendum putat τυπὰς, ad Suppl. 98. citans Suidæ glossam, τυπῇσι· πληγῇσι. Sed hæc glossa est ex Hom. Il. E. 887. Seidl. De capillorum lacerationibus in luctu, deque planctu et στερνοτυπίᾳ, vide Joh. Kirchmann. de Funerib. Romanor. II. 11. 12. Barnes.

803. Τελαμών. Telamon, Æaci filius, frater Pelei, unus ex Argonautis, sociusque Herculis in expugnatione Trojæ. Hic, quod omnium primus murum conscendisset, virtutis mercedem tulit Hesionen, Laomedontis filiam Priamique sororem, ex qua Teucrum suscepit, cum jam Ajacem ex alia uxore genuisset, qui patris sui nomine Telamonius ab Homero appellatur. Hic erat rex insulæ Salaminis, de qua vide historicos Græcos, Justinum quoque, Pausaniam et Eustathium p. 285, 36. Hujus autem belli hanc causam refert Dictys Cretensis, ut et poëma, Τρωϊκὰ dictum, quod Argonautas, ad Trojana littora forte, dum aureum vellus peterent, appulsos, inhumanius exceperit Laomedon. Quare Colchica expeditione finita, hanc injuriam Hercules et Telamon Trojæ excidio vindicarunt. Aliam causam vide Apollodori Bibliothec. II. 4. 9. et infra ad vv. 812. 819. Barnes. Non male Musgravius ad h. l. sed melius Reiskius, quem secuti sumus. Γλαυκᾶς ἐλαίας Noster dixit Iphig. Taur. 1070. et Pindarus Olymp. III. 23. γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας. Seidl.

805. ἐπικεκλιμένας. *Vicinæ;* ut λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισσίδι, Hom. Il. E. 709. πόντῳ κεκλιμένην, Apollon. Rhod. Lib. I. Musgr.

811. ὅτ' ἔβας ἀφ' Ἑλλάδος. Hæc a poëta non esse profecta, et inepta sententia et metrum docet. Hermannus hæc adnotat: "Legendum videtur ἔβα, quod de Hercule dictum fuisse sequentia docent. Ineptus interpretator lacunam panno explevit, nec metro nec sensui conveniente." Seidl.

812. Ἑλλάδος ἄνθος. Id est, ἄνθος ἡρώων, non, ut ridicule quidam, πώλων ἄνθος: πώλων enim, subintellecto ἕνεκα, regitur ab ἀτυζόμενος. Sic Pindarus dixit ἡρώων ἄωτον. Sic Plautus in Casina: *Ea tempestate Flos Poëtarum fuit.* Barnes.

813. ἀτυζόμενος πώλων. *Iratus ob equos,* quos cum Herculi primum Laomedon promiserat, post interfectum marinum monstrum et Hesionem liberatam, rursus rex perfidus denegavit. Hæc causam dirutæ ab Hercule Trojæ Homerus ponit; et Ovid. Metamorph. Lib. XI. Fab. 6. *Regis quoque Filia Monstro Poscitur æquoreo; quam dura ad saxa revinctam Vindicat Alcides, promissaque munera dictos Poscit Equos, tantique operis Mercede negata Bis peritura capit perjuræ mœnia Trojæ.* Vide etiam supra ad v. 803. Barnes.

816. Exquisita vox τυκίσματα vereor ut recte loco moveatur. Utitur hac voce Lycophron. Alex. 349. quem locum citat Hemsterhusius ad Polluc. X. 147. Explicat Tzetzes per κατασκευάσματα. Hesych. τύκω, ἑτοιμάζω, ad quam glossam Sopingius comparat Polluc. VII. 125. τύκοι, ἀφ' ὧν καὶ τὸ τυκίζειν. Cf. Nostri Hercul. Fur. 925. φοίνικι κανόνι καὶ τύκοις ἡρμοσμένα. et ibi Interpp. Seidl.

819. Proprie significare videtur πίτυλος quemvis strepitum a motibus sibi ordinatim succedentibus ortum, v. c. de strepitu remigantium, aut aquarum decurrentium, etc. dicitur. Hoc loco δυοῖν πιτύλοιν puto denotare *binos assultos;* strepitu, qui ex assultu oritur, pro ipso assultu posito. Additur δὶς rei illustrandæ causa. Sensus: *Bis vero* (i. e. nunc, et olim, duce Hercule) *et binis assultibus* (quæ verba geminam Trojæ expugnationem respiciunt) *cruenta evertit hasta muros,* etc. Commatis nota ponenda post δὶς, δὲ, et post πιτύλοιν. Heath.

822. ἁβρὰ βαίνων. Vide Schæf. ad Bos. Ell. Gr. p. 36. ed. Oxon.

823. Λαομεδόντιε παῖ. *Ganymedes; Jovis Pincerna;* quem contra omnium opinionem Laomedontis filium vocat Euripides: natus est enim Troë patre. Brod. Euripides non magis hoc in loco Ganymedem vocat Laomedontis filium, quam Virgil. Æneam vocat, qui et illi *Laomedontius,* hoc est, simpliciter *Trojanus.* Sic Λαομεδόντιε παῖ, *Trojane Puer.* Sic Virgil. Æn. VII. 105. *Laomedontia pubes,* i. e. *Trojana.* Audacius certe Lucianus in Charidemo filium vocat Dardani: Γανυμήδης ὁ Δαρδάνου. Barnes.

826. Post γειναμένα libri addunt Τροία, haud dubie ex interpretatione. Delendum esse monuit Musgravius. Vide Schæf. ad Lamb. Bos. p. 80. Seidl.

830. εὐνάς. Ita reponi jussit metri ratio. In libris est εὐνάτορας, illius explicatio. Ceterum subaud. βοῶσιν. Seidl.

834. νεαρὰ χάρισι. Musgravius conjicit νεάρ' ἀχάρισι, *ingrato*

solio. Sed vulgata genuina. Conjunge χάρισι τέρφεις, i. e. *lætitia alis.* SEIDL.

846. ἁμέρας. Non per *Diei*, ut ante, sed *Auroræ*, reddidi; Eam enim et illius Amores cum Tithono tangit Chorus post Ganymedem. Adeo vero non est novum, Ἡμέρα dici pro Ἠώς, ut etiam prosæ scriptores ita loquantur. Ita enim Didymus in illud Homeri Iliad. Λ. 1. Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο Ὤρνυτο. BARNES. Tzetzes ad Lycophron. v. 18. τὸν Τιθωνὸν τῆτον σύνευνον ἔσχεν ἡ Ἡμέρα. iterumque; ἡ Ἡμέρα σύνευνον τῆτον ἔσχε. Adde Pausan. p. 101, 9. MUSGR.

847. φέγγος ὀλοὸν εἶδε γαῖαν. Id est, ὀλόοφρον εἶδεν ἐς γαῖαν. Nam ὀλοὸς vix dici posse putamus pro ὀλόμενος. SEIDL.

849. τᾶσδε γᾶς. *Ex hac terra.* Sic nonnunquam Tragici. Sophocles Ajac. 427. οἷον ἥτινα στρατῆ. Antig. 295. ἄνδρες πόλεως. Œd. Colon. 726. γᾶς Ἀσίας. Confer etiam Ajac. 1068. 1199. MUSGR. Ad ἔχουσα conf. not. ad v. 540. SEIDL.

851. τέθριππος ὄχος ἀναρπάσας. Nonnulli *unicum* equum Auroræ tribuunt, videl. Pegasum, (credo nempe, quia Aurora Musis amica) ut Eustathius et Lycophron: Ἠὼς μὲν αἰπὺν ἄρτι Φηγίου πάγον Κραιπνοῖς ὑπερποτᾶτο Πηγάσου πτεροῖς. Alii albos equos, ut Theocritus in Hyla; v. 11. Οὐδ' ὅκχ' ἁ λεύκιππος ἀνατρέχει ἐς Διὸς Ἀώς. Alii *bigas*, ut Virgilius Æn. VII. 26. *Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.* Idem tamen alias *quadrigas* Auroræ assignat, ut hic Euripides; videl. Æn. VI. 535. *Hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis Jam medium æthereo cursu trajecerat axem.* BARNES.

852. χρύσεος. Non ausus sum hanc librorum omnium lectionem mutare. Barnesius reposuit κρόκεος. Musgravio in mentem venit ῥόδεος, Hermanno φλόγεος. Ceterum si quis vocem χρύσεος pro trocheo accipiat, duabus postremis syllabis in unam eamque brevem contractis, etsi hoc fieri posse haud negaverim, satis tamen videtur durum. SEIDL.

853. τὰ θεῶν δὲ Φίλτρα φροῦδα Τροίᾳ. *Jovis vero erga Ganymeden, et Auroræ in Tithonum,* ne dicam, quod poëta omisit, Veneris erga Anchisen, *amor, nullum Trojæ pereunti auxilium adfert.* De his tribus Ovid. Epist. Paris Helenæ: *Phryx erat et nostro genitus de sanguine, qui nunc Cum diis potando nectare miscet aquas: Phryx erat Auroræ conjux; tamen abstulit illum Extremum noctis, quæ dea finit iter. Phryx erat Anchises: volucrum cui mater Amorum Gaudet in Idæis concubuisse jugis.* BARNES.

858. Hic versus aliquid offensionis habet. Canterus et Musgravius pro καὶ conjecerunt κατὰ, quod metro adversatur.

Videtur Menelaus in scenam prodiisse cum militum comitatu. Quare vereor, ne dicat hoc: *Hicce ego Menelaus sum exercitusque meus.* Initium Persarum Æschyli, plurimique alii Tragicorum loci hanc rationem vindicabunt. SEIDL.

874. ὅσων. Ita MSS. tres; Bene. Sic supra v. 364. ποινὰς ἀδελφῶν καὶ πατρὸς λαβοῦσ' ἐμοῦ. Aldus et antiquæ editiones ὅσοι. SEIDL. Vide ad Iph. T. 147.

879. ὦ γῆς ὄχημα. Male γῆν pro γῆς habet Clem. Alex. Admonit. ad Gentes, p. 15. Quippe ὄχημα nominativi casus est. Aristoph. Nub. Ὦ δέσποτ' ἄναξ ἀμέτρητ' ἀὴρ, ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον. In quem locum Scholiastes: ὃς παρείληφας τὴν γῆν καὶ βαστάζεις. δόξα γάρ τις ἐθρυλλεῖτο τῶν Φυσικῶν, ὅτι πλατεῖα οὖσα ἡ γῆ, ὀχεῖται ἐν τῷ ἀέρι. MUSGR.

880. δυστόπαστος εἰδέναι. Simonides interrogatus ab Hierone Tyranno, *quid esset DEUS*, dixit, se cras responsurum; crastino mane interrogatus alium diem poscebat ac perinde alium atque alium, donec miratus Hiero causam hujus moræ quæsivit; cui Simonides: "*Quo penitius Dei naturam introspexeris, eo magis impervestigabilem agnosces; quoque magis Deum cognoveris, eo minus aut illum animo comprehendere, aut lingua explicare, valeas.*" Ita Divus Paulus, Ep. Rom. xi. 33. Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Idem verbum habes Supplic. 137. BARNES.

881. εἴτε νοῦς βροτῶν. Ita citat Plutarch. Op. Mor. p. 1886. Ed. H. Steph. estque procul dubio verum. Fuere enim, qui serio mentem humanam pro Deo haberent. Hinc Cicero: *cur autem quidquam ignoraret animus hominis, si esset Deus?* De Nat. Deor. I. 11. Sic mens humana Philoni Judæo est mentis divinæ ἀπόσπασμα οὐ διαιρετὸν, p. 116. Vide et p. 147. Ed. Turn. MUSGR. Conjecit Bouhierius ad Cic. N. D. νοῦς κρατῶν.

882. προσηυξάμην σε. *Veneror Te,* i. e. nunc demum Deum Te agnosco, rebus humanis invigilantem. Ita utique solent, quibus læti aliquid in magno infortunio accidit. Æschyl. Pers. 497. θεοὺς δέ τις Τὸ πρὶν νομίζων οὐδαμοῦ, τότ' ηὔχετο. MUSGR.

894. βούλομαι. Post hanc vocem plene interpungit Aldus. Malui hic ita distinguere, ut interrogatio sit indirecta. Etiam Brodæus vertit: *quæ fuerint de me latæ sententiæ.* SEIDL.

901. τοῦδε. Scil. τοῦ ἀπολογεῖσθαι. BARNES.

912. Distinguendum post ἀντιθεῖσ', et iterum post σοῖσι, ut constructio sit, ἀμείψομαι τοῖς σοῖσι (scilicet λόγοις), ἀντιθεῖσα τἀμὰ καὶ τὰ σὰ αἰτιάματα. *Tuæ orationi respondebo, opponens*

sibi ex adverso et meas et tuas criminationes, i. e. quæ ego tibi et quæ tu mihi velut crimina mutuo imputamus. HEATH. Recte. Fallitur tamen idem vir, quum Brumœum secutus putat, hæc ad Hecubam dirigi. Tum enim poëta dixisset ἰοῦσαν, non ἰόντα. Nec convenit in proximo versu ἥδε. SEIDL.

922. Ἥρα δ' ὑπέσχετ' κ. τ. λ. Recte vertit Barnesius: *Juno vero promisit, Asiam Europæque fines illum regnum habiturum*. SEIDL.

928. οὐ κρατεῖσθ'. Bene ante ἢ majorem distinctionis notam ponit Aldus. Non multum differt Erfurdtii sententia, qui ad Soph. Ajac. p. 517. verba τοσόνδ' οὑμὸς γάμος ὤνησεν Ἑλλάδ' in parenthesi ponenda existimat. Neque enim infinitivus esse potest κρατεῖσθ', quem esse opinati sunt Reiskius, et, ut videtur, alii; etiam Lobeck. ad Ajac. p. 248. Recte dici οὔτε— ἢ multis exemplis ostendit Schæferus ad Lamb. Bos. de Ellips. p. 228. seq. SEIDL. Omnia integra. *Nec bello victi, nec jugo recepto, sub barbaris estis*. HERMANNUS.

931. πραθεῖσα. *Vendita a Venere*; illa enim Paridi promisit Helenam, si aureum illi pomum daret, pulchritudinis symbolum et præmium. BARNES.

938. ὃν, ὦ κάκιστε, κ. τ. λ. Cum Paris Lacedæmona appulisset, a Menelao est honorificentissime receptus: sed quia per id tempus Menelaum oportebat, ad dividendas Atrei opes, Cretam adire, ille Paridem domi relinquens, Helenæ mandavit, ut non minorem hospitis, quam sui ipsius, curam gereret. Hinc merito ridetur a Paride in epistola ad Helenam: *Non habuit tempus, quo Cressia regna videret, Aptius. O mira calliditate virum!* BARNES.

941. Male vulgo post ἑσπόμην distinguitur, non post ξένῳ. Cf. infra v. 1004. ἕποι' ἅμ' αὐτῇ. Hercul. Fur. 1294. ἕπου ἅμ' ἡμῖν. SEIDL.

945. κείνης δὲ δοῦλός ἐστι. Jupiter, cæteris diis major, Veneri cedit soli; cujus potentiæ succumbens, Europen, Danaën, Semelen, Alcmenam, Maiam, Latonam, Cererem, Ledam, Io, Callisto, aliasque innumeras mortales et deas compressit; de quibus amoribus vide Hom. Iliad. Ξ. Ovid. Metamorph. aliosque. BARNES.

955. Δηΐφοβος. Post occisum a Philoctete Paridem frater Deiphobus Helenam uxorem suam fecit. De hac re vide Virgilium, Æn. VI. 524. Et Scholiastes ad Eurip. Androm. 228. Helenæ maritos enumerat, Θησέα, καὶ Μενέλαον, Ἀλέξανδρον καὶ Δηΐφοβον. BARNES.

957. δικαίως. Leni emendatione opus est. Lege δίκαιος.

Δίκαιος feminino genere apud Nostrum occurrit, Iphig. Taur. 1169. Heracl. 896. et alibi. Loci sensus est: *quomodo igitur juste moriar, O marite, quum, quod te attinet, justa fui.* Hermannus tamen, qui δίκαιος probat, constructionem ita potius accipi jubet: πῶς ἂν ἐνδίκως δίκαιος θνήσκοιμι πρὸς σοῦ, *quomodo ego prorsus jure a te occidar.* SEIDL.

958. τὰ δ' οἰκόθεν κ. τ. λ. Vertas: *Quod autem illa domestica attinet,* scil. in v. 939. memorata, *pro palma pulchritudinis in servitium misere redacta fui.*

962. Immerito hunc locum tentat Valckenærius Diatr. p. 257. A. legendum existimans, πειθὼ διαφθερεῖ σε τῆσδ'. Recte vertit Grotius Excerpt. p. 301. *Regina, patriam vindica et prolem tuam Hujus refellens dicta. Scit pulchre loqui, Cum prava faciat.* SEIDL.

968. ὥσθ' ἡ μὲν Ἄργος κ. τ. λ. De Argis, Junonis deliciis, vide quæ nos ad Rhes. 372. Æque autem Pallas putatur amasse suas Athenas; nec ideo probabile est, illam ob pulchritudinis nomen urbem tam caram Phrygibus subjicere. Vide piam Poëtæ sagacitatem, qua omnem arripit occasionem patriam suam decorandi. BARNES.

969. δουλεύειν. Pendet ab altero verbo ἀπημπόλα, i. e. ἀπημπόλα, ὥστε δουλεύειν. MUSGR.

970. Jure Valckenærium reprehendit Heathius corrigentem ad Phœniss. 1336. τί παιδιαῖσι, κ. τ. λ. Sed quod idem Britannus dicit, formulam loquendi plane ironicam esse, *quæ scilicet, et Helenæ credis, ad Idam venerunt,* in eo, opinor, fallitur. Factum Hecuba non negat, sed jocum fuisse dearum, cui tam seriæ promissiones minime conveniant. SEIDL.

971. τοῦ. Pro τίνος; et est interrogativum. SEIDL.

974. Vulgo πειρωμένη. Accusativo subjecto non memini me legisse. An ergo legendum θηρωμένη. Sic θηρᾷ γαμεῖν με, Helen. 63. θηρεύων γάμους, ibid. 314. MUSGR. Verbo paulo fortiori bene Hecuba usa sit, quo res videatur insolentior. Sed jam sanam vulgatam puto, mutata, ut fecimus, interpunctione. Constructio est: ἢ ὡς λάβοι γάμον Ἀθάνα, πειρωμένη τινὸς θεῶν; i. e. *tentans, pelliciens ad se deorum aliquem.* SEIDL. Vulgo interrogationis notam ad πόσιν habent.

977. Legitur μὴ πείσῃς. Loci sensus poscit μὴ οὐ. SEIDL.

981. αὐταῖς Ἀμύκλαις. Amyclæ urbs Laconiæ, in qua nati Castor et Pollux, regia autem Tyndari, Helenæ patris. Dionysius Perieg. Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν. Scholiastes: Ἀμυκλαίων, ἤτοι Λακώνων, ὡς ἀπὸ μέρους· μερὸς γὰρ Λακώνων αἱ Ἀμύκλαι. BARNES.

985. καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς. Versum hunc citat Aristoteles Rhetor. Lib. II. Et Phurnutus, ad hunc locum respiciens: ἤ, ὡς Εὐριπίδης ὑπονοεῖ, διὰ τὸ τοὺς ἡττημένους αὐτῆς ἄφρονας εἶναι. Sic Cicero: *mentum mentemque in gremiis mimarum deposuit.* Hujus versus translatio Latina poëtæ mentem assequi non potest, quia stultitia nihil simile sonat cum Venere, sicut 'Αφροσύνη et 'Αφροδίτη similiter incipiunt. BARNES.

990. κατακλύσειν. Stiblinus explicat: *sumtibus suggerendis luxui Helenæ abundaturum.* SEIDL.

996. ἢ κατ' ἄστρα πω. Nondum erant tunc denati Castor et Pollux, nec in astra relati, et in signo Geminorum positi. BARNES.

1003. Recte vertit Grotius: *In hoc eras intenta, Fortunæ ut vices Sequerere, nolens quippe virtutem sequi.* SEIDL.

1010. καίτοι γ' ἐνουθέτουν σε. Si Porsoni regula vera est, qua Atticis non licuisse putat γε post τοι ponere, nisi intervallo interjecto, scribendum erit καίτοι σ' ἐνουθέτουν γε. Atque ita vult Erfurdtius. Vide Pors. ad Hec. 1200. coll. ad Med. 672. SEIDL.

1016. καὶ προσκυνεῖσθαι βαρβάρων ὕπ' ἤθελες. Adoratio Persarum et barbararum gentium nota est. Eurip. Orest. 1500. Προσκυνῶ σ', ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπεσών. BARNES.

1017. κἀπὶ τοῖσδε κ. τ. λ. Hæc de Menelao, et de cultu, quo ornata Helena jam tunc in scenam prodierat, dici, contra Brumœum monet Heath. BECK.

1021. κρᾶτ' ἀπεσκυθισμένην. Phavor. ἀποσκυθίσαι κυρίως, τὸ ἀποτεμεῖν τὸ ἐπὶ κεφαλὴν δέρμα σὺν θριξί· καταχρηστικῶς δὲ τὸ ἀποκεῖραι. Hinc Cœlius Rhodiginus Lection. Antiqu. XVIII. 24. *Ab hisce* (i. e. Scythis) *porro* ἀποσκύθισμον *dicimus, videl. cutis in capite cum capillis abscissionem, ludibrii causa: quod illis quandoque calamitatum magnitudine contigisse, animadvertimus.* De rasis autem capitibus in luctu vide Joh. Kirchmann. de Funer. Roman. II. 14. BARNES. Conf. nostri Electr. 239. καὶ κρᾶτα πλόκαμόν τ' ἐσκυθισμένον ξυρῷ. SEIDL.

1030. ψόγον τὸ θῆλύ τ'. *Averte a te reprehensionem Græciæ et mores effeminatos.* HERMANN.

1047. ὅπως ἂν ἐκβῇ κ. τ. λ. Secuti sumus Aldum et in hoc et in proximo versu. MS. Harl. qui paulo post legit ἔσται γ', hunc versum una cum præcedente Hecubæ tribuit, quod fieri non posse vel ex Aristotele patet. Magna est interpretum de his versibus dissensio. Sed verum vidisse unus videtur Grotius, vertens: *H. Amator omnis, quod amat, hoc constans*

amat. M. Prout animus horum, quos amamus, vertitur. Quod igitur Hecuba dicit, quemcunque, qui amaverit, facile in pristinum amorem relabi, hoc ita tantum Menelaus concedit, ut pendere id dicat ab ejus, quæ ametur, ingenii ratione. SEIDL.

1051. καὶ γυναιξὶ σωφρονεῖν κ. τ. λ. Vide Pors. ad Orest. 1641. SEIDL.

1052. ῥᾴδιον μὲν οὔ τόδε. Id est, res quidem hæc difficillima est, coërcere mulieres. SEIDL.

1058. πελάνων. Grammaticis κυρίως πέλανος τὸ λεπτὸν πέμμα, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς θυσίας. Ἔνιοι δὲ φασι, καὶ πᾶν ἐξ ὑγροῦ πεπηγμένον, παρὰ τὸ παλύναι. Pausan. in Arcad. p. 237, 17. Πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνους καλοῦσιν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι. BROD.

1060. Πέργαμον ἱεράν. Arcem, in qua constructa erant Jovis et Minervæ templa. BROD. Vide quæ nos ad Iphig. Aul. 763. BARNES.

1062. Recte Brodæus χιόνι ποταμίᾳ interpretatur *aqua frigidissima.* Respicit enim Poëta fontem illum Scamandri, de quo sic Homerus: Il. X. 151. ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει, εἰκυῖα χαλάζῃ Ἢ χιόνι ψυχρῇ. MUSGR.

1064. θεράπναν. Ita omnino legendum cum MS. H. Stephani, et intelligendum σταθμὸν, ut interpretatur Hesychius: vide loca, quæ citavimus ad Iphig. in Aul. 1474. Ed. Ald. θεράπαιναν. De miraculo hic loquitur Poëta, quod sic describit Pomponius Mela, Lib. II. 18. *Ipse mons* (Ida) *orientem solem, aliter, quam in aliis terris solet adspici, ostentat. Namque ex summo vertice ejus speculantibus,* pæne a media nocte *spargi ignes passimque micare, et, ut lux appropinquat, ita coire ac se conjungere videntur, &c.* Confer Diod. Sic. XVII. 7. Lucret. de Rer. Nat. V. 662. MUSGR.

1067. καὶ παννυχίδες θεῶν. Confert Erfurdtius nostri Hel. 1365. καὶ παννυχίδες θεᾶς. SEIDL.

1069. σελᾶναι. Malim plenilunia intelligere, quam cum Brodæo νουμηνίας. Vide Alcestid. 462. MUSGR.

1070. συνδώδεκα. Sic ξυνεείκοσι, σύνδυο, σύντρεις, &c. Hom. Nam si disjunctim legas, nihil facis. BARNES.

1071. Hoc est, μέλει μοι τὸ σὲ φρονεῖν τάδε. SEIDL.

1076. ἀλαίνεις. Secus inferorum ripas animæ vagantur, quorum corpora sepultura carebant. De qua re vide Virgilii Interpretes ad Æn. IV. 620. BARNES.

1077. ἄνυδρος. Intelligo de libationibus. Male vertit Brodæus: *nullis lacrimis defletus.* SEIDL.

1078. πτεροῖσι. *Remis.* Homer. Odyss. Λ. 124. Οὐδ' εὐήρε'

ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται. Eustath. Πτερὰ δὲ νηὸς τὰς κώπας λέγει, κρεῖττον, ἤπερ ὁ Λυκόφρων τὰ ἱστία. εἰσὶ γὰρ ϰ̀ τάχȣς αἴτια τῇ νηὶ ϰ̀ τὰ ἱστία, καθὰ ϰ̀ αἱ κῶπαι· ἀλλὰ τὸ σχῆμα τῶν πτερῶν μᾶλλον αἱ κῶπαι σώζȣσιν, ἤπερ τὰ λαίφεα. Brod. Vide quæ nos ad Iphig. Taur. 279. Barnes. Incertum videri potest, utrum de velis an de remis intelligendum sit. Vide Eustath. Barnesio citatum. Seidl.

1080. κρανία νέμονται. Legendum forte κράνι' ἀνέχοντα, vel ἀνέχονται, si Græci ita pro ἀνέχȣσι dixerunt. Confer Apoll. Rhod. II. 731. Musgr. ἀνέχοντα etiam Porsonus. De Cyclopum urbe vide ad Orest. 953. Iph. A. 151.

1082. δάκρυσι κατάορα. Dici videntur *quæ lacrimantes matrum ulnis implicantur.* Hermannus. Post στένει minorem distinctionem posui, et proximo versu post μᾶτερ. Seidl.

1088. ἢ Σαλαμῖν' ἱεράν. Insulæ fere omnes sacræ veteribus sunt habitæ. Hinc Hom. Iliad. B. 626. 'Εχινάων θ' ἱεράων Νήσων. Q. Calaber Lib. I. Καί οἱ δῶρον ἔγωγε θεȣδέα νῆσον ὀπάσσω. Sic Pindar. Pyth. Od. IV. Stroph. 1. Ἱερὰν νᾶσον ὡς ἤδη λιπὼν, in quem locum vide Scholiasten. Salamis autem Dianæ templo veneranda erat, ut Pausanias Attic. 34, 30. Vide Cœl. Rhodig. Lection. Antiq. XII. 12. Barnes.

1089. ἢ δίπορον κορυφὰν Ἴσθμιον. *Aut bimarem verticem,* nempe Acrocorinthum; ubi sedes Pelopis, id est, Peloponnesus, in Angustiis suis (πύλας vocat) habet certamen Isthmicum. Vide Plinium Lib. IV. 4.—δίπορος. Id est, διθάλασσος. Horat. Lib. I. Od. 7. et Ovid. Fastor. Lib. IV. *bimarem Corinthum* vocant. Barnes.

1095. Αἰγαίȣ. Intellige πόντȣ. Cf. etiam Hel. 130. μέσον περῶσι πέλαγος Αἰγαίȣ πόρȣ. Sed quum Αἰγαίȣ a μέσον πέλαγος nimis remotum sit, Schæferus conjungit κεραυνοφαὲς πῦρ Αἰγαίȣ, i. e. ὥσπερ ἐστὶν ἐν τῷ Αἰγαίῳ. In mare Ægæo creberrimas esse tempestates, nota res est. Seidl.

1099. χάριτας. Recte vertitur *delicias.* Seidl.

1100. κόρα. Malim κόρα, ut navim duplici causa devoveat, partim quod se a Troja dimotura, partim vero, quod Helenæ specula portatura erat. Musgr. Cui assentiunt Seidlerus et Hermannus.

1103. Πιτάνας. De hac urbe innumera congessit Spanhemius ad Callim. Dian. v. 172. Musgr.

1104. Vulgo θεᾶς. Lego θεὰν, *Deam.* In MS. Flor. est θεᾶς θάλαμον. Vide ad Helen. 229. Musgr.

1105. ἑλών. Nihil mutandum. Sermo est de Menelao. Δύσγαμον αἶσχος intellige ipsam Helenam. Cf. Hel. 686. Οὐκ

ἔστι μάτηρ· ἀγχόνειον δὲ βρόχον Δι' ἐμὲ κατεδήσατο δύσγαμον αἰσχύναν. Idem sentit Vauviller. ad Soph. Antig. 997. quem citat Erfurdtius. Cf. supra 172. αἰσχύνην Ἀργείοισιν. SEIDL.

1108. ῥοῇσιν. Præclare ita conjecit Musgravius. Legitur vulgo Τρωῇσιν, quod etiam metro adversatur. Helen. 251. Σιμουντίοις ῥοαῖσι. Rhes. 823. Σιμοεντίδας πηγάς. Paulo post v. 1143. habebimus Σκαμανδρίους ῥοάς. Hel. 52. Σκαμανδρίοις ῥοαῖσιν. Spiritus asper videtur in τ abiisse. Vide Græfium ad Meleagr. p. 133. SEIDL.

1115. πίτυλος εἷς. *Unica pars classis*, in hoc loco. Vide de voce πίτυλος, Iphig. Taur. 297. BARNES.

1120. Ἄκαστος ἐκβέβληκεν ὁ Πελίου γόνος. Acastus, Peliæ f. is Neptuni, vel Salmonei, qui Dori, qui Deucalionis. De hac Historia alii aliter: quum enim Poëta noster hic asserat, Peleum senio oppressum ab Acasto, Peliæ filio, regno exutum: Apollodorus aliique affirmant, longe ante hæc ipsum Acastum cum uxore, quæ Peleum falso adulterii accusasset, a Peleo obtruncatum. Vide Apollodori Biblioth. III. 12. et Troica Poëmata, etc. BARNES.

1121. ἢ χάριν μονῆς ἔχων. Videtur hoc dicere: *Citius abiit, quam abiturus fuisset, si jucunditatis aliquid in morando reliquum fuisset*, h. e. cito abiit, nullam amplius ex mora voluptatem capiens. Magis perspicuum esset, si poëta pro ἢ scripsisset οὐ. SEIDL.

1125. σφ'. Interpretes intelligunt Pyrrhum. Sed hæc, quam Talthybius refert, Andromachæ oratio ad Pyrrhum directa esse non potuit, quod attente legenti facile apparebit, maxime e vv. 1134. 1137. Equidem σφὲ de Astyanacte intelligerem, cujus explicatio νεκρὸν τόνδ' statim adjecta esset, si jam aliquam Astyanactis mentionem Talthybius injecisset. Unum reliquum est, ut σφὲ interpreteris αὐτοὺς, i. e. homines, Achivos, sive eos, a quibus illa, quæ petit Andromacha, impetrari poterant. Conf. supra, v. 738. sqq. Hoc si displiceat, legere possis κἀξῃτήσατο pro καί σφ' ᾐτήσατο. Sic in nostri Hec. 49. ἐξῃτησάμην τύμβου κυρῆσαι. Hoc verbo simul indicaretur, Andromachen, quæ petierat, impetrasse. SEIDL.

1130. νιν. Recte Heathius: Ἕκτορος ἀσπίδα *scilicet*. SEIDL.

1132. λύπας ὁρᾷν. Hoc referendum est ad νιν, *quem videre summus sibi futurus esset dolor*. Ceterum Talthybius aliquoties Andromachæ verbis sua admiscet, rectamque facit orationem, quæ proprie obliqua est. Sed illud confusionis genus haud inusitatum est. SEIDL.

1133. κέδρου. De cedro in funeribus vide Joh. Kirchm. de

Funerib. Roman. I. 8. De Sepulcrorum autem sepimentis, sive περιβόλοις, ejusdem III. 17. Barnes.

1137. ἐπεὶ βέβηκε. Hic et sequens versus finem faciunt Andromachæ orationis a Talthybio relatæ. Verte igitur: *quoniam abiisset, nec ipsa per domini festinationem filium suum sepelire potuisset.* Talthybius ipse enim jam supra, v. 1122. narraverat, Andromachen discessisse. Ceterum vide notam antecedentem. Seidl.

1140. αἴρομεν. Male legitur αἰρῆμεν. Vide Pors. ad Med. 848. Hæc verba αἴρομεν δόρυ interpretes non intellexerunt. Plerique sensum eorum esse putant *vela dabimus*, δόρυ de *navi* intelligentes sive, quæ falsa Heathii opinio est, de *remo*, sive denique de *malo navis*. Sed non attenderunt viri docti ad participium *præsentis* ἐπαμπίσχοντες, quod huic explicationi prorsus adversatur. Sensus est: *erigemus hastam in sepulcro.* Harpocrat. p. 155. ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι. Δημοσθένης κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου (p. 688.) ταυτά φησιν ἐπὶ τοῦ βιαίως ἀποθανόντος. Ἴστρος δ' ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων, περὶ Προκρίδος καὶ Κεφάλου εἰπὼν γράφει ταυτί· Τινὲς δὲ ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ καταπεπηγότα τὸν Ἐρεχθέα φασὶ, πεποιῆσθαι δὲ παρακαταθέμενόν τε καὶ τὸ πάθος σημαίνοντα. διὸ τὸ νόμιμον εἶναι τοῖς προσήκουσι τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας. Eadem, paucis mutatis, tradunt Etymol. M. p. 354. 30. Suid. v. ἐπενεγκεῖν, Pollux VIII. 65. quos locos collegit Petit. Legg. Att. p. 521. Seidl.

1163. νῦν αὔτ' ἰδὼν μὲν, γνοὺς τε κ. τ. λ. Ita Aldus. Delevi comma post μέν. Plena oratio hæc esset: νῦν αὐτὰ ἰδὼν γνοὺς τε οὐκ οἶσθα ἰδὼν καὶ γνοὺς, *vidisti quidem illa, sed nescis te vidisse.* Seidl.

1165. Post κρατὸς comma posui cum Aldo, ut conjungantur δύστηνε κρατός, *O infelix propter caput tam misere laceratum*, quemadmodum dicuntur δύστηνος βίου, δύστηνος φρενῶν, μέλεος ματρὸς, Orest. 827. et similia. Heathius et Musgravius post δύστηνε interpungunt, et genitivum κρατὸς a βόστρυχον, v. 1167. regi volunt, quæ vox nimis remota est. Quæ statim sequuntur, ὃν φιλήμασιν ἔδωκεν, *tradidit osculis*, pro ᾧ φιλήματα ἔδωκεν dicta sunt, ut Nostri Hel. 868. κέλευθον δὸς καταρσίῳ φλογὶ, pro κελεύθῳ δὸς κατάρσιον φλόγα. Magis etiam huc pertinet Hel. 1383. λουτροῖς χρόα ἔδωκα, quæ inversa legimus Orest. 42. λουτρ' ἔδωκε χρωτί. Cf. Pierson. Veris. p. 183. Item Hec. 925. Ἰδαῖον βοῦταν αἰνόπαριν κατάρα διδοῦσα. Coll. Phœniss. 1611. ἀρὰς παισὶ δοὺς. Seidl. Ad βόστρυχον subaudi κατά.

1167. ἐκήπευσ'. *More horti excoluit.* Barnes.

1169. φόνος, ἵν' αἰσχρὰ μὴ λέγω. Hinc colligebat Apollodorus, teste Athenæo Lib. II. 24. Veteres nomen ἐγκέφαλος ut obscœnum repudiasse: quod temere dici ostendunt multa apud Homerum loca. Rectius igitur Athenæus non vocem ἐγκέφαλος ab Euripide vitatam putat, sed fœdum et turpe spectaculum, quod ea vox animo contemplandum offerret. MUSGR.

1171. ἄρθροις. Male vulgo post hanc vocem interpungunt. Inseruimus etiam particulam δ' post ἄρθροις, propter præcedens μὲν, quam etiam Reiskius desideravit. SEIDL.

1180. ὕπνοι τ' ἐκεῖνοι. Male Musgravius conjicit ὕμνοι. Equidem conjeceram πόνοι τ' ἐκεῖνοι, comparans Suppl. 1142. πῦ δὲ πόνος ἐμῶν τέκνων; Elegantius etiam Hermannus ὕπνοι τ' ἄϋπνοι, ut eodem Supplicum loco est: τροφαί τε ματρὸς, ἄϋπνά τ' ὀμμάτων τέλη. Sed nihil mutandum. Recte interpres Latinus, *et somni illi*, i. e. somni, ut tunc erant, scilicet insomnes et interrupti. Ceterum ἐκεῖνος et οὗτος etiam alibi simili modo occurrunt. Supra v. 209. habuimus νὺξ αὕτα. Iphig. Taur. 194. νυκτὸς κείνας. SEIDL.

1185. χαλκόνωτον ἰτέαν. Quod ἰτέα pro hasta poni diximus ad Supplic. 697. id recte diximus; quod vero tum pro clypeo quoque poni negavimus, id indictum volo. Eustathius enim p. 1239, 60. ὅτι δὲ ἰτέαι, καὶ εἶδός τι ἀσπίδος καλῦνται, testatur; et hic locus, si nullus alius, (raro enim ita ponitur) aperte de Hectoris clypeo loquitur. Ἴτυς autem, ut ibidem diximus, sæpissime pro clypeo sumitur, cum proprie ambitus alicujus rotundi corporis exponatur. Occurrit vero paulo infra, v. 1189. BARNES.

1188. Nudum τύπος vix ferri potest. Nec Barnesio facile credas, βραχίονα hic compellari. Levi mutatione locum sanasse mihi videor. Scripsi enim paulo post v. 1191. ἔσταζες, Ἕκτορ, pro ἔσταζεν Ἕκτωρ. Σὸς τύπος, ut recte Heathius explicat, est *nota* vel *vestigium impressum manus tuæ.* SEIDL.

1198. αὐτός. Ita Aldus. Valckenærius ad Phœniss. 927. corrigit ὡὐτὸς, quod Heathius probat. Æmilius Portus idem fere voluit, explicans; ἐν τῷ αὐτῷ μένων. *Idem*, i. e. *ita ut in eodem rerum statu semper maneat, nec ullam mutationem experiatur.* Sed vel ὡὐτὸς h. l. non satis aptum videtur, quare Aldi lectionem retinui. Αὐτὸς hic valet αὐτόματος, *solus per se, suo Marte.* Sententiæ ita cohærent: *stultus est, qui secunda fortuna utens securus lætitiæ se tradit. Fortuna enim mutabilis est, (huic vero homines subjecti sunt) nec quisquam per se ipse sua opera felix est.* Cf. Hermanni Dissertat. de pronomine αὐτός. SEIDL.

1199. πρὸ χειρῶν. *In manibus:* vide Rhes. 270. Male Barnesius post χειρῶν interpungit. MUSGR.

1201. νικήσαντά σε. Accusativus pendens; de quo vide Cl. Forsterum in Indice ad Platonem. Confer Hom. Odyss. Λ. 275, 6. MUSGR.

1203. θηρώμενοι. Scaliger emendat θηρώμενον, Heathius θ' ὁρώμενον. Sed utrumque esse deberet participium aoristi. Librorum lectionem vix aliter defendi posse puto, quam ut dicas, notari a poëta nimium venandi studium Atheniensium. Sed fortasse scripsit Euripides θοινώμενοι hoc sensu: *Phryges bellicis ludis operam dant, non immodicis epulis, ut aliæ gentes.* SEIDL.

1213. ὦ ποτ' οὖσα καλλίνικε Μῆτερ. Aliquid similitudinis hunc locum habere putat Hermannus cum Theocriti XVII. 66. ὄλβιε κῶρε γένοιο. Vide ejus Observatt. ad Bucol. Schæferianæ Sophoclis editioni præmissas p. X. Theocriti loco similius est fragmentum Callimachi 213. Bentl. ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου. quod cum illo confert Schæferus ad Apollon. Rhod. Schol. II. 866. Nostro enim loco non pariter atque in his locis vocativus pro nominativo est. SEIDL.

1215. Notatu dignus est aoristus ἡ θανοῦσα pro ἡ θνήσκουσα sive potius ἡ θνητὸς οὖσα. Nisi forte, commate cum Aldo deleto, ἡ θανοῦσα jungendum cum σὺν νεκρῷ, sc. Ἕκτορι. SEIDL.

1219. πικρὸν ὄδυρμα. Accusativus pendens, atque ejus quidem generis, quod illustravimus ad Helen. 76. MUSGR.

1225. τελαμῶσιν ἕλκη κ. τ. λ. Mos erat veteribus, mortuórum corpora decenter ad funus componere, et vulnera, si qua erant, lavare et fasciis ligare, etiam adhibitis medicamentis; adeo ut post effossis corporibus aliquando cicatrices obductæ fuerint. Dolet autem Hecuba, quod, quum hoc εὐπρεπείας et amoris causa lacerato cadaveri medicorum more faciat, non tamen illorum successum sperare, vel exspectare potest; quis enim ἀπὸ τοῦ νεκρὸν ἰατρεύειν successus? BARNES.

1231. Vulgo σὰς ἔννεπε. Nullum hic sensum habet σάς. Legendum σάφ' ἔννεπε, *clare dic.* Sic σάφα εἴπει, Odyss. B. 31. σάφα εἴπω, ibid. v. 43. MUSGR.

1232. πλὴν οἱ 'μοὶ πόνοι. Neque in hoc neque in sequenti versu mutatione est opus. Sensus est: *Nihil igitur actum est in consilio deorum, quam ut me infelicem redderent, et Trojam ante alias urbes odissent.* SEIDL.

1235. Participium περιβαλὼν si interpreteris *vertens, conver-*

tens, rarior hæc est verbi significatio. Hesychius tamen: περιβάλλειν· στρέφειν. Possit tamen etiam verti *tegens, contegens*, scil. χθονὶ, quod lateat in κάτω χθονός. SEIDL.

1245. κατέκαμψε. Hoc dedi ex conjectura. Vulgo κατέγναψε, quod Porsonus mutatum vult in κατέκναψε. Sed hoc etiam in Tragico displicet. Ἔγναμψαν et ἔκαμψαν confusa sunt in Hom. Il. Ω. 275. SEIDL. Heath. vulgatum derivat a καταγνάμπτω, *detorqueo, deflecto*, locumque reddit: *Quæ magnas spes vitæ suæ in te detorsit*, vel *deflexit*. BECK.

1252. Hesych. διερέσσοντας· διασείοντας. BECK.

1269. ἐπίσπευσον μόλις. Plene dicendum fuisset ἐπίσπευσον σπεύδων μόλις, sive καίπερ μόλις. SEIDL.

1271. ἀμπνέυουσα. Hic idem fere est quod πνέουσα. Sic Androm. 189. οἱ πνέοντες μεγάλα. Conjicias legendum ἐμπνέουσ', sed ἀναπνεῖν certe non semper recreationis significationem habet. Apollon. Rhod. III. 231. de Vulcano: Καί οἱ χαλκόποδας ταύρους κάμε, χάλκεα δὲ σφέων Ἦν στόματ', ἐκ δὲ πυρὸς δεινὸν σέλας ἀμπνείεσκον. Et in Sophoclis Ajac. 417. ἔτ' ἀμπνοὰς ἔχοντα recte Scholiastes explicat ἤγουν ζῶντα. SEIDL.

1282. πρύτανι. Sic Æschylus alibi regem, quod legibus non sit obnoxius, ἄκριτον πρύτανιν vocat. Sic Prometh. 169. de Jove loquens: χρείαν ἕξει μακάρων Πρύτανις. Scholiast. Ὁ Θεῶν Διοικητὴς καὶ Ἄρχων, Ζεύς. SEIDL.

1290. ἄκρα τε τειχέων. Exspectes ἄκρα accipiendum esse pro neutro plurali. Sed metrum h. l. ultimam vocis ἄκρα poscit longam, qualem habet substantivum ἄκρα, *culmen*, quo substantivo simili modo noster usus est in Archelai Fragm. XXIV. Οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν Δυνάμεσθ', κ. τ. λ. SEIDL.

1291. οὐράνια. Adverbialiter dictum est, *magno casu corruens*, ut supra v. 523. ἵππον οὐράνια βρέμοντα, *equum ingenti strepitu sonantem*. Conferri possunt οὐράνιον ὅσον, οὐράνιον ἄχος, et similia. Πτέρυγι interpretor ῥιπίδι. SEIDL. Anglicè, *a fan*. BARNES.

1299. γεραιά τ'. MS. Harl. huic et sequenti versui personam Hecubæ præfigit; mox a voce Διάδοχον aliam Chori ῥῆσιν inchoat. Hoc si quis probat, interrogationis notam post ἀπύεις collocare debet: quæ nota, si vulgatam tenemus, post δισσαῖς ponenda erit. MUSGR. Bene. Nam, si, ut vulgo fit, omnia Choro tribuantur, post διάδοχον, v. 1301. desideratur particula δέ. Ceterum pro τ' post γεραιὰ malim γ'. SEIDL.

1300. κροτοῦσα. Ita bene conjecit Musgravius. Aldus κρύπτουσα. MS. Steph. γλύπτουσα, quod Henr. Stephanus defendit citato Horat. Serm. I. 8. *scalpere terram Unguibus*. Sed

facillima est illa Musgravii emendatio. Præterea usus verbi γλύπτειν satis incertus est. Seidl.

1304. ἀγόμεθα, φερόμεθα. Est Græca phrasis ἄγειν καὶ φέρειν, pro *funditus evertere*. Isocrat. in Archid. ἄγειν καὶ φέρειν τοὺς πολεμίους. Hinc Virgil. Æn. II. 374. *Alii rapiunt incensa feruntque*. Musgr.

1309. Ad ὅσσε subaudiendum κατά.

1313. τὰν φόνιον κ. τ. λ. Recte viderunt interpretes, hæc referenda esse ad præcedentia, ἰὼ θεῶν μέλαθρα καὶ πόλις φίλα. Reiskius vertit: *brevi concidetis in illud vestrum solum, cui superstructi estis*. Seidl.

1315. κόνις δ' ἴσα κ. τ. λ. Sensus hujus atque sequentis versus satis est impeditus. Legendum fortasse est καπνοῦ πτέρυγι, quod dictum sit pro simplici καπνῷ. Ita Noster Ion. 122. ἅμ' ἡελίου πτέρυγι θοῇ pro ἅμ' ἡελίῳ. Ad κόνις—πρὸς αἰθέρα intellige ἰοῦσα sive ἀρθεῖσα, et conf. ad Lamb. Bos. de Ellips. vv. ἐρχόμενος et ἀπιέναι. Proximo versu antiqua lectio μεθήσει dudum a viris doctis correcta est in με θήσει. Seidl.

1317. ἄλλᾳ δ' ἄλλο φροῦδον. Ita Reisk. qui reddit: *uni nostrum fœminæ periit hoc, alteri aliud*. Beck.

FINIS NOTARUM IN TROADAS.

NOTÆ

IN

BACCHAS.

NOTÆ IN BACCHAS.

Tit.—In antiquis libris hæc fabula appellatur *Pentheus.* Vide Voss. ad Catull. p. 121. atque sic etiam bis laudatur in Hor. Stob. [Titt. XXXVI. LXXIV. pp. 302. 439.] Beck. Hanc etiam materiam attigerunt Theocrit. Idyl. XXVI. Ovid. Met. III. Fab. 7. Nonnus Dion. XLIV. sqq. Apoll. Bibl. III. 5. 2. Philostrat. Icon. Lib. I. in *Pentheo.* Barnes.

Vers. 1. Confer Hecubæ et Troadum prologos, qui a verbo ἥκω incipiunt. Elmsl. Pro Θηβαίων χθόνα dedi Θηβαίαν χθόνα e scholiasta Hephæstionis, et aliquot libris Prisciani, quem Baccharum Elmsleii editor Lipsiensis citavit. Inclinabat in hanc scripturam etiam Elmsleius, quod Euripides libentius hoc, quam alterum dixisse videatur. Nimirum Θηβαία χθὼν simpliciter nominandæ regioni inservit, Θηβαίων χθὼν autem cum oppositione quadam dicitur aliorum, quam Thebanorum. Hinc facile, ubi hoc, ubi illud adhiberi debeat, indicari potest. Herm. Cf. infra vv. 616. 919. 996. 1154.

3. λοχευθεῖσα πυρί. Pro ὑπὸ πυρός. Sic Προμαθεῖ Τιτᾶνι λοχευθεῖσαν, Ion. 458. Elmsl. Hinc intelligendus Senec. in Med. 84. *Proles fulminis improbi Aptat qui juga tigribus.—Proles fulminis,* quem fulminis splendore et fragore perculsa Semele partu edidit. Simili audacia Alcæus, Epigr. V. καὶ Σεμέλας ὠδῖνα κεραύνιον. Meleag. Epigr. 113. Αἱ νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλαθ' ὁ κοῦρος, Νίψαν ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλινδόμενον. Jacobs.

5. πάρειμι Δίρκης νάματ'. Noster Cycl. 95. πόθεν πάρεισι Σικελὸν Αἰτναῖον πάγον. Ibid. 106. Πόθεν Σικελίαν τήνδε ναυστολῶν πάρει. Elmsl.

8. Libri Δίου τε πυρός. Recte Barnesius omisit particulam τὲ, quæ tantum abest, ut, quemadmodum Elmsleius putat, necessaria sit ad sententiam, ut eam reddat ambiguam: quod contra, si omittitur, abest ambiguitas. Nam si servatur, ad φλόγα referendum est ὁρῶ. Atqui non flammam ardentem

videt Bacchus, sed fumum, testem ignis nondum penitus exstincti. Ac possunt quidem verba ita accipi, ut, quum fumum significare velit, flammam se adhuc vigentem videre dicat: sed est hoc tamen ambigue dictum. Deleta vero particula, δόμων ἐρείπια dicentur τυφόμενα Δίου πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα, *fumare vivam adhuc cœlestis ignis flammam*. Non dubium est autem, quin recte τύφεσθαι cum accusativo ejus rei construi possit, quam prodit fumus. Nam τύφειν φλόγα is dicitur, qui excitat ignem; τύφεσθαι autem, quod est *subdito igne fumare*, si additum habet φλόγα, necessario significabit *prodere subditum ignem fumando*. HERM.

9. ἀθάνατον ὕβριν. Erat, quod flammam, qua consumta erat Semele, ab illo deinde tempore perpetuo ardere effecerat. Vide infra vv. 554. 579. Nonnum Lib. XLVI. 220. MUSGR. Cf. omnino v. 495.

10. Ordo est, monente Musgravio: ὃς πέδον τόδε, θυγατρὸς σηκὸν, ἄβατον τίθησιν. Ἄβατον, *sacrum, inaccessum*, utpote de cœlo tactum. ELMSL.

12. Hic et infra v. 504. βοτρυώδης pro πολύβοτρυς, quod legitur v. 607. Similiter ἀνθεμώδης v. 435. pro πολυάνθεμος sive πολυανθής. ELMSL.

13. Cum Elmsleius τῶν πολυχρύσων scribendum conjiceret, quod Lydi potius, quam eorum campi divites appellandi fuerint, non cogitavit, auriferum amnem Pactolum respici. HERM. Ceterum τὰς in τοὺς mutandum recte docet Elmsleius. Vide ad Herac. 834.

14. Bacchus in Lydia et Phrygia educatus est. Postea vir factus, Persiam, Bactriam, Mediam, Arabiam, Ioniam bello subegit. Constructio igitur est: λιπὼν δὲ τὰς πολυχρύσους γύας Λυδῶν Φρυγῶν τε, ἐπελθών τε ἡλιοβλήτους πλάκας Περσῶν, Βάκτριά τε τείχη, κ. τ. λ. MUSGR.

15. δύσχειμον. Optime convenire videtur Latinum *horridum*, quod ad hiemem et procellas sæpe referri monet Forcellinus. De frigore Mediæ testem habemus Strabonem, p. 522. D. ubi de Ecbatanis loquitur: διατελοῦσι δὲ καὶ νῦν οἱ Παρθυαῖοι τούτῳ χρώμενοι βασιλείῳ. καὶ θερίζουσί γε ἐνταῦθα οἱ βασιλεῖς. ψυχρὰ γὰρ ἡ Μηδία. Iterumque p. 525. A. ἡ πολλὴ μὲν οὖν ὑψηλή ἐστι καὶ ψυχρά. Hæc attulit Barnesius. ELMSL.

18. μιγάσιν Ἕλλησι κ. τ. λ. Non opus est ut moneam, Græcorum in Asia colonias Cadmo longe recentiores esse. Sed talia non curat Euripides. Vide ad Ion. 191.—πλήρης et similia plerumque genitivum regunt, neque alterum exemplum novi, quod cum hoc conferri possit. Hoc attulit

Matthiæ Gram. Gr. §. 329. p. 470. qui mox §. 330. πλήθειν dativum nonnunquam adsciscere monet. Ita noster Herc. 369. πεύκαισιν ὅθεν χέρας Πληροῦντες, χθόνα Θεσσαλῶν Ἱππείαις ἐδάμαζον. Mihi μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις θ' ὁμοῦ dixisse videtur noster, utpote οἰκουμένας vel aliquid ejusmodi dicturus. ELMSL.

19. Est καλλιπύργωτος pro καλλίπυργος, quod legitur v. 1151. ELMSL.

20—22. Hoc ordine vulgo leguntur hi tres versus: 22. 20. 21. Neque aliter collocatos reperisse videtur Pseudogregorius, v. 1582—1590. monente Piersono Verisim. p. 120. quo auctore a Brunckio transpositi sunt. ELMSL.

24. ἀνωλόλυξα. Significatione transitiva, lexicographis non observata: πρὸς ὀλολυγμὸν ἐκίνησα. BRUNCK.

25. Qui hic κίσσινον βέλος appellatur thyrsus, infra v. 344. κίσσινον βάκτρον dicitur, Ion. vero 215. ἀπόλεμον κίσσινον βάκτρον. Confer omnino v. 718. ELMSL. Ita Ovid. Epist. *Ut quas* pampinea *tetigisse Bicorniger* hasta *Creditur.* Virg. Eclog. V. 31. *Et foliis lentas intexere mollibus* hastas. Sic Senec. Herc. F. *Tectam virenti cuspidem thyrso gerens.* Justin. Mart. ὥσπερ αἱ Βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσι. Denique Plin. XVI. 36. *Hedera Liberi patris adornat thyrsos.* BARNES.

29. Noster Or. 76. εἰς Φοῖβον ἀναφέρουσα τὴν ἁμαρτίαν. ELMSL.

30. Intelligo σοφίσματα accusativo plurali, non σοφίσματι. Vide Phœn. 1133. MUSGR.

31. Confer v. 225. ὃς ἐκπυροῦται λαμπάσιν κεραυνίαις Σὺν μητρὶ, Δίους ὅτι γάμους ἐψεύσατο. ELMSL.

32. Revocavi τοιγάρ νιν αὐτὰς ex Aldina. Nullus pleonasmus est in verbis νιν αὐτὰς, quæ significant *eas ipsas.* Αὐτὰς antapodosin habere πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων v. 35. jam monui ad Med. 1263. Frustra igitur sunt, qui reponunt νυν, quod in Attica poësi τῷ γὰρ subjectum nusquam exstat, licet passim occurrat μέν νυν. Τοιγάρ νιν legitur etiam apud Æschylum Suppl. 315. Τοιγάρ νιν ἐκ γῆς ἤλασεν μακρῷ δρόμῳ. Matthiæ vero τοιγάρ νιν αὐτὸς dedit. ELMSL.

33. παράκοποι φρενῶν. Vide ad Hipp. 237.

34. σκευὴν ὀργίων. Bacchicus apparatus qui fuerit, vel potius quæ fuerint tres ejus præcipuæ partes, his verbis docet Noster v. 157. Θύρσους ἀνάπτειν, καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν, Στεφανοῦν τε κρᾶτα κισσίνοις βλαστήμασιν. Thystum et ferulam addit Brodæus. De ferula vide ad v. 101. Thysti nulla certe apud Euripidem mentio. ELMSL.

36. γυναῖκες. Significat *feminas adultas*, et pro opposito habet παῖδας, non παρθένους. Vide infra v. 650. Musgr. Apollodorus III. 5. 2. δείξας δὲ Θηβαίοις ὅτι θεός ἐστιν, ἧκεν εἰς Ἄργος· κἀκεῖ πάλιν οὐ τιμώντων αὐτὸν, ἐξέμηνε τὰς γυναῖκας. Elmsl.

39. Constructio est: ἐκμαθεῖν ἐμὰ βακχεύματα, ὧν ἀτέλεστός ἐστι, καὶ εἰ μὴ θέλων. Reisk. Cui imprudenti excidisse videtur θέλων. Ordo est, ni fallor: δεῖ γὰρ πόλιν τήνδε, ἀτέλεστον οὖσαν τῶν ἐμῶν βακχευμάτων, ἐκμαθεῖν [αὐτὰ,] κεἰ μὴ θέλει. Potest etiam ἐκμαθεῖν absolute dici pro διδαχθῆναι aut παιδευθῆναι, fere ut nostri dicere solent: *You ought to learn*. Minus recte, ut mihi quidem videtur, hæc a plerisque accepta sunt, quasi scilicet verborum ἐκμαθεῖν ἀτέλεστον οὖσαν constructio sit ἐκμαθεῖν ὅτι ἀτέλεστός ἐστι. De qua vide ad verba ἐπιλελήσμεθ' ἡδέως γέροντες ὄντες, v. 169. Atqui optime sciebant Thebani, se Bacchi sacris initiatos non esse. Elmsl.

47. Noster Alc. 154. πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐνδείξαιτό τις Πόσιν προτιμῶσ', ἢ θέλουσ' ὑπερθανεῖν. Diverso sensu ἐνδείξομαι in Il. T. 84. unde Hesychius: ἐνδείξομαι· ἀπολογήσομαι. Elmsl.

51. *Bacchas*, de quibus hic agitur, non esse Bacchi comites, ex quibus constat chorus, sed Thebanas mulieres in monte Cithærone commorantes, ipsa res declarat. Elmsl.

52. Recte monet Brunckius, συνάψω significare συνάψω μάχην τοῖς Θηβαίοις. Ita Noster Phœn. 1380. Κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν, Ξυνῆψαν ἀφρῷ διάβροχοι γενειάδας. Ambiguitatem vitasset noster, si dixisset μαινάδων στρατηλατῶν. Quinetiam usitatior constructio ἄρχειν τινὸς quam ἄρχειν τινὶ, licet hæc satis usitata sit. Ceterum Mænades sunt, quæ superiore versu Bacchæ appellantur. Quod monere supersederem, nisi Piersonum, Musgravium, et Brunckium aliter sentire viderem. Brunckii verba sunt: *Tum* ξυνάψω μαινάσι στρατηλατῶν *valet* ξυνάψω μάχην τοῖς Θηβαίοις, στρατηλατῶν σὺν Μαινάσι, *quo posteriori nomine designantur peregrinæ mulieres, quæ Bacchum comitabantur*. Hæ mulieres, mihi crede, nunquam μαινάδες appellantur, neque quidquam dicunt aut faciunt, quod sanas ac sobrias dedeceat. Mænadum frequens mentio est infra, et semper intelliguntur aut Thebanæ Mænades, aut aliæ iis similes. Elmsl.

56. θίασος ἐμός. *Thiasus* multitudinem rei divinæ causa collectam; *pompam* quoque, quæ Dionysum comitabatur, significat. Athen. Deipnos. VIII. p. 562. E. Καλεῖται δὲ καὶ ὁ τῷ Διονύσῳ παρεπόμενος ὄχλος Θίασος, ὡς Εὐριπίδης φησιν· [infra v. 636.] Ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικειῶν χορῶν. Τοὺς μὲν οὖν θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ προσηγόρευον· καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς οἱ Λάκωνες σιοὺς

φασί. Janus Parrhasius et plerique alii per υ enuntiant, et παρὰ τῷ θύω derivant. Brod.

58. Si dixisset Euripides ἐν Φρυγῶν χθονὶ, quærere supersedisset Brodæus, utrum de Pessinunte an de Berecyntho loqueretur. Sed πόλις apud tragicos passim regionem significat. Vide Ion. 297. Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις. Elmsl.

65. Matthiæ: θοάζω Βρομίῳ, Πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον. Vulgo θοάζω Βρομίῳ πόνον ἡδὺν sine distinctione. Quæ ratio si vera est, conferendus Noster Alc. 499. Τιρυνθίῳ πράσσω τίν' Εὐρυσθεῖ πόνον. Sed vereor ut æque bene dici possit θοάζω πόνον ac πράσσω πόνον. Convenientior mihi videtur altera significatio, nempe κινῆμαι, quam verbo θοάζω tribuit Plutarchus T. II. p. 22. E. Cujus alterum exemplum in hac fabula exstat v. 200. [Vide annotata ad Orest. 235.] Ordo est: Ἀσίας ἀπὸ γᾶς θοάζω Βρομίῳ. Dativus autem Βρομίῳ duobus modis explicari potest. Quum θοάζω significet κινῆμαι, Βρομίῳ reddi potest ὑπὸ Βρομίη, ut verborum θοάζω Βρομίῳ sensus sit κινῆμαι ὑπὸ Βρομίη. Conferendum omnino οἰστρηθεὶς Διονύσῳ, quod legitur v. 107. Sed præstare videtur altera dativi Βρομίῳ interpretatio, *in honorem Bacchi* scilicet, cujus exemplum exstat Hel. 1364. βακχεύουσά τ' ἔθειρα Βρομίῳ, Καὶ παννυχίδες θεᾶς. Ita recte Matthiæ. Similia passim leguntur. Noster infra v. 176. Μόνοι δὲ πόλεως Βακχίῳ χορεύσομεν; Item v. 467. Ἱερὸς ὁ πλόκαμος. τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω. Aristophanes Lys. 1277. ὀρχησάμενοι θεοῖσιν, εὐλαβώμεθα Τὸ λοιπὸν αὖθις μὴ 'ξαμαρτάνειν ἔτι. Quo exemplo utitur Matthiæ Gramm. Gr. §. 387. 2. Elmsl.

66. De accusativis πόνον ἡδὺν et κάματον εὐκάματον videatur Matthiæ Gramm. Gr. §. 432. Confer στεφάνωμα μόχθων Herc. 352. πόνων τελευτὰν ibid. 423. et sexcenta alia apud Euripidem. Elmsl.

67. Recte vulgo εὐαζομένα, cujus activa forma legitur infra v. 987. Eodem sensu dicitur v. 143. εὔια τὸν εὔιον ἀγαλλόμεναι θεόν. De omisso θεὸν vide Porsonum ad Phœn. 5. vel potius Reisigium in Aristophanem p. 77. Elmsl.

68. Miror hæsisse viros doctos in loco facili et plano. Neque probare possum conjecturas Elmsleii, quarum illam, quam in adnotationibus posuit, τίς ὁδῷ; τίς ὁδῷ; τίς; plane alienam ab hujus loci natura esse video: quod autem in textu, deleto τίς, positum μελάθροις ἔκτοπος ἔστω, ita interpretatur, ἐκ τῆς ὁδοῦ ἔκτοπος ἔστω ἐν τοῖς μελάθροις, non alienum tantum, sed etiam ambiguum est. Potest enim et *esto in ædibus* et *abesto ædi-*

bus significare. Certissimum est, verum esse, quod a me positum confirmavit cod. Pal. nisi quod nunc ista pronomina gravi accentu scripsi. Chorus, favere linguis Thebanos jubens, et eos appellat, qui in via sint, et illos, qui sint in ædibus. Id sic facit, ut dicat: *ecquis in via? ecquis in ædibus?* Deinde utrosque monet, eos, qui in via sint, ἔκτοπος ἔστω dicens: eos autem, qui intus sint in domibus suis, quos non opus est cedere juberi, certe linguis ut faveant, hortatur: sed quoniam hoc etiam ad illos, qui extra domos ei obvii sunt, pertinet, addit ἅπας, quo hos quoque comprehendat. Ex quo apparet, sensum loci hunc esse: *sive quis in via, sive quis intus apud se est, cedat nobis qui in via est, omnes autem linguis faveant.* HERMANN.

72. Præclara est atque haud dubie vera Jacobsii conjectura εὐοῖ pro αἰεὶ, quod in libris est. Id ipsum est τὸ νομισθὲν, εὐοῖ clamari. Αἰεὶ quidem neque cum τὰ νομισθέντα, neque cum ὑμνήσω apte conjungi potest. HERMANN.

73. εὐδαίμων. Superfluum, ni fallor, epitheton præcedente μάκαρ. Lego igitur αἰδήμων, *verecundus*. MUSGR. Cujus conjecturam a Brunckio admissam recte repudiavit Matthiæ. Minime supervacaneum est εὐδαίμων, quippe quod θεοφιλὴς significet, vel potius peculiarem habeat sensum, quo Numa, verbi causa, in deorum familiaritatem admissus, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ τὰ θεῖα πεπνυμένος dicitur a Plutarcho p. 61. A. Idem paullo post Endymionem aliosque simili fortuna usos εὐδαίμονας καὶ θεοφιλεῖς appellat. Εὐδαίμονες igitur οἱ μεμυημένοι, de quibus loquitur Noster, non solum quia felices sunt, sed etiam quia majore quam ceteri mortales rerum divinarum scientia præditi. Noster Herc. 607. Μάχῃ. τὰ μυστῶν δ' ὄργι' εὐτύχησ' ἰδών. ELMSL.

74. ἁγιστεύει. Pro ἁγνεύει. ELMSL.

75. θιασεύεται. Vide ad v. 359. ELMSL.

82. Recte vidit Barnesius εὐρυχόρους legendum esse. Vulgo εὐρυχώρους. De permutatione horum verborum disputavit T. Hemsterh. in Lucian. T. I. p. 54. ubi laudat hos versus oraculi cujusdam apud Demosth. in Mid. p. 611. D. εὐρυχώρους κατ' ἀγυιὰς, Ἱστάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα πάντας, quæ verba ad nostrum locum illustrandum faciunt. Veram vim vocis εὐρύχορος asseruit Heyne ad Pind. Olymp. VI. 33. JACOBS. Vox Homerica est. Cf. Il. X. 474. Nusquam alibi apud Tragicos occurrit.

83. ἔχουσα. Pro οὖσα. Euripides Cycl. 406. ἄλλοι δ', ὅπως ὄρνιθες, ἐν μυχοῖς πέτρας Πτήξαντες εἶχον. Aristophanes Ran.

716. καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. Quod exemplum attulit Musgravius. ELMSL.

87. Jacobsius Animadv. in Euripidem p. 107. λοχίαις παλάμαις, *manibus obstetricantibus.* Sic enim Latine reddit. Aldus κρονίδα Ζεύς. Κρονίδα vocativum esse pro nominativo, ut νεφεληγερέτα et similia apud Homerum, monet Barnesius. Sed ea nominativi forma ne apud Homerum quidem in patronymicis obtinet. Recte igitur Pal. et Laur. Κρονίδας, quod e MSS. Par. tacite admisit Brunckius. Matthiæ Κρονίδα revocavit. ELMSL.

90. Aldus recte ταυρόκερων. Barnesius ταυροκέρων. Sic etiam Musgravius, Schæferus, Matthiæ. Sed Brunckius recte ταυρόκερων. Quo epitheto jure usus est poëta. Nam Bacchus nascens patrem cornibus vulneravit. Etymologus p. 277, 35. οἱ μὲν Διόνυξον αὐτὸν ὀνομάζουσιν, ὅτι σὺν κέρασι γεννώμενος ἔνυξε τὸν Διὸς μηρόν. Plura vide ad vv. 880. 1112. Scaliger ταυρόκερων θεὰν, quod *lunam* significare videtur. ELMSL.

91. Mos erat in Orgiis Mænadibus, et mystis Bacchi, capillos serpentibus implicare. Recte igitur ἄγραν interpretatur Brodæus: *captos serpentes.* HEATH. Esset sane quod quis hæreret in verba ἄγραν, si id hic subjectum, quod logici vocant, esset. At est prædicatum. Nam ex præcedente δρακόντων intelligendum δράκοντας. *Unde,* inquit, *eos captos Mænades crinibus innectunt.* HERM. Hor. Carm. II. 19. 18. *Tu separatis uvidus in jugis Nodo coerces viperino Bistonidum sine fraude crines.* Catull. LXIV. 259. *Pars sese tortis serpentibus incingebant.* Vide Muret. *ad loc.*

92. Aldus θηροτρόφοι, quod ὀφιοτρόφοι significare monet Brodæus. Sed recte θυρσοφόροι, rejectum a Musgravio e MSS. Par. admisit Brunckius. Noster Cycl. 63. οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε χοροὶ, Βάκχαι τε θυρσοφόροι. Verbum θυρσοφορεῖν exstat infra v. 522. ELMSL.

95. Quum χλοηρὸς nullam nisi a Christo patiente auctoritatem habere videatur, χλοήρης autem quum aliorum similium vocabulorum comparatione, tum Sophocleo κισσήρης defendi possit, non dubitavi præferre χλοήρει codicum fide, non nisi in accentu errantium. Μίλακι, quod in Palatino libro est, rectum esse pronunciavit Elmsleius, motus fortasse iis, quæ Schweighæuserus ad Athenæi Lib. V. p. 101. seq. dixit. Mihi recte videtur Schneiderus in lexico Gr. cum Salmasio sentire, qui in Exercitat. Plin. p. 733. s. et in Hyle Iatr. p. 9. negat has formas ita a Græcis distinctas esse, ut σμίλαξ *taxum,* μίλαξ *convolvulum* significaret. Vide etiam Moserum

ad Nonn. XII. 87. p. 108. Ut plurimum, formæ quæ plenius sonant, antiquiores et minus vulgares esse solent. Hac analogia σμίλακι servandum duxi. Herm.

97. καταβακχιοῦσθε. *Bacchamini*, eodem sensu quo dixit Virgilius: *virginibus bacchata Lacænis Taygeta.* Ita Sophocles Incert. XCIV. Ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην Βροτοῖσι κλεινὴν Νύσσαν, ἣν ὁ βούκερως Ἴακχος αὑτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει. Plura ad Sophoclis Œd. T. 1093. καὶ χορεύεσθαι πρὸς ἡμῶν. Elmsl.

98. Nihil obstat κλάδοισι, quo minus hæc verba de *coronis* accipiantur. Dixit enim noster Alc. 776. στέφει δὲ κρᾶτα μυρσίνης κλάδοις. Confer omnino v. 658. ἐπὶ δ' ἔθεντο κισσίνους Στεφάνους, δρυός τε, μίλακός τ' ἀνθεσφόρου. Præter ea tria coronarum genera, hic etiam memorantur abiegnæ. Elmsl.

100. Reiskius conjicit λευκοτρίχων ποκάδων (*ovium*) μαλλοῖς. Musgravius aut sic, aut λευκοτρίχων πλοκάμοις μαλλῶν. Hanc conjecturam admisit Brunckius. Matthiæ ut Aldus. Si πρόβατον apud Euripidem exstaret, libenter legerem λευκοτρίχων προβάτων μαλλοῖς. Sed ne sic quidem nulla superesset difficultas. Sensus haud dubie est νεβρίδας ἐρίοισι στέφετε. Quid sint ἐριόστεπτοι κλάδοι, omnibus satis notum est. Quid autem sint ἐριόστεπτοι νεβρίδες, nemo monere operæ pretium duxit. Elmsl.

101. Est νάρθηκος sive *ferulæ* mentio apud Nostrum Bacch. 101. 133. 232. 662. 1110. Hel. 1361. Re vera diversam a thyrso fuisse copiose ostendit Musgravius ad v. 662. Sed discrimen neglexit Euripides, qui νάρθηκα εὔθυρσον dixit, v. 1110. fere ut κάματον εὐκάματον, v. 66. Hunc Penthei νάρθηκα εὔθυρσον appellarat θύρσον, vv. 790. 899. Simili modo, quod in manu tenet Cadmus, νάρθηξ dicitur v. 232. mox vero v. 235. θύρσος. —Ad ὑβριστὰς hæc scripsit Brodæus: *quibus mystæ obvios quosque per jocum cæderent.* Mihi potius ὑβρισταὶ appellari videntur, quia ὑβρισταὶ habentur, qui eos gestant. Eadem sunt ναρθηκοφορεῖν et βακχεύειν, quod quantulum distet ab ὑβρίζειν, ostendit Athenæus, p. 36. E. Ὅθεν τινὲς τὴν Διονύσου γένεσιν καὶ τῆς Ὕβρεως κατὰ ταυτὰ γενέσθαι φασίν. Confer ὕβρισμα Βακχῶν, v. 735. et similia. Elmsl.

102. Hic ὁσιοῦσθε conjecturis frustra sollicitant Reiskius et Musgravius. Significat ὅσιοι ἔστε sive εὐσεβεῖτε. Verba ἀμφὶ νάρθηκας ὑβριστὰς ὁσιοῦσθε eandem habent constructionem quam ὅσιοι περὶ ξένους, quod dixit noster Cycl. 125. Sensus est, monente Barnesio: *sanctis ritibus ferulas sumite.*—Brodæus: αὐτίκα γᾶ πᾶσα (*omnibus in terris*) χορεύσει Βρόμιος. Paullo

melius Matthiæ: αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει Βρόμιος. Ita v. 1106. Ἀναχορεύσωμεν Βάκχιον. De qua constructione vide Brunckium ad Sophoclis Ant. 1151. Ceterum verba γᾶ πᾶσα non de universo genere humano, sed de solis Thebanis accipienda sunt. Elmsl.

103. ὅστις. Non significat *quicunque*, sed simpliciter *qui*; ut Hippol. 1058. Alcest. 675. Androm. 583. Sensus est: *qui thiasos in montem ducit.* Musgr.

106. Verba ἀφ' ἱστῶν παρὰ κερκίδων τε vertit Brodæus: *telis radiisque textoriis relictis.* Conferendum Homericum παρὰ νηῶν et similia. Reiskio placet ἀπὸ κερκίδων τ'. *Nam παρὰ* (inquit) *notat causam efficientem, quæ hic erat Bacchus, non radii textorii.* Imo, causam efficientem notat dativus Διονύσῳ, quem ὑπὸ Διονύσου significare monui ad v. 65. Confer ipsius Bacchi verba, v. 32. τοιγάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγὼ Μανίαις. Elmsl.

109. Κρῆτες. Adjectivum est cum ἔναυλοι connectendum. Musgr.

110. Διογενέτορες ἔναυλοι. Male Interpretes; *Jove geniti incolæ.* Vertendum erat: *Natalitia Jovis domicilia.* Musgr. Brodæus ἔναυλοι interpretatur μυχοί. Noster Temenid. XVIII. Βὰς κατ' ἐναύλους ὀρέων ἀβάτους, Ἐπὶ λειμῶνας ποιμένι' ἄλση τ'. Confer etiam Hel. 1107. Herc. 368. Quod ad Διογενέτορες attinet, fatendum est ὁμογενέτορα apud Euripidem Phœn. 165. significare ὁμογενῆ. Συγγενέτειρα etiam (quod a συγγενέτωρ derivatum est) ab eo El. 749. pro συγγενὴς dictum est. Sed exstant γενέτωρ, *genitor*, γενέτειρα, *genitrix*, unde magis analogiæ consentaneum videtur Διογενέτορες activo quam passivo sensu. Elmsl.

111. τρικόρυθες. Exstant τρίκορυς et τρικόρυθος. Hoc legitur apud Nostrum, Or. 1467. Elmsl.

112. βυρσότονον κύκλωμα. Periphrasis *tympani.* Barnes. Hesychius: βυρσότονον [κύκλωμα]: τύμπανον. Ita vulgatam corrigunt viri docti. Altera forma βυρσοτενὴς exstat Hel. 1347. Elmsl.

113. μοι. Abundat, vel debet reddi: *quod in manibus, præ manibus habeo.* Reisk.

114. Aldus: ἀνὰ δὲ βακχεία συντόνῳ Κέρασαν ἡδυβόα Φρυγίων αὐλῶν πνεύματι. Aliter alii. Tandem veram scripturam, metro quoque necessariam, protulit Matthiæ. Idem valet ἀνὰ δὲ βάκχια quod ἐν βακχίοις. Ipsum vide Gramm. Gr. §. 579. Elmsl.

116. Vulgo, ματρός τε Ῥέας εἰς Χέρα θῆκαν, κτύπον ε. Β.

Brunckius, ut τῷ καλλίκτυπον locum faceret, intoleranda sane audacia θῆκαν τε Ῥέας εἰς χέρα dedit ex conjectura Musgravii. Vulgatam, quod miror, non revocavit Matthiæ. Elmsl.

119. ἐξανύσαντο. *Peregerunt* vertunt Portus aliique, subaudito scilicet *sacra*, et activa forma cum media confusa. Rectius Heathius *obtinuerunt*. Ordo est: παρὰ δὲ ματέρος θεᾶς ἐξανύσαντο μαινόμενοι σάτυροι. Confert Brunckius Æschylum Prom. 699. Τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα Κούφως. Miror autem Musgravium potius conjecisse ματέρος ἐξάνυσαν τελετὰς, quam in Heathii interpretatione acquievisse. Elmsl.

121. Τριετηρίδων. Oppianus Cyneg. IV. 233. Οἰνάδες, ὀσχοφόροι, τριετηρίδες, ἀνθοκάρηνοι, Βάκχου φοιταλιῆνος ἐγερσιχόροιο τιθῆναι. Unde fortasse Joannes Nicolai apud Jac. Gronovium Thes. T. VII. p. 201. F. inter Bacchi sacerdotes sive ministras etiam Τριετηρίδας enumerat. Nihil tale docet Statius Theb. IV. 722. *Ludus et atra sacrum recolet trieteris Ophelten.* Neque Cicero de Natura Deor. III. 33. *Dionysos multos habemus: quintum Niso natum et Thyone, a quo trieterides constitutæ putantur.* Plura de Trietericis Virgilii interpretes ad Æn. IV. 302. Elmsl.

123. Sequitur epodus, cujus neque metrum neque sensus ex omni parte perspicuus est. Ceteris difficiliora sunt prima verba, quæ in Aldina ita leguntur: ἡδὺς ἐν ὄρεσιν, ὅταν Ἐκ θιάσων δρομαίων Πέσῃ πεδόσε. Nihil valet Musgravii conjectura ἦδος ἐν ὄρεσιν, *voluptas in montibus.* Aliæ sunt conjecturæ hac nihilo meliores. Elmsl. Una littera addita scribendum ὅς τ' ἂν, qua emendatione orationi consulitur, indicato, de quo loquatur chorus, quod aliter prorsus incertum foret, sensu verborum ex omni parte laborante. Est autem pronomen, ut copula indicat, semel positum, quum proprie bis poni debuerit: ἡδὺς, ὃς ἐν οὔρεσιν, ὅς τ' ἂν πέσῃ πεδόσε. *Lætitiæ plenus est, in montes, quique ex velocibus thiasis in campos sese contulerit.* Herm.

126. Præstaret προπαροξυτόνως scribere τραγόκτονον, ἤγουν αἷμα τῶν τράγων τῶν κτανθέντων, εἴτε φονευθέντων. Portus. Αἷμα hic φόνον significat, ut apud Nostrum, Or. 819. Τίς νόσος, ἢ τίνα δάκρυα, Καὶ τίς ἔλεος μείζων κατὰ γᾶν, Ἢ ματροκτόνον αἷμα χειρὶ θέσθαι; Ibid. 1644. δίκην ὑπόσχες αἵματος μητροκτόνου. Idem θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις dixit Iph. T. 374. βορᾷ χαίρουσιν ἀνθρωποκτόνῳ, Cycl. 127. Activo sensu sumuntur adjectiva ἀνθρωποκτόνος, βροτοκτόνος, μητροκτόνος, τραγοκτόνος. Reiskius: ὠμοφάγον χάριν, *voluptatem crudivoram* vertit. Simile est χαρμοναῖσιν ἀνδροβρῶσι, quod dixit Noster Herc. 381. Elmsl.

Bacchæ, ut alias docui, crudis carnibus vesci solitæ sunt. BROD. Non dissimilis est Clementis Alex. descriptio; Cohort. ad Gentes, p. 11, 15. Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομηνίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεανομίας τῶν φόνων, ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν, ἐπολολύζοντες Εὐάν. MUSGR.

128. Horum verborum hic sensus est: ὁ δὲ, ὁ Βρόμιος, ἐξάρχεται τοῦ εὐοῖ λέγειν. HERM. Ἔξαρχος vox Homerica, Il. Ω. 720. παρὰ δ' εἷσαν ἀοιδοὺς Θρήνων ἐξάρχους. Demosthenes de Cor. p. 516. B. ἔξαρχος καὶ προηγεμὼν ϗ κιττοφόρος ϗ λιχνοφόρος ϗ τὰ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν γραδίων προσαγορευόμενος. Plutarchus, T. II. p. 65. C. ἦν δὲ ὁ Μήδιος τοῦ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον χοροῦ τῶν κολάκων οἷον ἔξαρχος. Apud eundem Numa, p. 67. C. legitur ἔξαρχος τῶν ἱερῶν. ELMSL.

129. ῥεῖ δὲ γάλακτι κ. τ. λ. Horat. Carm. II. 19. 9. *Fas pervicaces est mihi Thryades, Vinique fontem, lactis et uberes Cantare rivos, atque truncis Lapsa cavis iterare mella.* Confer infra vv. 664. sqq. BRUNCK. Addit Elmsleius, Exod. v. 8. LXX. ϗ εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς γῆν ἀγαθὴν ϗ πολλὴν, εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα ϗ μέλι.

130. καπνός. Elliptice dicitur pro καπνός ἐστι, quod moneo, quia Reiskius hoc cum ἀΐσσει connectendum putat. Eadem vero ellipsis apud Dionysium est; Perieg. 1016. Αἰεὶ δ' ἠχήεσσαν ἀνὰ χθόνα δοῦπος ἀκόντων, Ἢ βελέων· πάντη δέ τ' ἀελλοπόδων δρόμος ἵππων Θυνόντων κ. τ. λ. MUSGR.

131. Nulla est difficultas in verbis ἔχων πυρσώδη φλόγα πεύκας, quibus similia φλέγοντ' ἀγλαῶπι πεύκᾳ habet Sophocles, Œd. T. 213. Major in ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει, quæ ita vertit Barnesius: *ex ferula emicare* facit, *quassando.* Heathius vero, qui tres versus ita reddit: *Bacchus habens rutilantem flammam facis ferulæ affixam, vel e ferula pendentem, impetu fertur.* Monet etiam Musgravius: *Videntur Bacchantes tedas suas non manibus prehensas, sed ferulis insertas gestasse.* ELMSL. De activa significatione verbi ἀΐσσειν, vide ad Orest. 1411. Melior tamen videtur Heathii interpretatio.

134. δρόμῳ ϗ χόροις. Id est, *sua cursitatione, suisque Choreis*, in quibus dum versaretur ὁ Βακχεὺς, nonnullos, credo, a thiaso segregatos palantesque hic illic offendebat.—ἐρεθίζων, *stimulans*, ut Virg. Æn. IV. 302. MUSGR.

135. De ἀναπάλλων, vide ad v. 1142. ELMSL.

140. χρυσορόου. Nam e monte Tmolo profluit Pactolus auriferum flumen. BROD. Herodotus I. 93. θώματα δὲ γῆ Λυδίη ἐς συγγραφὴν οὐ μάλα ἔχει, οἷά τε καὶ ἄλλη χώρη, πάρεξ τοῦ

ἐκ τοῦ Τμώλου καταφερομένου ψήγματος. Vide etiam Strabonem, p. 625. D. Musgravium aliosque sequutus dedi χλιδὰ ex conjectura Reiskii, qui vertit: *O Bacchæ, quæ estis decus atque deliciæ Tmoli.* Elmsl.

143. εὔϊα. Adverbii loco, *Bacchico more.* Elmsl.

147. σύνοχα. *Congrua.* Noster Hel. 170. εἴθ' ἐμοῖς γόοις Μόλοιτ', ἔχουσαι τὸν Λίβυν Λωτὸν, ἢ σύριγγας, αἰλίνοις κακοῖς Τοῖς ἐμοῖσι σύνοχα δάκρυα, πάθεα πάθεσι, μέλεα μέλεσι. Vulgo φοιτάσιν εἰς ὄρος sine distinctione, quod *euntibus in montem* reddit Portus. Sed φοιτάσιν plus significat quam *euntibus*, nempe Μαινάσιν. Æschylus Ag. 1282. Καλουμένη δὲ φοιτὰς, ὡς ἀγύρτρια, Πτωχὸς, τάλαινα, λιμόθνης ἠνεσχόμην. Elmsl. Qui, commate post ὄρος amoto, post φοιτάσιν interpunxit, adeo ut εἰς ὄρος κῶλον ἄγει jungantur.

148. Verba ἡδομένα δ' ἄρα et quæ sequuntur alii aliter distinguunt. Aldus post πῶλος, iterumque post ταχύπουν, interpungit. Optima videtur Musgravii ratio, quo auctore verba πῶλος ὅπως ἅμα ματέρι φορβάδι parenthesi inclusa nunc leguntur. Elmsl.

157. Malim ἀναίρειν, *elevare, attollere.* Musgr. Sensus videtur esse θύρσους ἀνάπτειν κισσῷ, ut ἀνάπτειν significet ἐξαναστέφειν, quo verbo utitur Noster, v. 1009. Elmsl.

159. Si codex sanus, hæc [ἠσθόμην κλύων] idem valent ac αἰσθάνεσθαι ἐδόκουν, *sentire videbar.* Sic alter interpres rem accepit. Alter videtur ἡδόμην legisse, quæ lectio melior. *Quam lætatus sum tuam vocem audiens.* Port. Assentior Elmsleio, ἠσθόμην non esse corrigendum censenti: sed valde durum mihi videtur, quod eidem viro docto placet, ὡς pro ἐπεὶ dictum esse, verba ἥκω δ' ἕτοιμος autem illorum apodosin esse. Non opus est, ut illo confugiamus. Ὡς est *nam: O carissime: agnovi enim vocem tuam.* Rationem reddit, cur carissimum appellaverit Tiresiam, priusquam viderit. Dicit enim hæc, dum aperiuntur fores. Herm. Quod ad lectionem attinet, confert Elmsleius Hec. 1090. Rhes. 604. Soph. Œd. C. 891.

162. Quum Elmsleius παῖδα παιδὸς, quod tragicis *nepotem* significare et hic et ad v. 1281. docet, pro παῖδα θυγατρὸς scribi mavult, mihi ille ipse usus tragicorum indicare videtur, cur θυγατρὸς hic scripserit Euripides. Quoniam enim *nepotem* significat παῖς παιδὸς, parum decora deo diceret, si diceret: *oportet me nepotem meum Bacchum ornare.* Quare declinans tam familiarem appellationem ita dicit: *oportet me ornare Bacchum, ut ex filia mea prognatum.* Herm.

169. ἐπιλελήσμεθ' ἡδέως Γέροντες ὄντες. *Lubens obliviscor senem me esse.* Eadem est constructio in vv. 39. 47. ἐπιδείξομαι γέρων ὤν, ita dicitur ut ἐνδείξομαι θεὸς γεγώς. Sic Æsch. Prom. 62. ἵνα μάθῃ σοφιστὴς ὤν. 630. ὅπως δ' ἂν εἰδῇς μὴ μάτην κλύουσά μου. Sic Noster Hec. 394. οὐ γὰρ οἶδα δεσπότας κεκτημένος. Troad. 401. χρηστὸς ἔλαθεν ἂν γεγώς. Med. 545. δείξω σοφὸς γεγώς. Vide Med. 871. Hipp. 406. 435. Exempla ubivis obvia. BRUNCK.

175. Legendum ἀμοχθὶ cum Elmsleio. Vide ipsum ad Soph. Œd. C. 1646. et Blomfield. Gloss. Æsch. Prom. 216.

178. τὸ μέλλειν. *Mora.* Frivola est conjectura Barnesii τὸ μέλλον. HEATH.

181. Vulgo σοφιζόμεσθα. Male Græcum esse οὐδὲν σοφιζώμεσθα monet Porsonus Adversar. p. 264. Satis mihi facit vulgata, quam ita reddit Portus: *Nihil argute comminiscimur in deos.* Nova fortasse constructio σοφιζόμεσθα δαίμοσι, quod quum dixit poëta, πολεμεῖν, ἐπιβουλεύειν aut ejusmodi aliquid in animo habuisse videtur. ELMSL. Sensum esse puto: *nihil argutamur cum diis:* i. e. non disputamus cum diis, tanquam qui plus illis sapere nobis videamur. HERM.

183. Nulla causa est, cur λόγος mutetur in λόγοις. *Quæ a patribus,* inquit, *accepimus, quæque nata nobiscum habemus, nulla ratio evertet, ne si per summam quidem mentis sollertiam parta sit sapientia.* HERM.

184. Brunckius οὐδ' ἢν cum hac annotatione: *Sic omnino scribendum, non* εἰ. *Hæc particula cum subjunctivo non construitur. Est autem* εὕρηται *subjunctivus aor. 2. medii.* Utrum εἰ cum subjunctivo construatur, rectius disputari potest ad Sophoclis Œd. T. 189. τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ. Nam quis Brunckium docuit, εὕρηται subjunctivum esse? Mihi indicativus esse videtur. ELMSL.

186. Edd. veteres et recentiorum pleræque notam interrogationis post ἐμὸν addunt, quasi sensus sit: *Dicetne aliquis,* &c. Recte Portus: *Dicet* fortasse *quis.* Ceterum huc respicere Themistium Or. XVI. p. 199. D. monet Porsonus Adversar. p. 264. Themistii verba sunt: οὐχ οἷός τε εἰμὶ κατέχειν ἐμαυτὸν, οὐδὲ τὸ γῆρας αἰσχύνομαι, κατ' Εὐριπίδην, μέλλων χορεύειν. ELMSL.

187. Non puto opus esse, ut, quod Elmsleio placet, ante hunc versum intelligamus κακῶς φρονῶν, sed, ut consueverunt Græci voculas, quibus quis aiat vel neget, omittere, ita satis est hic quoque factum putare. *Dicet quis,* inquit, *me nescire, quid senectuti debeam, qui hedera coronatus saltaturus sim.*

Minime vero. Non enim distinxit deus, utrum juvenes an senes saltare debeant, sed vult coli ab omnibus. HERM.

190. Vix quidquam est in hac fabula, quod majorem interpretibus molestiam attulerit, quam verba δι' ἀριθμῶν δ' οὐδὲν αὔξεσθαι θέλει, *numeris vero nihil augeri vult.* Sic enim Portus. Reiskius: δι' ἀριθμῶν *non intelligo, neque puto sanum: nisi forte sint* ordines, classes hominum. *Sententia tum foret: non vult deus a certis numeris, ordinibus hominum, ut a juvenibus e. c. solis coli, senibus exclusis.* Hæc ille, in cujus interpretatione acquiescendum mihi videtur. Idem fere significat δι' ἀριθμῶν, quod nostra lingua *by halves.* Male Musgravius: *per homines nullius pretii aut existimationis.* Αὔξεσθαι pro τιμᾶσθαι legitur paullo ante v. 164. Οὐδὲν nominativus esse potest, ut sensus sit: *nihil est quod a paucis coli velit.* Sed malo οὐδὲν θέλει pro οὐ θέλει. ELMSL.

198. Vocem ἡμῖν supervacuam appellat Brodæus. Cui recte respondet Stephanus, tale esse γυναῖκας ἡμῖν ἐκλελοιπέναι δώματα, quale *quo mihi mater abis* et sexcenta alia. Plura vide ad Sophoclis Œd. C. 1021. ubi vulgo mendose legitur ἡμῶν. ELMSL.

200. Portus verba θοάζειν τὸν νεωστὶ δαίμονα vertit *celebrare novum hunc deum,* τιμώσας χοροῖς vero *honorantes* eum *choreis.* Recte Brunckius post θοάζειν interpunxit, ut verba τὸν νεωστὶ δαίμονα penderent a sequentibus τιμώσας χοροῖς. Quæ addit de verbo θοάζειν, partim vera sunt. Sed verborum θοάζω Βρομίῳ πόνον ἡδὺν v. 65. falsam affert interpretationem, quum dicit θοάζω ibi significare ἀνύω vel τελῶ. Vix exspectandum erat, ut bis in una fabula verus hujus verbi sensus prava distinctione obscuratus esset. ELMSL.

204. πτώσσουσαν. Iterum hoc verbo utitur Noster Hec. 1041. Ὦ κατάρατοι, ποῖ καί με φυγᾷ Πτώσσουσι μυχῶν; Cum Baccharum loco confer Andr. 743. Ὅρα δὲ μή νυν εἰς ἐρημίαν ὁδοῦ Πτήξαντες οἵδε, πρὸς βίαν ἄγωσί με. Cum altero Cycl. 406. Ἄλλοι δ' ὅπως ὄρνιθες, ἐν μυχοῖς πέτρας Πτήξαντες εἶχον. Hæc attuli, ut ostenderem πτήσσειν et πτώσσειν non nisi forma differre. ELMSL.

205. Plena oratio est ὡς δὴ Μαινάδας θυοσκόους οὔσας. Participium simili modo omittit Noster Andr. 234. Τί σεμνονυθεῖς, κεἰς ἀγῶν' ἔρχει λόγων, Ὡς δὴ σὺ σώφρων, τἀμὰ δ' οὐχὶ σώφρονα; Sic etiam Aristophanes Vesp. 1306. οὗτος δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξιός. Hesychius: Θυοσκόος· εἶδος μάντεως, διὰ σπλάγχνων τὸ μέλλον δηλοῦντος. οἱ δὲ τὸν δι' ἐμπύρων ἱερῶν τὰ σημαινόμενα νοοῦντα. Neutrum horum significat θυοσκόους apud Euripidem, sed potius *furibundas* aut ejusmodi aliquid. Θυοσκόος apud tragicos sæpius non legitur. ELMSL.

207. Ita interpungo, ut verba δεσμίους χέρας potius ad σώζουσι referantur quam ad εἴληφα. Sic etiam Brunckius aliique. Male Reiskius: ὅσχις μὲν οὖν εἴληφα δεσμίους χέρας. ELMSL.

218. In verbo συγγίγνεται nihil aliud inest, quam familiaris consuetudinis significatio: ne quis res Venereas dici putet. Utitur enim tali verbo, quo eas nec dicat, neque tamen excludat. HERM.

223. Libri, Ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσον θεὸν, Ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διός. Quæ quum manifesto corrupta sint, in diversas partes abierunt critici, alii, quid hospes ille de Baccho narret, significari putantes, ut Brunckius, qui secundum versum ita scripsit, ἐκεῖνος ἐν μηρῷ νιν ἐῤῥάφθαι Διός· alii, se ipsum pro Baccho venditare hospitem illum rati, ut Reiskius, qui primum versum hoc modo correxit, ἐκεῖνος εἶναί φησι Διόνυσος θεὸς, quem sequuti sunt Schæferus et Matthiæ. Non est autem hæc, ut Elmsleio visum, inepta sententia: *ille se deum esse dicit, qui jam pridem mortuus est, vel potius numquam natus.* Nam recte hoc diceret Pentheus, ut qui illud ipsum vellet ostendere, ineptum esse, qui facta esse jactaret, quæ fieri non possent. Si, utra interpretatio vera sit, quæris, responsio non ex hoc loco peti potest, sed petenda est ex tota fabula. Nam etsi hospes ille Bacchus ipse est, tamen nec Pentheus id eum jactare usquam significat, quod certo faceret, ubi ille vinctus adstat, nec chorus eum putat ipsum Bacchum esse, et denique ipse, ubi cum choro colloquitur, deum se esse dissimulat. Ex his patet, veram esse illam interpretationem, quam Brunckius sequutus est. Sequitur eam etiam Elmsleius, sed hic quum ita hos versus scripsit, Ἐκεῖνον εἶναι φησὶ Διόνυσον θεὸν, Ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐῤῥάφη Διὸς, posuit, quod defendi nullo modo potest. Nam ne commemorem, quam durum sit, quod vult, ad posteriorem versum suppleri ὥς φησιν ὁ ξένος, nulla plane causa inveniri potest, cur de Baccho hic tanta cum vi dicatur ἐκεῖνον et ἐκεῖνος; illud autem plane fieri nequit, ut hospitis, qui ista dicat, nomen, quod maxime necessarium est, nullum usquam in his verbis conspiciatur. Nam quum descripsisset Pentheus formam hospitis, jam illud debet dicere: *hic ergo est ille, qui Bacchum dicit deum esse; hic est, qui femori Jovis insutum nobis persuadere vult eum, qui ictu fulminis conflagravit, quod mater congressum Jovis mentita erat.* Tanto magis ergo pronomen illud de hospite usurpandum erat, quod quam talis auctor parum idoneus esset, demonstrare volebat Pentheus. Quod si prior versus sanus est, in altero, aut ὡς pro ἐν scribendum, aut ἐῤῥάφη in ἐῤῥάφθαι mutan-

dum est. Hoc feci, Reiskio, Musgravio, Brunckio præeuntibus. Servavi autem πότ', quod non opus erat ut Brunckius in νιν mutaret. HERM.

228. Raritas non est idonea damnandi causa. Ὕβρισμα hic, quod conjicit Elmsleius, mea sententia, alienum foret, quia non de una, sed de multiplici contumelia sermo est. Nova enim hospitem sacra instituere, perturbare totam civitatem, pellicere mulieres ad stupra, deum jactare, qui nullus sit, dicit Pentheus. HERM. Vide ad Suppl. 495. et, de constructione, ad Orest. 1624.

232. Proprie ἀναίνομαι est *recuso, detrecto,* quod quoniam est ejus, qui quid invitus facit, significat *piget me.* HERM. Ita Noster Iph. A. 1478. Ἔθρεψας Ἑλλάδι με φάος, Θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι. Herc. 1096. Καὶ τόν γε δήσαντ' εἴπ'. ἀναινόμεσθα γάρ. Subaudi δεθέντες. Ibid. 1206. Ἐπῄνεσ'. εὖ δράσας δέ σ' οὐκ ἀναίνομαι. ELMSL.

238. Noster πτερωτοὺς et ἔμπυρα conjungit etiam Hel. 746. Verba mox dabo ad v. 243. ELMSL.

239. Similia ab Œdipo audit idem Tiresias apud Sophoclem Œd. T. 402. εἰ δὲ μὴ 'δόκεις γέρων Εἶναι, παθὼν ἔγνως ἂν οἷάπερ φρονεῖς. ELMSL.

243. Euripides Hel. 746. Οὔτ' ἦν ἄρ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐμπύρου φλογὸς, Οὔτε πτερωτῶν φθέγματ'. Aristophanes Plut. 362. Φεῦ. ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός. Plura exempla collegit Dobræus. Paullo aliter Herodotus VI. 100. τῶν δὲ Ἐρετριέων ἦν ἄρα οὐδὲν ὑγιὲς βούλευμα. ELMSL.

244. Genitivus τῆς εὐσεβείας interpretes satis exercuit. Brodæus χάριν aut ἕνεκα supplendum monet. Vertit Portus: *O hospes, non vereris deos, per pietatem?* Longe melius Barnesius: *Proh, Pietas! O hospes, non vereris deos.* Musgravio placet: φεῦ τῆς ἀσεβείας, cetera ut vulgo. Hanc conjecturam admisit Brunckius, nisi quod ἀσεβίας dedit. Matthiæ τῆς εὐσεβείας eodem sensu quo Barnesius. De constructione dixit ipse Matthiæ Gramm. Gr. §. 348. cujus exemplis adde Euripidem Iph. A. 316. Ποῦ δὲ κἄλαβές νιν; ὦ θεοὶ, σῆς ἀναισχύντου φρενός. Aristophanes Nub. 816. τῆς μωρίας, Τὸν Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί. Eccl. 782. τῆς μωρίας, Τὸ μηδὲ περιμείναντα τοὺς ἄλλους, ὅτι Δράσουσιν, εἶτα τηνικαῦτ' ἤδη. Xenophon Pæd. II. 2. 3. ἐνταῦθα δὴ ἐκεῖνος πάνυ ἀνιαθεὶς δῆλος ἐγένετο, καὶ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, Τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν. Bene Græcum igitur est τῆς εὐσεβείας. Sed sententiæ longe convenientior est Reiskii conjectura τῆς δυσσεβείας, probante Porsono apud Kiddium, p. 225. ELMSL.

251. Eandem fere sententiam diversis verbis inclusit Noster Or. 885. Ὅτ' ἂν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις, φρονῶν κακῶς, Πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα. Utrobique Cleophontem perstringere videtur, in quem dicta monent interpretes proxime superiora in Oreste: κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος, ἰσχύων θράσει, κ. τ. ἑ. ELMSL. Qui interpunxit, θρασύς τε δυνατός, καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνήρ, cum Musgravio δυνατὸς idem quod δυνάστης esse censens. Recte vero Matthiæ, quem sequendum putavi, interpunxit. Non enim δυνατὸς unquam pro δυνάστης, nec δύνασθαι pro δυνάστην εἶναι dictum est, sed δυνατὸς potentem significat, atque adjectivum est, δύνασθαι autem est δυνάμενον sive δυνατὸν εἶναι, cujusmodi viri epicis μέγα δυνάμενοι audiunt. HERM.

259. ὃ δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον. Perperam reddita sunt in Latinis versionibus hæc verba. Verte: *quod autem equiparandum est*. BRUNCK. Relativum ὃ ad ὑγρὸν πῶμ' referendum esse Heathius etiam sensit.

260. Legendum πῶμ' εὗρε. Vide ad Hec. 389. et cf. infra v. 666.

264. οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων. Falsum est nullum aliud malorum esse remedium, quam somnum; quin ipse jam dixit contrarium, quum vino leniri ægritudinem, exhilararique homines dixit. Nec sustuleris hanc sententiæ perversitatem, si verba οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων, non de somno, sed de vino acceperis. Nam hoc quoque falsum est, vinum unicum esse remedium malorum. Itaque aut necesse est, versum excidisse, in quo, quod deest, scriptum fuerit, nullum malorum remedium fortius esse ac potentius, quam vinum: vinum enim potius, quam somnus laudari debebat: (quod dici debebat, expressit vertendo Natalis Comes, V. 13. *nec pharmacum malo aptius*) aut, si nihil excidit, verba necesse est corrupta esse. Id quum mihi veri similius videatur, scripsi, δίδωσ', ἵν' οὐκ ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων. Ubi semel prima duo verba in unum conjuncta erant, mutatum est οὐκ in οὐδ'. Nec refragabor, si quis ἵν' οὐδὲν ἄλλο præferat. Sententia jam est aptissima: *vinum tristitia liberat mortales, somnumque adducit, quo obliviscantur homines malorum, ubi non est aliud eorum remedium*. HERM.

266. ὥστε διὰ τοῦτον. Verba transposita legit Porsonus in Advers. p. 264. juxta regulam suam in Præfat. ad Hec. p. 16. et confert Eurip. Hec. 338. Phœn. 506. 1387.

274. Non multum difficultatis in hoc loco est, si modo, quid machinatus sit Jupiter, recte perspexeris. Quum metu-

endum esset, ne Juno e cœlo ejiceret Bacchum, abrupit Jupiter partem ætheris terram ambientis, eamque in Bacchi formam transmutavit, et Junoni obsidem dedit rixarum, i. e. pro pignore dedit Junoni, quo ea rixari desineret, si jam in potestate sua haberet Bacchum. Ipso autem vero Baccho quid fecerit Jupiter, non dicit poeta. Scilicet educandum misit nymphis quibusdam: de qua re satis constabat. Jam vero, quod deus, qui putabatur, i. e. æther ille Bacchi formam gerens, Junoni obses datus fuerit, ex eo quosdam ait Euripides, nomine leviter mutato, commentos esse, femore Jovis conditum fuisse Bacchum. Quæ quum ita sint, verba ἔθηκε τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς Διόνυσον Ἥρας νεικέων sic construenda esse patet: τόνδε (retulit hoc ad αἰθέρα, quum proprie debuerit τόδε dici, relatum ad μέρος) ἔθηκε Διόνυσον, ἐκδιδοὺς ὅμηρον Ἥρας νεικέων. Eam ob causam, ne nimia commatum copia lector perturbaretur, unam tantummodo diastolen post τόνδε posui, ut statim appareret, non esse τόνδ' ὅμηρον conjungenda. HERM.

276. ταφῆναι. Hac emendatione Matthiæi, pariterque illa Piersoni ῥαφῆναι, nihil opus. Recte se habet vulgata τραφῆναι.

278. συνθέντες λόγον. *Mentientes.* Æschylus Prom. 686. νόσημα γὰρ Αἴσχιστον εἶναι φημὶ συνθέτους λόγους. Ubi schol. τοὺς ψευδεῖς. ELMSL.

286. Hoc dicit poëta: καὶ τοῦτο (nempe τὸ διαπτοεῖσθαι πρὶν μάχης θιγεῖν) μανία ἐστὶ παρὰ Διονύσου πεμφθεῖσα. Quod cur Piersono aliisque displicuerit, equidem non video. Ceterum recte monet Barnesius, hos terrores Pani potius quam Baccho a vulgo tributos esse. ELMSL. Quum autem terrores Panicos Baccho tribuit auctori, videtur id propterea facere, quod Pan comes esse Bacchi solet. HERM. Vide ad Med. 1162. Rhes. 36.

287. ἔτ' αὐτὸν ὄψει κ. τ. λ. Multa apud poëtas mentio est flammæ in monte Parnasso noctu lucentis, quam qui videbant, Bacchum utraque manu facem gestantem cum solito famularum comitatu saltare credebant. Cujus ignis quæ fuerit natura, eorum est investigare, qui in physicis versantur. Quod grammatici officium est, tragicorum nonnulla de eo testimonia apponam. Sophocles Ant. 1126. Σὲ δ' ὑπὲρ διλόφου πέτρας Στέροψ ὄπωπε λιγνὺς, ἔν-Θα Κωρύκιαι νύμφαι Στείχουσι Βακχίδες. Cf. Eurip. Phœn. 226. Ion. 712. 1125. ELMSL. Cave huic καὶ respondere putes τὲ, v. 290. Non magis enim καὶ-τε, quam apud Latinos *et-que* in partitione dicitur. Καὶ est *etiam.* HERM.

288. Recte hæc distinguit Aldus. Recte etiam Portus, licet in interpretatione dederit: *salientem cum facibus, et*

bicipitem rupem percutientem. Pessime Musgravius: πηδῶντα, σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα Βάλλοντα. Confert Brunckius Sophoclem Aj. 30. πηδῶντα πεδία σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει. Conferre potuisset nostræ fabulæ v. 829. θρώσκει πεδίον Παραποτάμιον. Elmsl.

289. Brunckius, qui falli ostendit eos, qui δικόρυφον πλάκα βάλλοντα conjungunt, βάλλοντα et Βακχεῖον κλάδον conjungere videtur. Aldus vero post βάλλοντα interpungit, quasi sensus sit βάλλοντα γῆν. Elmsl.

291. μὴ αὔχει. Mihi μὴ νόμιζε significare videtur, ut passim apud tragicos. Male Portus: *Ne propter imperium glorieris.* Aliquanto melius Barnesius: *Ne imperium gloriare, &c.* Elmsl.

292. Διὰ μέσον sunt verba ἡ δὲ δόξα σου νοσεῖ. Μὲν sine apodosi, ut apud Nostrum Herc. 701. Δοκῶ μὲν αὐτὴν, ὡς θύραθεν εἰκάσαι, Ἱκέτιν πρὸς ἁγνοῖς ἑστίας θάσσειν βάθροις. Sophocles Ant. 622. τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ᾽ ἐσθλὸν Τῷδε μὲν, ὅτῳ φρένας Θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν. Elmsl.

295. Sive Porsonus, sive Salmasius est, qui sic scribendum conjecit: Οὐχ ὁ Διόνυσος ὡς φρονεῖν ἀναγκάσει Γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν, ἀλλ᾽ εἰ τῇ φύσει Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ᾽ ἀεὶ, Τοῦτο σκοπεῖν χρή· ea conjectura mihi et ad constructionem valde impedita, et ad significationem verborum ita ambigua videtur, ut persuasum habeam, non ita scripsisse Euripidem. Nam quum φρονεῖν εἰς τὴν Κύπριν et *cogitare Venerem,* et *sapere quod ad Venerem attinet,* atque hoc quidem multo facilius, significare possit, quis non videt, quam inepte hac formula usus fuisset poeta ad propensionem in res Venereas indicandam? Quod autem Elmsleius edidit, in quo Duportus et Matthiæ ei duces fuerunt, οὐχ ὁ Διόνυσος σωφρονεῖν κ. τ. λ. in eo illa, quæ prima sunt, non video quomodo huic loco conveniant. Nam si dicit, *non Bacchus coget mulieres pudicas esse,* ita loquitur, ac si Pentheus contendisset, officium hoc Bacchi esse, pudicitiam commendare mulieribus. At ille eas a Baccho ad impudicitiam et stupra excitari dixerat, quod satis habet si non fiat, non etiam postulat contrarium fieri. Ex quo patet, illud potius hic dici debere, impudicitiam mulierum non esse Baccho vitio vertendam. Itaque quum in libris et μὴ σωφρονεῖν legatur, quid planius esse potest, quam Euripidem μὴ φρονεῖν scripsisse? Nam quum φρονεῖν per σωφρονεῖν explicatum esset, explicatio in textum recepta vitiavit metrum, cui vitio qui mederi volebant, quum originem erroris non perspexissent, deleverunt μή. Sententia omni ex parte recte se

habet. *Non Bacchus*, inquit, *intemperantes ad Venerem esse coget mulieres, sed semper in natura atque ingenio cujusque inest temperantia et moderatio in rebus omnibus. Hoc considerare oportet. Itaque etiam in sacris Bacchicis si qua femina pudicis moribus est, conservabit castitatem.* Futuro ἀναγκάσει utitur, quia sacra Bacchica recipi vult. HERM. Locum sic vertit Grotius: *Neque corda turpes Veneris in vetitæ faces Fœminea coget Liber; ingenium bonum Semper pudici regulam moris tenet. Hoc cogitandum est: in sacris evantium, Quæcunque vere est casta, non vitiabitur.*

302. Noster Hipp. 7. Ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε, Τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο. ELMSL.

304. ἐρεψόμεσθα. *Coronabimur.* Verbum *Homericum.*

307. μαίνει γὰρ κ. τ. λ. Miror, Elmsleium in Musgravii interpretatione acquiescere, qui mentem Penthei pharmacis corruptam significari putat. Mihi nihil neque argutius neque putidius dicere potuisse videtur Tiresias. Immo vero præclara est, et dignissima sapientissimo vate sententia, quum dicit: *insanis tristissima insania, et nec remediis sanari potes, nec sine remedio ægrotas.* Hoc enim significat, neque esse, quod illum ad sanam mentem revocare queat, neque insanire eum ita, ut non finem isti insaniæ crudelissima quæ ei immineat mors impositura sit. Vide v. 356. sqq. Fatidico ore hæc dicta esse, subindicat etiam chorus, quum dicit, Φοῖβον οὐ καταισχύνεις λόγοις. HERM.

312. Verba μὴ θύραζε τῶν νόμων significant μὴ ἔξω τῶν νενομισμένων. Confer quod infra legitur v. 846. οὐ Γὰρ κρεῖσσόν ποτε τῶν νόμων Γιγνώσκειν χρὴ καὶ μελετᾶν. ELMSL.

313. πέτει. Fere ut nostri dicunt: *You are flighty.* ELMSL.

315. καταψεύδου. Non significat *adversus* eum *mentiaris,* ut putavit Portus, cujus interpretationem correxit Heathius. Dixit Demosthenes ὃ μέγιστον ἦν καθ' ὑμῶν ἐγκώμιον. Quæ verba attulit Matthiæ Gramm. Gr. §. 581. Sæpius apud tragicos non legitur καταψεύδεσθαι. ELMSL.

316. ὡς ἔστι, Σεμέλη κ. τ. λ. Acutissimi Tyrwhitti omnino recipi debuit emendatio, quum ex vulgata lectione falsus emergat sensus. *Etiamsi Deus ille non sit, ut ais, tibi tamen Deus dicatur: pulchre mentitor, et simula te credere Deum esse, cum ut Semele videatur Deum peperisse, tum ut universi nostri generis augeatur honos.* Nemo dubitabat quin Semeles esset filius, sed negabant, quem illa peperisset, Deum esse. BRUNCK.

317. Scaliger legit ἡμῶν, non recte. Ἡμῖν enim fit per

appositionem, παντὶ τῷ γένει. Barnes. Constructio ἡμῖν τῷ γένει, apud omnes scriptores passim obvia est. Pindarus Olymp. II. 27. εὔφρων ἄρουραν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον λοιπῷ γένει. VIII. 109. ὅ σφιν ὤπασεν Ζεὺς γένει. Rhes. 640. ἐχθρῶν τις ἡμῖν χρίμπτεται στρατεύματι. Elmsl.

320. Vulgo διεσπάσαντο. Reiskii conjecturam, διέσπασαν τὸν κρείσσονα, silentio præterissem, nisi admisisset eam Matthiæ. Mihi neque necessarius videtur articulus, et media forma διεσπάσαντο æque bene usurpari atque activa. Aristophanes Ran. 478. τὼ νεφρὼ δέ σου Αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡματωμένω Διασπάσονται Γοργόνες Τιθράσιαι. Ordo est: διεσπάσαντο ἐν ὀργάσιν. Quod monuerunt Heathius et Musgravius. Elmsl. Matthiæ et Elmsleius κυναγίαις, quæ forma exstat in Hippol. 108. Vulgaris apud Sophoclem in Aj. 37. Κυναγὸς dixisse tragicos, non est dubium. Sed non videntur κυναγετεῖν dixisse. Quid ergo, si in nomine κυνηγία fluctuarunt? Itaque ut in re, quæ non satis certa videatur, malui libros sequi. Herm. Vide ad Orest. 26.

322. Διὰ μέσου sunt verba δεῦρό σου στέψω κάρα κισσῷ, quæ Anglice vertenda sunt: *Come hither, let me crown your head with ivy.* Στέψω enim, quod pro futuro accipiunt interpretes Latini, subjunctivum esse monui ad Med. 1243. Usitatius esset φέρε σου στέψω κάρα, sed δεῦρο usurpavit etiam Theopompus apud Athenæum, p. 470. F. Χώρει σὺ δεῦρο Θηρικλέους πιστὸν τέκνον, Γενναῖον εἶδος. ὄνομά σοι τί θώμεθα; Ἆρ' εἶ κάτοπτρον φύσεος; ἣν πλῆρες δοθῇς, Οὐδὲν ποτ' ἄλλο. δεῦρο δὴ γεμίσω σ' ἐγώ. Porsonus ad Av. 813. δεῦρο δὴ, γεμίσω σ' ἐγώ. Nulla ambiguitas est in hoc exemplo. Futurum enim est γεμιῶ. Elmsl.

324. Sensus hujus versus est: Μὴ πρόσφερε χεῖρα, ἀλλὰ βάκχευε ἰών. Alterum ejusdem constructionis exemplum exstat infra v. 748. Elmsl.

325. Ambigua est Aldina scriptura μηδ' ἐξομόρξῃ. Si ἐξομόρξῃ subjunctivus est, interrogationis signum post ἰὼν ponendum est: sin autem futurum, post ἐμοί. Alterum hujus ambiguitatis exemplum præbet Noster Hipp. 601. οὐ μὴ προσοίσῃς χεῖρα, μὴ δ' ἅψῃ πέπλων. Ita Aldus. Nemo dubitat ὁ μὴ προσοίσεις χεῖρα scribendum esse. Utrum vero ἅψῃ an ἅψει, minus constat. Malo ἐξομόρξῃ et ἅψῃ pro futuris accipere, ideoque ἐξομόρξει et ἅψει scribere, quia est ubi altera ratio scriptores Atticos barbare loquentes inducat. Futurum sine controversia habet Euripides Hel. 437. Τίς πρὸς πύλαισιν; οὐκ ἀπαλλάξει δόμων, Καὶ μὴ πρὸς αὐλείοισιν ἑστηκὼς πύλαις, Ὄχλον παρέξεις δεσπόταις; Elmsl.

326. Recepi, quod Matthiæ addidit δ'. Nam particulam adversativam hic non puto abesse posse, quia jam de Tiresia, non de Cadmo loquitur. Cadmum si diceret, recte abesset δέ: *abi: non effugies pœnam.* Non recte dicas: *abi: Tiresiam punire volo:* nisi ubi abire quem jubeas propterea, ut punias alterum. Quod non cadit in hunc locum. HERM.

327. Aldus δίκῃ μέτειμι. Dedi δίκην e mea ipsius conjectura ad Heracl. 847. Ita Noster infra v. 489. ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων Μέτεισι Διόνυσός σ', ὃν οὐκ εἶναι λέγεις. Δίκην μετιέναι τινὰ dicitur ut δίκην αἰτεῖν τινα. Cujus constructionis unum exemplum dabo, quod legitur apud Euripidem Andr. 984. πικρῶς δὲ πατρὸς φόνιον αἰτήσει δίκην Ἄνακτα Φοῖβον. ELMSL. Recte proculdubio.

328. θάκους τούσδ'. Vide ad Phœn. 840. et cf. Soph. Ant. 999. Pro τούσδ', recte Musgravius τοῦδ'.

329. τριαίνου. Ita Barnesius e Scaligeri conjectura. Ald. τριαινῆς. Exstat verbum τριαινόω, Herc. F. 926. Aristoph. Pac. 569. MUSGR.

332. δήξομαι. *Molestabo.* Vide Rhes. 592. BARNES. Confert Elmsleius Med. 1360.

337. λευσίμου δίκης. Noster Or. 602. Ἐχοῦσαν οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν, Σοί σῇ τ' ἀδελφῇ, λεύσιμον δοῦναι δίκην. Heracl. 59. ἀνίστασθαί σε χρὴ Εἰς Ἄργος, οὗ σε λεύσιμος μένει δίκη. ELMSL. Vide ad Orest. 50. et Dawes. Misc. Crit. p. 545. ed. Kidd.

340. Jure Elmsleius Aldinæ interpunctionem servavit, μέμηνας ἤδη, καὶ πρὶν κ. τ. λ. Quod aliis placuit, μέμηνας· ἤδη καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν, eo nihil potest languidius fingi. HERM.

346. ἴτω δ' ὅμως. *Accidat tamen quodcunque accidat necesse est.* HEATH.

348. Stephanus supplendum monet ὅρα, aut φοβοῦμαι seu δέδοικα. Hoc supplendum monuerat Brodæus. Ita Æschylus Prom. 67. Σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ Στένεις· ὅμως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτε. De Penthei nomine vide ad v. 481. ELMSL.

351. De nomine πότνια vide Buttmannum in uberiore grammatica Græca, vol. I. p. 261. qui tamen non observavit, πότνα tantummodo vocativi casus esse. HERM. In sequente versu male Matthiæ δ' in θ' mutavit.

353. Libri χρύσεα πτέρυγα. Elmsleius, Proserpinam invocari ratus, ex conjectura χρύσεα σκῆπτρα. Mirum, quantum hic locus torserit interpretes, quum quæ dea, quæve deæ hic appellarentur, disceptarunt. At sive Themidem, sive Nemesin, sive Cererem et Proserpinam tali compellatione alloquutus

esset chorus, neque harum dearum ulla audivisset, neque spectatores, quæ dea tam ambiguis verbis vocaretur, intellexissent. Soli Reiskius et Musgravius viderunt, eam tantum, cujus nomen hic positum conspicitur, dici posse, i. e. Ὁσίαν, *Sanctimoniam*. Quibus qui non assensi sunt, eos retinuisse videtur id, quod perspicue indicatum est ab Elmsleio, repetitum nomen Ὁσία, ex qua repetitione duas intelligi deas debere opinati sunt. At hæc ipsa repetitio nominis confirmat potius Reiskii Musgraviique interpretationem. *Sanctimoniam* enim invocans chorus, quæ duplex est, altera deorum, altera hominum, quoniam alia divinis legibus, alia humanis sancta habentur, pro duplici illo respectu etiam bis invocat, primo, Ὁσία, πότνα θεῶν, deinde, quoniam a divinis diversa sunt humana, addita particula δὲ, Ὁσία δ', ἃ κατὰ γᾶν, et quæ sequuntur. Quoniam enim nomen hujus deæ non est nomen proprium deæ cujuspiam, quæ sua templa, suaque certa sacra habeat, sed nomen rei sanctæ, quam poeta fingit deam esse, est illud nomen simul pro adjectivo, naturam numinis hujus indicante, habendum: quo fit, ut ei particulæ μὲν et δὲ addi possint, plane ut in illo, quod Elmsleius affert, Hec. 932. ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σύ, Ἑκάβη. Nam si simpliciore oratione istam invocationem proferimus, talis est: ὦ ὁσία μὲν παρὰ θεοῖς, ὁσία δὲ παρ' ἀνθρώποις νομιζομένη. Jam vero etiam satis munitum erit, quod et ego pridem conjeceram, et Matthiæ edidit, χρυσέαν πτέρυγα. Deæ enim ab se ipso fictæ quidni recte alas tribuat poeta, dummodo id apte faciat? Fecit autem apte, quia, quum deam illam per auras volitantem res hominum adspicere dicit, eo indicat versari eam quidem inter homines, sed ita, ut nemo eam conspiciat, et ne imaginem quidem simulacris cognitam habeat. Cur vero hanc deam invocet, dicit his verbis, ἀΐεις οὐχ ὁσίαν ὕβριν. Herm.

359. θιασεύειν χόροις. Pessime Portus: *tripudiare choreis*. Θιασεύειν transitivum habet sensum, *in thiasum ducere*. Dativum χοροῖς explicat Noster Ion. 553. ΙΩΝ. Προξένων δ' ἐν τῷ κατέσχες; ΞΟΥ. Ὅς με Δελφίσιν κόραις, ΙΩΝ. Ἐθιάσευσ', ἢ πῶς τάδ' αὐδᾷς; ΞΟΥ. Μαινάσιν γε Βακχίου. Passivum θιασεύεται legitur supra v. 75. Elmsl.

362. ὁπόταν βότρυος κ. τ. λ. Cf. supra v. 242.

365. ἀχαλίνων στομάτων κ. τ. λ. Conferunt Æschylum Prom. 329. γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προστρίβεται. Sequentia attulit Valckenærius. Plutarchus T. II. p. 503. C. ἀχαλίνων γὰρ ὁ ταμιείων, οὐδ' οἰκημάτων, ἀλλὰ στομάτων τὸ τέλος δυστυχίαν

ὁ Εὐριπίδης φησίν. Lucianus, T. I. p. 573. ΛΟΥ. Νῦν οὖν ἕκατι ῥημάτων κτείνετέ με; ΠΑ. Νὴ Δία. φησὶ γοῦν ἐκεῖνος αὐτός· Ἀχαλίνων κ. τ. ἑ. Idem, T. III. p. 189. ὡς γὰρ ὁ καλὸς Εὐριπίδης λέγειν εἴωθεν, Ἀχαλίνων στομάτων καὶ ἀφροσύνης καὶ ἀνομίας τὸ τέλος δυστυχία γίγνεται. Gellius, I. 15. *Favorinum ego audivi dicere versus istos Euripidi,* Ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμου τε ἀφροσύνας, τὸ τέλος δυστυχία, *non de iis tantum factos accipi debere, qui impia aut illicita dicerent; sed vel maxime de hominibus quoque posse dici stulta et immodica blaterantibus; quorum lingua tam prodiga infrenisque sit, ut fluat semper et æstuet colluvie verborum teterrima: quod genus homines a Græcis significantissimo vocabulo* κατάγλωσσοι *appellantur.* Schæferus ad Bosium, p. 156. citat Philonem de Somm. p. 676, 6. πάντα μὲν οὖν ἀνασείειν κάλων ἀχαλίνου στόματος καὶ κατηγόρου γλώττης. ELMSL. Vide Erasm. in Adag. *Os infræne.* Huc et illud, *non ulli tacuisse nocet, nocet esse locutum:* et Hesiodeum illud: Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος Φειδωλῆς. Vide Theogon. vv. 295. 421. 613. BARNES.

373. Verba τὸ σοφὸν ȣ̓ σοφία ita explicat Brodæus: *Subtilior de diis exquisitiorque doctrina, non est sapientia.* ELMSL.

375. ἐπὶ τούτῳ κ. τ. λ. Ἐπὶ pro ἐν dictum monet Heathius. Τὰ παρόντα sunt τὰ παρακείμενα, ἃ πάρεστι λαβεῖν. Φέροι pro λαμβάνοι, ut supra v. 238. κάμπύρων μισθοὺς φέρειν. Facilis igitur sententia, neque impedita constructio. Aliter tamen visum est Reiskio, Tyrwhitto, Musgravio, et Brunckio. Matthiæ omnia recte, nisi quod interrogationis notam addidit. ELMSL.

378. παρ' ἔμοιγε. *Mea quidem sententia* BROD. Noster El. 740. Λέγεται, τὰν δὲ πίστιν Σμικρὰν παρ' ἔμοιγ' ἔχει. ELMSL.

381. Verba νέμονται θνατοῖσιν apud Portum significant *dispensantur mortalibus.* Mea sententia νέμονται significat *habitant,* θνατοῖσιν cum θελξίφρονες conjungendum est. Sensus est: ἔνθα διατρίβουσιν οἱ Ἔρωτες οἱ θέλγοντες τὰς φρένας τοῖς θνητοῖς. ELMSL.

383. Quum plenius interpunctum esset post Ἔρωτες, et legeretur in libris Πάφον θ', incredibile est, quantas turbas excitaverit barbarus iste fluvius, qui vix dubitari potest, quin Nilus sit. Omnes istas dubitationes removisse mihi videor interpunctione mutanda et delenda copula θ', quam emendationem confirmat codicum in antistrophico versu scriptura. Hoc dicit: *veniam in insulam Cyprum, ubi Amores Paphum tenent, quam barbari fluminis centeni rivi ditant.* Nilum barbarum

dicit, quia de Papho loquitur; non idem facturus, si de Ægypto sermo esset. Non autem fruges Ægypto in Cyprum advehi dicit, quæ insula Strabone teste in fine libri XIV. αὐταρκῆ σῖτον gignebat, sed opes indicat omnigenas, quas *trabe Cypria mercator* Paphi congerat, per Nilum cum orientis regionibus commercia exercens. HERM.

385. ἄνομβρον. Pluviam Cypro ignotam fuisse, nemo quod sciam tradidit. Quod proximum est, refert Tacitus, Hist. II. 2. *Altaria Paphiæ Veneris nullis imbribus in aperto madescere.* Plinius vero, Hist. N. II. 96. *fanum Veneris Paphi esse, in cujus quandam aram non impluit.* Credo, rarissimos circa eam urbem, velut in Judæa et Ægypto, imbres commodam fabulæ hujus propagandæ occasionem sacrificulis dedisse: Euripidem vero rem, ut erat, accepisse, sed hyperbolice et more poetarum enunciasse. Eximiam Cypri fertilitatem, voce καρπίζουσιν indicatam, confirmat Ælian. de Animal. V. 56. MUSGR. Vulgo ἄνομβροι. Nihil mutatione opus erat.

386. χὤπου Πιερία κ. τ. λ. Mire desultorius est Euripides, et vere bacchatur cum Bacchis suis, e Cypro ad Nilum et statim in Macedoniam transiliens. REISK. Meminerint lectores, hanc tragœdiam in Macedonia, ubi diem supremum obiit, scripsisse Euripidem. Inde est, quod eam regionem tantis laudibus haud semel extollit. Alter locus est v. 527. μάκαρ ὦ Πιερία, Σέβεταί σ' Εὔιος, κ. τ. λ. ELMSL.

395. Εἰρήναν, κουροτρόφον θεάν. Hoc ex Hesiodo mutuatus est Euripides; Op. D. 226. Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος. BROD.

400. Constructio hæc est: μισεῖ δὲ τοῦτον, ᾧ μὴ ταῦτα μέλει, τουτέστι, διαζῆν εὐαίωνα κατὰ φάος νύκτας τε φίλας. HEATH.

403. Aldus σοφὸν δ' ἀπέχειν Πραπίδα. Laur. σοφὰν δ' ἀπέχειν πραπίδα. Quod ut admittatur, aut plena distinctio, quæ post φωτῶν vulgo legitur, in minimam mutanda est, aut infinitivus ἀπέχειν pro imperativo accipiendus est, aut denique minus plene post superiora verba εὐαίωνα διαζῆν distinguendum est. Hanc rationem amplexus est Matthiæ. Sed omnino reponendum ἄπεχε. Non enim cohærent hæc cum præcedentibus, sed aperte novam continent sententiam. Quum enim Bacchum laudasset chorus, jam quid ipse probet indicaturus, illos vero, inquit, arceo, qui se sapere rati religionem deorum contemnunt, et potius communia instituta usumque sequor. Verba ita intelligenda: *procul habe sapientiam a nimium doctis hominibus profectam.* Cum adjectivo σοφὰν confer tragici nostratis verba: *let not thy discreet heart think it.* Οἱ περισσοὶ hic loci sunt *nimis arguti et sapientes.* ELMS. HERM.

405. Ald. τὸ πλῆθος ὅτι τε φαυλότερον κ. τ. λ. Primo recte Brunckius τε in τὸ mutavit, quod merito recepit Matthiæ. Nam quod Elmsleio placet, φαυλότερον pro φαυλοτέρως dictum esse, id fieri hic propter ambiguitatem non potuit: nemo enim, qui hæc audiret, non conjungeret φαυλότερον ἐνόμισε, *deterius esse putavit*. Præterea vero quomodo τόδε τοι λέγοιμ' ἂν significare possit, τόδε τοι ἄριστον εἶναι λέγοιμ' ἄν, neque ego video, nec facile aliis persuadeatur. Vera scriptura λεγοίμαν latet in lectione codicum. Plena oratio hæc foret: ὅ τι τὸ πλῆθος τὸ φαυλότερον ἐνόμισε χρῆταί τε, τόδε τοι λεγοίμην νομίζειν καὶ χρῆσθαι. Ad τὸ πλῆθος addidit τὸ φαυλότερον quo, vulgus ab illis, quos dixerat, sapientibus distingueret, *non ita doctum vulgus* vocans. HERM.

408. ἄκρανθ'. *Frustra*. BROD.

413. Aldus εὐπρεπὲς hic et infra v. 799. Canterus utrobique εὐτρεπὲς legendum monet. Ita Noster Iph. T. 234. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα Οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη. Herc. 491. Σὺ μὲν τὰ νέρθεν εὐτρεπῆ ποιοῦ, γύναι. El. 693. Παίσω κάρα γὰρ τοὐμὸν ἀμφήκει ξίφει· Δόμων δ' ἔσω βᾶσ', εὐτρεπὲς ποιήσομαι. Nostri, *I will make ready*. Hæc exempla Canteri quidem emendationem confirmant, sed non explicant verba τοὐμὸν εὐτρεπὲς ποιούμενος, quæ Musgravius interpretatur *meam operam facilem reddens*. Imo, *facilem sibi reddens*, id est, *placide et patienter ferens*. ELMSL.

414. κἀγὼ δι' αἰδοῦς εἶπον. Verte: *Ego autem verecunde dixi*. Nomina cum præpositione διὰ constructa, cognatorum adverbiorum vicem plurima sustinent, et in ea resolvi debent. BRUNCK. Hujusmodi sunt δι' ἀριθμῶν, v. 190. διὰ σπουδῆς, v. 193. Vide ad Sophoclis verba παίω δι' ὀργῆς, Œd. T. 807. ELMSL.

415. ἐπιστολαῖς. *Mandatis*. Æschylus Prom. 3. Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς, Ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο. Ubi consulendi interpretes. ELMSL.

420. αὐτόματα κ. τ. λ. Hunc et sequentem versum transtulit Ovidius Metam. III. 699. *Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis Sponte sua fama est, nullo solvente, catenas*. BRUNCK.

424. Editi λάζυσθε. Codd. μαίνεσθε. Unde Burgesius μέθεσθε conjecit, quod recipiendum duxi. Omitti manus hospitis jubet, quod in media urbe conspectuque suo haud ita facile eum effugiendi opportunitatem inventurum putat. Infra vero v. 476. rursus eum vinciri jubet. HERM.

428. Supplendum τραφεὶς aut aliquid ejusmodi constat ex El. 523. Ἔπειτα χαίτης πῶς ξυνοίσεται πλόκος, Ὁ μὲν παλαίστραις

ἀνδρὸς εὐγενοῦς τραφεὶς, Ὁ δὲ κτενισμοῖς θῆλυς; ἀλλ' ἀμήχανον. Elmsl. Non videtur mihi ad verba οὐ πάλης ὕπο posse τραφεὶς intelligi, sed verum vidisse Porsonum puto, qui ad Aristoph. Eccl. 115. οὐ πάλης ὕπο idem esse quod ὑπ' ἀγυμνασίας putat. Comam enim alere mollitiei signum. Herm. Recta Elmsleii interpretatio: neque enim durior ellipsis participii τραφεὶς, quam ea, quæ in v. 431. occurrit.

430. Mihi εἰς παρασκευὴν pro ἐκ παρασκευῆς dictum videtur. In sequenti versu duo verba cogitatione supplenda sunt, ut sensus sit: *non solis radiis adustam, sed in umbra candidam redditam.* Post σκιᾶς recte interpunxit Musgravius. Elmsl. εἰς παρασκευὴν nego dici posse pro ἐκ παρασκευῆς, sed proprie dictum est *ad apparatum*, referturque ad verba, τὴν Ἀφροδίτην καλλονῇ θηρώμενος. *Candidum*, inquit, *colorem cutis habes ad eum finem, ut te amoribus captandis apparares.* Herm.

434. Plena oratio est ὁ κομπὸς οὐδεὶς εἰρήσεται. Elmsl.

435. Noster Heracl. 88. Τὸν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην Ἰόλαον· ὁ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε. Interrogationis signum utrobique addunt edd. omnes. Idem Andr. 554. Ἔστιν δὲ τὴν κατ' οἶκον οἶσθά που κλύων Τῆς τῆσδε θυγατρὸς, ὧν τ' ἀπόλλυμαι χάριν. Hic recte vulgo abest nota interrogationis. Που enim significat ἴσως, *fortasse*, quod ipsum habet Noster Iph. T. 503. Τροίαν ἴσως οἶσθ', ἧς ἁπανταχοῦ λόγος. Elmsl.

439. Vulgo εὐσέβησ'. Optime V. D. [Abreschius] in Observ. Misc. Vol. IX. εἰσέβησ', *fecit vel jussit Græciam ingredi.* Vide Hom. Il. I. 310. Eur. Alcest. 1065. Musgr. Alii aliter conjecerunt, sed præstat hæc Abreschii emendatio.

441. Ald. οὐκ, ἀλλ' ὃς Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις. MSS. Stephani habere dicuntur Σεμέλην, unde Canterus, οὐκ, ἀλλὰ Σεμέλην ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμοις, quod recepit Elmsleius. At hoc ad sententiam non recte habet. Nam quum Penthei interrogatione hoc contineatur, *an alius quispiam in Lydia Jupiter sit*, responderi debet; *non esse, sed eumdem illum, qui Thebis colatur, ibique Bacchum genuerit.* Quin etiam si Penthei verbis hoc tantum significari velis, *an Jupiter illic novos deos gignat*, prava erit responsio, si dicetur: *non, sed Semelen hic compressit.* Nam nec responderetur ad id, quod interrogatum esset, et Σεμέλην male esset in initio collocatum, quum nulla oppositio in hoc nomine insit. Eadem ratio est Scaligeri et Reiskii conjecturæ, οὐκ, ἀλλὰ Σεμέλης ἐνθάδ' ἔζευξεν γάμους. Bene vero Musgravius emendavit, οὐκ, ἀλλ' ὁ Σεμέλην ἐνθάδε ζεύξας γάμοις, quod receperunt Brunckius et Matthiæ. Sed quum libri, quorum certa fides est, omnes Σεμέλης, et

unus codex γάμους habeat, facilior, simulque exquisitior scriptura præferenda erat, οὐκ, ἀλλ' ὁ Σεμέλης ἐνθάδε ζεύξας γάμους. HERM.

442. Nihil vitii est in verbo ἠνάγκασεν, quod nihil aliud significat, quam *jussit,* ut in Hel. 427. Sed non attenderunt interpretes ad sententiam loci, quæ perinepta foret, si Pentheus interrogaret, noctune an interdiu initiatus ille sacris esset. Immo respiciens ea, quæ hospes v. 439. dixerat, Διόνυσος ἡμᾶς εἰσέβησ' ὁ τοῦ Διός, nunc interrogat, quo pacto eum ad sacra ista celebranda adduxerit deus, utrumne per insomnium monens, i. e. νύκτωρ, an κατ' ὄμμα, coram ipse apparens. Eo pertinet, quod hospes respondet, ὁρῶν ὁρῶντα. HERM.

450. Sensus est: Ἐπεὶ τὸν θεὸν ὁρᾶν φὴς σαφῶς, ποῖός τις ἦν; Simili modo apud Herodotum VI. 11. Dionysii Phocæensis oratio ita incipit: Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα. Quo exemplo utitur Longinus, Sect. 22. Conferendus omnino Schæferus Meletem. Crit. p. 75. seqq. ELMSL.

451. ὁποῖος ἤθελ'· κ. τ. λ. Sensus est: *ea ille mihi forma apparuit, qua volebat conspici: non enim ego, qualem indueret, præcipiebam.* HERM.

452. Hæserunt interpretes in verbis, κοὐδὲν λέγων, in quibus sane καὶ abesse poterat. Elmsleius videndum ait, an eadem sit constructio, ut apud Sophoclem Œd. T. 740. τὸν δὲ Λάϊον, φύσιν τίν' εἶχε, φράζε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων. Mihi in hoc loco ἔχων pendere videtur ex eo, quod illa, φύσιν τίν' εἶχε, dicens cogitabat, τίς ἦν φύσιν. Euripidis verba, etsi fateor omitti potuisse καὶ, ita intelligenda puto: *hoc quoque declinasti scite, et ut nihil diceres.* HERM. Suidas: παρεχετεύει· παραπλαγιάζει. καὶ παροχετεύοντες· μεταφέροντες. MUSGR. Vide etiam Interpp. Hesych. in v.

453. Apud Stobæum Serm. IV. legitur, οὐκ εὖ λέγειν, quod non præferam ei scripturæ, quam Euripidis libri habent. Non ita in promptu est, quid dicat, ut id statim quivis perspiciat. Nam quum Pentheus hospitem non dixisset οὐκ εὖ φρονεῖν, sed e contrario callide loquutum fassus esset, qui potest ille dicere, se tamen εὖ φρονεῖν? Nimirum Pentheus illum ludere existimabat, et, quum posset vera dicere, callide invento prætextu detrectare responsionem. Ad id ille in hanc sententiam respondet: *facile quis stulto, etiam si sapienter dicat, desipere et non, quid dicendum sit, cogitare videbitur.* Hoc enim in mente habet: quum dicat, talem sibi apparuisse deum, qualis voluisset apparere, non intelligere Pentheum,

id sibi ipsi dici, qui quem coram videat atque intueatur hospitem, non animadvertat deum esse, cui hanc hospitis personam induere libuerit. HERM.

457. Verba τάδ' εὖ γε μᾶλλον recte explicat Portus: Imo in rebus *istis longe melius*. Notandum μᾶλλον εὖ pro ἄμεινον. ELMSL.

460. Contraria sunt ὑγιὴς et σαθρὸς, quod nostra lingua significat *unsound*. Per πονηρὸς explicat Noster Hec. 1166. Ἀλλ' εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρῆστ' ἔδει λέγειν· Εἴτ' αὖ πονηρὰ, τοὺς λόγους εἶναι σαθρούς. ELMSL.

461. Hic ἐξευρίσκειν significat *efficere, patrare*, facere ut aliquid existat, *excogitare*. REISK.

464. Βάκχος. Non est Διόνυσος, sed masculinum a feminino Βάκχη derivatum. Ita per contemtum τὸν θηλύμορφον ξένον appellat Pentheus. Nemo enim eum Bacchum esse suspicatur. ELMSL.

465. εἴφ' ὅτι κ. τ. λ. Hoc in usum suum transumsit Horatius Epist. I. 16. 73. *Vir bonus et sapiens audebit dicere: Pentheu, Rector Thebarum, quid me perferre patique Indignum coges? Adimam bona. Nempe pecus, rem, Lectos, argentum: tollas licet. In manicis et Compedibus sævo te sub custode tenebo. Ipse Deus, simul atque volam, me solvet. Opinor, Hoc sentit: Moriar. Mors ultima linea rerum est.* BRUNCK.

467. ἱερὸς ὁ πλόκαμος· κ. τ. λ. Vide Heyn. ad Virg. Æn. VII. 389. sqq.

472. ὅταν γε καλέσῃς, κ. τ. λ. Debet cum interrogatione efferri: *Atqui si tum inter Bacchas agat, quum tu eum invoces?* Quid tum? Quid hoc proderit tibi? REISK. Cui male obsequutus est Matthiæ. Quo minus hæc interrogative accipiantur, obstat particula γε. Sensus horum verborum est *Nunquam*. ELMSL. Recte Aldina non habet comma post αὐτόν. Cohærent enim omnia: *quum quidem tu inter Bacchas eum invocabis:* ad quas scilicet tibi non est reditus. HERMANN.

478. κυριώτερος. *Imperare magis idoneus*. HEATH.

479. Aldus: οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς, οὔθ' ὅστις εἶ. Musgravio placet Οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς. Confert Sophoclem El. 922. Οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς, οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει. Brunckius: Οὐκ οἶσθ' ὅ τι ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς. Matthiæ: Οὐκ οἶσθ' ὅ τι ζῇς, οὐδ' ὁ δρᾷς. Nihil horum magnopere mihi placet. Legendum suspicor: Οὐκ οἶσθ' ὅπῃ ζῇς, οὐδ' ὁρᾷς ἔθ' ὅστις εἶ. Cum verbis Οὐκ οἶσθ' ὅπῃ ζῇς conferenda οἴκει μεθ' ἡμῶν v. 312. ELMSL. Una tantum littera mutata aptum sensum præbui. Οὐδ' enim scripsi pro ἔθ', interpunctionibus deletis. Sensus est: *nescis te vivere, et non videre ne qui sis quidem:* i. e. *vivis, et tamen*

ne illud quidem, qui sis, vides. Ad quod ille respondet, *bene se id scire, Pentheum se esse Agauæ atque Echionis filium.* HERMANN.

481. Aristoteles Rhet. II. 23, 29. Ἄλλος [τόπος] ἀπὸ τοῦ ὀνόματος· οἷον ὡς ὁ Σοφοκλῆς [Tyrus fr. I.] Σαφῶς Σιδηρώ, καὶ φοροῦσα τοὔνομα.—καὶ ὡς ἡ Εὐριπίδου Ἑκάβη εἰς τὴν Ἀφροδίτην [Tro. 990.] Καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς· καὶ ὡς Χαιρήμων· Πενθεὺς, ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος. Fortasse in tragœdia Dionyso, cujus mentio est apud Athenæum. Ita quoque Noster supra v. 348. Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις Τοῖς σοῖσι, Κάδμε. Theocritus Idyll. XXVI. 26. ἐξ ὄρεος πένθημα καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι. Similia multa apud tragicos leguntur, neque lectorem ægre laturum existimo, si exempla nonnulla ab aliis indicata hic apposuero. ΑΙΑΣ. Sophocles Aj. 430. ΑΜΦΙΩΝ. Etymologus p. 92, 24. apud Valckenærium Diatrib. p. 62. ΑΠΟΛΛΩΝ. Æschylus Ag. 1089. Euripides Phaëthonte. ΒΟΙΩΤΟΣ. Euripides apud Stephanum v. Βοιωτία. ΔΟΛΩΝ. Incertus Rhes. 158. ΕΛΕΝΗ. Æschylus Ag. 690. ΕΝΙΑΥΤΟΣ. Achilles Tatius Isagog. in Aratum p. 139. E. ΖΗΘΟΣ. Euripides Antiopa Fr. I. ΙΩΝ. Euripides Ion. 801. Clarius v. 830. ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ. Euripides apud Etymologum. ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. Æschylus Prom. 85. Adde Œdipum, Polynicem, aliosque. Hæc non modo ψυχρὰ sunt, verum etiam tragicos malos fuisse grammaticos ostendunt. Quid enim commune habent Ἀπόλλων et ἀπολλύναι, præter soni similitudinem? Quis Ἴων, id est, Ἰάων, ab ἰέναι derivatum credat? Horum pleraque quidem apud Euripidem reperiuntur. Sed temere dixit Valckenærius ad Phœn. 27. *His nihil simile castigatius effudit Sophoclis ingenium.* ELMSL. De verbo ἐνδυστυχῆσαι vide ad Phœn. 727.

482. ἱππικαῖς πέλας Φάτναισιν. Quo carcere utitur Noster etiam Or. 1429. Ἔκλῃσε δ' ἄλλον ἄλλοσε στέγης· Τοὺς μὲν ἐν σταθμοῖσιν ἱππικοῖς· Τοὺς δ' ἐν ἐξέδραισι, κ. τ. ἑ. ELMSL.

483. εἰσορᾷ κνέφας. Sic σκότον δεδορκὼς, Phœn. 377. MUSGR.

488. Aldus οὔτι χρεών. Pal. οὔτε χρεών. Schæferus et Matthiæ οὔτοι χρεὼν ex tacita Porsoni emendatione ad Hec. 279. οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών. Heathius: *Quodcunque enim fieri non debet neque necesse est pati.* ELMSL.

492. Lacunæ signa posuerant editores, versum excidisse rati, quem nullum excidisse ad v. 507. ostendam. HERM. Recte fecisse videtur Nonnus, quod Dircen potius Ismeni quam Acheloi filiam fecit. Sed in his rebus quidlibet audendi

potestatem sibi vindicat Euripides. Quis enim e. g. præter Euripidem Phœn. 175. Lunam Solis filiam appellavit? Elmsl. Acheloum pro quocunque fluvio aquave usurpari probavimus. Brod.

493. Verba εὐπάρθενε Δίρκα non male interpretatur Portus *felix virgo Dirce*. Haud valde diversum est εὐπατέρειαν αὐλὰν Hipp. 67. quod εὐκλεᾶ πατρῴαν αὐλὴν, aut aliquid ejusmodi significat. Elmsl. Sed vide ad Hippol. loc. cit.

497. Femininum ἄρσην præter alios habet etiam Sophocles Trach. 1197. Πολλὴν μὲν ὕλην τῆς βαθυῤῥίζου δρυὸς Κείραντα, πολλὴν δ' ἄρσεν' ἐκτεμόνθ' ὁμοῦ 'Αγρίαν ἐλαίαν. Longe usitatius masculinum θῆλυς. Elmsl.

499. Aldin. ἀναφανῶ. Elmsleius dubitanter meam emendationem ἀναφαίνω recepit, ipse suspicatus subjunctivum ἀναφαίνω reponendum esse. In quo ei assentiri non possum, quia subjunctivus alienus est ab hoc loco. Non enim ut Dithyrambus vocari possit Bacchus, inire eum femur suum vult Jupiter, sed quia conditus sit femore, isto se nomine eum appellare dicit. Neque Euripides est malus grammaticus, sed qui primi istam derivationem nominis, ab Arione, ut Herodotus I. 23. ait, inventi, excogitarunt, quos ille est auctores sequutus. Herm.

507. Ante hunc versum libri habent alium, qui hic est, οἵαν, οἵαν, ὀργὰν, a nullo critico in suspicionem adductum. Egregia vero adnotatio in cod. Laur. περισσόν. Tantum abest enim, ut hic versus, quemadmodum Elmsleius existimat, salva sententia omitti nequeat, ut aperte additus sit a correctore, qui sensum verborum non perceperat. Additus languidam reddit sententiam inutili tautologia. Nam quod addito versu isto exclamat chorus, *quale, quale Pentheum ingenium prodere*, id ipsum quale sit, sequentibus verbis describit. At vero Euripides verbum ἀναφαίνει primo cum accusativo, deinde cum participio ἐκφὺς construxit, ut δείξει γεγὼς, et alia plurima dicuntur. Hoc dicit: *ostendit Pentheus terrigenam originem suam, et e dracone se natum esse, quem Echion procreavit immane monstrum et hominem nehominem, sed velut gigantem adversantem Diis.* Itaque delevi versum illum. Herm.

514. τὸν ἐμὸν θιασώταν. Ut τὸν ἐμὸν πολίτην, *meum civem.* Elmsl.

517. σοὺς προφήτας. Sic recte Codd. Par. Aldus σάς. Non de se ipsis loquuntur Mænades, sed de Orgiorum antistite, quem Bacchum esse ignorabant, quemque Bacchi *prophetam, interpretem*, seu *sacerdotem* nominant. Ἔμφασις est in plurali numero pro singulari posito, quod utriusque linguæ scripto-

ribus adeo familiare est, ut nulla non pagina exempla offerat. Brunck. Similia monuerat Reiskius, hoc etiam, si de solis feminis sermo esset, σὰς προφήτιδας dici debuisse. Elmsl.

519. Apud Sophoclem Œd. T. 189. legitur εὐῶπα, quod omnes ante Hermannum pro vocativo acceperunt, is vero accusativum esse docuit. Simili modo χρυσῶπα, quod *epitheton Bacchi* appellat Heslerus, mea sententia cum Ὄλυμπον, quod hic οὐρανὸν significat, conjungendum est. Ita Noster Ion. 462. Ὀλύμπου χρυσέων θαλάμων Πταμένα πρὸς ἀγυιάς. Ibid. 1154. ἄρκτος στρέφουσ' οὐραῖα χρυσήρει πόλῳ. Idem Solis χρυσωπὸν ἕδραν memorat El. 743.—Supra v. 78. habuimus ἀνὰ θύρσον τε τινάσσων pro ἀνατινάσσων τε θύρσον. Simile est κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας, v. 80. cum aliis sexcentis, quibus longe insolentius est τινάσσων ἀνὰ θύρσον. Elmsl. Hermannus θύρσον χρυσῶπα jungit.

521. Νύσης. De hoc monte Hom. H. Bacch. v. 5. Ἔστι δέ τι Νύσσης ἄβατον ὄρος, ἄνθεον ὕλῃ, Τηλοῦ Φοινίκης σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων. Barnes.

522. θυρσοφορεῖς Θιάσους. Subaudiendum ἔχων monet Brodæus, in cujus interpretatione acquiescunt plerique. Brunckius autem ex conjectura Musgravii dedit θυρσοφόρους Θιασοῖς, *thyrsogeros congregas*. Ubi vero exstet verbum θιασῶ, neuter monere operæ pretium duxit. Θιασώτης, quod legitur v. 514. non magis verbale est quam ἡλικιώτης aut στρατιώτης. Matthiæ tacite revocavit vulgatam. Elmsl.

523. κορυφαῖς Κωρυκίαις. Haud dubie sunt Parnassi vertices, quæ Παρνησιάδες ἄβατοι κορυφαὶ appellantur ab Euripide Ion. 86. Multa congessit Barnesius, qui præter alios allegat Strabonem, p. 417. A. ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσὸς, ἔχων ἄντρα τε καὶ ἄλλα χωρία, τιμώμενά τε καὶ ἁγιστευόμενα, ὧν ἐστὶ γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον Νυμφῶν ἄντρον, ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ. Herodotus VIII. 36. τέκνα μέν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαιΐην διέπεμψαν [οἱ Δελφοί]· αὐτέων δὲ οἱ πλεῖστοι ἀνέβησαν ἐς τοῦ Παρνησσοῦ τὰς κορυφὰς, καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκαντο· οἱ δὲ ἐς Ἄμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον. Elmsl.

524. Aut ταῖς θαλάμαις legendum, aut τοῖς θαλάμοις. Illa ratio Barnesio et Burgesio placuit; hæc Musgravio, quem sequuntur Brunckius et Matthiæ. Musgravius θαλάμους τοὺς ὀρέων ex epigrammate citat. Recte, ni fallor, Matthiæ πολυδένδροισιν. Quamvis enim nulla obstet analogia, quo minus dicatur πολυδενδρὴς pro πολύδενδρος, ea tamen forma nusquam exstare videtur, neque dativus pluralis πολυδένδρεσσιν sive πολυδενδρέσσιν metro convenientior est quam πολυδένδροισιν. Elmsl.

525. ἔνθα ποτ' Ὀρφεὺς κ. τ. λ. Æsch. Agam. 1638. Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις· Ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ' ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ. Elmsl.

527. Πιερία. Occasione ab Olympi mentione sumta, iterum Macedoniam laudat. Vide ad v. 386. Elmsl.

530. Hic, ut vides, Bacchi comites Μαινάδες appellantur, iterumque v. 557. quod in hac fabula fieri negavi ad v. 52. Licet errorem meum haud dissimulem, adhuc in eadem sententia maneo, easdem mulieres Bacchas appellari v. 50. et Mænadas v. 51. Elmsl.

531. Omnes ante Heathium Λυδίαν de Lydia Asiæ minoris regione accepisse videntur, sequentibus verbis ad Axium relatis. Is locum ita recte interpretatus est: *Proculdubio hic designatur fluvius* Λουδίας *sive* Λυδίας *(ita enim et ab Herodoto et Ptolemæo appellatur), qui ortum ducens ex lacu, quem Axii* ἀπόσπασμα *auget, et per Pieriam manans, in mare se effundit non ita procul ab Axii ostio. Ita tandem* εὔιππος χώρα *Pieria erit, non Lydia.* Præter Strabonis epitomen, p. 330. B. C. unde sua hausit Heathius, Lydiæ fluminis mentionem esse apud Herodotum VII. 127. Æschinem de Falsa Legat. p. 402. E. et Ptolemæum, p. 82. monet Musgravius, qui de Heathio nihil dixit. Elmsl.

532. τὸν ἔκλυον κ. τ. λ. Similia de Apidano Noster Hec. 448. ἔνθα καλλίστων Ὑδάτων πατέρα Φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν. Elmsl.

541. Ab hoc versu usque ad finem carminis valde incerta est et versuum et personarum ratio. Quod ad personas attinet, veri simile mihi videtur, fere omnia inter duo hemichoria distribuenda esse, aliter tamen ac fecerit Aldus. Elmsl.

542. Elmsleius cum aliis editoribus commate post θίασον, puncto post secundum Βρόμιε interpunxit, deinde autem scripsit πέδου χθονὸς ἔνοσι πότνια, quum pro librorum scriptura πέδον Musgravius πέδων conjecisset. At pluralem hujus nominis non esse in usu, recte adnotatum ab Elmsleio est. Matthiæ edidit, πέδον χθονὸς, ἔνοσι πότνια. Quod quum Elmsleius quo sensu accipiendum sit non liquere sibi dicit, indicare mihi videtur, se non ita loquutos putare Græcos. Id quod verissime judicavit vir doctissimus. Videtur Matthiæ sensum his verbis hunc tribuisse: *solum terræ, O divina concussio,* ut chorus terram contremiscere sentiens, quum illud ipsum addere deberet *contremiscit,* perterritus omittat verbum, digitis terram monstrans. At isto modo hodie scriptores tragœdiarum talia significant: veteres non fecerunt, quos in scenam produxerunt, tam in-

concinna oratione, quæ alienissima est a tragœdiæ dignitate, utentes. Præterea si verbis istis quocunque modo scriptis terram moveri significatur, vel quod sequitur ἆ ἆ, vel alia similis exclamatio præcedere debebat. Id quum res ipsa, tum mos tragicorum exigit. Eam ob causam, etiam si quis cum Elmsleio πέδου scribendum putabit, tamen interpunctionem plenam ante hoc nomen probari non posse intelligitur. Mihi visus est hic locus omni posse emendatione carere, si, quod feci, ita, ut in Aldina, et scribitur et interpungitur. Audita iterum voce Bacchi chorus, sive potius una Baccharum advenire eum jubet, μόλε νυν ἡμέτερον εἰς θίασον. Hæc ubi dixerat, terram concuti sentit, eaque re territa exclamat, ὦ Βρόμιε, Βρόμιε, πέδον χθονὸς ἔνοσι πότνια, verbo ἔνοσι cum accusativo constructo. Nam in mente habet, ὦ Βρόμιε, ὁ πέδον χθονὸς κινῶν. Id videtur satis posse ex epitheto πότνια colligi, quod, nisi Bacchum ipsum diceret, vereor ne non posset apte explicari. Ita autem quum exclamavit, iterum et gravius concutitur solum: unde ἆ ἆ dicit, et quæ sequuntur. Herm.

547. ὁ Διόνυσος κ. τ. λ. Tyrwhittum hic vehementer miror, qui quum elegantissimo esset judicio, tamen hunc versum Baccho adscripserit. Sequuti eum sunt Matthiæ et Elmsleius. Laudo vero Musgravium, qui personas chori inter se ipsas colloqui viderit. Nihil enim Bacchus, mea sententia, ineptius, quam hæc verba, dicere potuisset. Quid enim? nonne jam antea satis aperte dixerat, πάλιν αὐδῶ, ὁ Σεμέλας, ὁ Διὸς παῖς? Eumne, ubi concusso terræ solo, quassatisque ædibus Penthei etiam facto præsentiam suam testatus erat, iterum dixisse choro, quod ille et sciebat et oculis suis videbat? Immo, si quidquam, certum est, hæc unius ex choro verba esse, verum esse affirmantis et facto extra dubitationem positum, adesse Bacchum ipsum, eamque ob rem cohortantis Bacchas, ut eum venerentur. Herm.

548. ἴδετε λάϊνα κίοσιν κ. τ. λ. Male Brodæus: *Aspicite lapideum vestibulum cum columnis motum.* Κίοσιν ἔμβολα sunt ἐπιστύλια. Elmsl.

551. Libri, Βρόμιος ἀλαλάξεται στέγας ἔσω. Matthiæ, ὁ Βρόμιος. Musgravius recte Βρόμιος, ὃς, modo ne reliqua etiam tentasset. Elmsleius futuri aliquanto minorem putat difficultatem fore, si hæc verba Baccho e persona Lydii juvenis loquenti tribuantur. Id mihi videtur nullo pacto fieri posse. Nemo nunc hospitem illum curat, sed ipsius Bacchi vocem audiverat chorus: ipse etiam Bacchus est, qui nemini conspectus sequentes duos versus dicit. Quid igitur sibi vult

hospes iste? Non adest ille: intus autem si hæc clamitaret, spectatores, qui eum non vident, non possent non Bacchum esse existimare. Bacchum autem hic dicere, se esse, qui vociferetur, non minus ineptum est, quam quod supra ad v. 547. notavimus. Nihil certius est, quam unius e choro hæc verba esse. Neque in futuro est, quod quis hæreat: difficilius enim explicatu præsens foret, quia nunc quidem nulla audita est Bacchi vox. Quum ἀλαλάζειν proprium sit verbum de læto clamore, qui ob victoriam tollitur: quid mirum, si chorus columnas vacillantes domumque nutantem videns, Bacchum esse exclamat, qui mox punito Pentheo triumphaturus sit? Herm.

552, 3. Hos vero versus recte Tyrwhittus Baccho tribuit, quem est Elmsleius sequutus. Ald. versui 552. et iterum versui 554. hemichorii personam apposuit, quod fecit etiam Matthiæ. Brunckius pessime verba Βρόμιος ἀλαλάξεται usque ad δώματα Πένθεως uni hemichorio tribuit. Vox illa Bacchi est, qui in hac tota scena non conspici, sed audiri tantum putandus est. Non autem ille ignem injici ædibus jubet, aut fulmen immitti, sed emicare imperat ignem illum, quo tumulus Semelæ, ut in principio fabulæ, ab eo inde tempore fumabat, quo cælesti flamma adustum corpus receperat. Eo spectant, quæ statim chorus dicit. Herm.

554. Usitatior est activa forma αὐγάζω, qua utuntur Sophocles Phil. 217. Euripides Hec. 631. Hel. 1317. Rhesi scriptor v. 789. Elmsl.

556. Ald. Διὸς βροντᾶς. Multo exquisitius est Δίου. Recte Elmsleius κεραυνοβόλος de Semele intelligendum monet. Sensus est: *non vides ignem circa Semelæ tumulum, quam illa fulmine tacta reliquit flammam de Jovis fulgure?* Vide in principio fabulæ, v. 8. Herm.

557. Scholiastes ad Phœn. 641. δίκε· κατέβαλε. Idem paulo ante: δίκειν γὰρ τὸ βάλλειν, ὅθεν καὶ δίσκος. Etymologus, p. 279, 20. παρὰ τὸ δίκω τὸ ῥίπτω, δίκος ὁ ῥιπτούμενος, καὶ πλεονασμῷ του σ, δίσκος. Verbum ἔδικον (solus enim aoristus reperitur), Homero ignotum, ni fallor, apud Atticos poëtas haud raro legitur. Inter δικεῖν et βαλεῖν hoc interest, quod δικεῖν nunquam *ferire* significare videtur. Rectius igitur interpretantur ῥίψαι quam βαλεῖν. Elmsl.

558. Canteri conjecturam συθεὶς probat Barnesius. *Nondum enim* (inquit) *Penthei domus eversæ erant, sed jamjam ruituræ.* Ego nullam difficultatem in participio τιθεὶς cerno, aliquam in verbo ἔπεισι, quod apud Atticos semper futurum

tempus significare videtur. Sententiæ convenientius esset præsens ἐπέρχεται. *Bacchus enim* (ut ait Musgravius) *aut domum Penthei antea everterat, aut jam tum in ea evertenda occupatus erat.* Elmsl.

562. Libri, διατινάξαντος δῶμα Πενθέως. ἀλλ' ἐξανίστατε. Nolo multis ostendere, cur parum venusta, ideoque ne probabilia quidem sint, quæ quidam viri docti conjecerunt. In tali loco præferendum id, quod quia maxime simplex est, scriptori ipsi in mentem venisse facillime credi potest. Id est autem hic, quod Musgravius conjecit, et Brunckius ac Matthiæ receperunt. Herm.

563. Placuit fere viris doctis σαρκὸς ἐξαμείψασαι τρόμον, a V. D. in Obss. Misc. T. II. p. 321. propositum. Reiskio σάρκας ἐξαμείψασαι τρόμων vel τρόμου legi posse videbatur. Non posse σάρκας cum θαρσεῖτε jungi, ut in Aldina factum, non est quod moneam. Sed si sequentibus jungitur, non video cur corrigi debeat. 'Εξαμείβειν τρόμον enim quum re idem sit, ac semet obfirmare, recte potest cum accusativo σάρκας construi. Quod genus constructionis apud tragicos usitatissimum est: vide Porson. ad Phœn. 293. et Seidlerum ad Iph. Taur. 1061. Quin etiam prosæ orationis scriptores eo utuntur, et interdum ita, ut imperitioribus videri possint valde audacter loquuti esse, ut quum eum, qui vehementer aliquem timet, δέει θνήσκειν αὐτὸν dicunt, quod est apud Demosthenem. Eadem construendi ratione recte expedivit Elmsleius infra v. 1241. Herm.

567. Nullam Aldina habet neque in fine hujus versus interpunctionem, neque post Πενθέως, ubi aliæ vett. edd. distinguunt. Has sequuti sunt Matthiæ et Elmsleius. Et hic quidem dictum vult pro εἰς Πενθέως ἐπεμπόμην, quam interpretationem velim exemplis firmasset. Matthiæ utrum idem senserit, an Πενθέως eadem potestate qua ὑπὸ Πενθέως, ut σφαγεὶς ἀλόχου, dictum putaverit, nescimus. Sed hoc certe præferrem, si ita interpungi necesse esset. Herm. Huc respicere videtur Photius: ὀρκάνας· εἱρκτάς. Vocabulo utitur etiam Æschylus Theb. 352. ποτὶ πτόλιν δ' ὀρκάνα πυργῶτις. Schol. ὀρκάνη· τὸ θηρευτικὸν δίκτυον, ὃ καὶ σαργάνη καλεῖται. Hesychius: ὀρκάνη· εἱρκτή, δεσμωτήριον. ἔνιοι, κρεμάθραν. ἄλλοι, σαργάνην. οἱ δὲ φραγμόν. Postremam significationem agnoscit Eustathius, p. 233, 40. συντελεῖ δὲ εἰς τὴν πρώτην ἐτυμολογίαν καὶ ἡ ὀρκάνη, ἕρκος τι οὖσα, ὡς ἀκανθῶδες περίφραγμα. Sic etiam Harpocratio. Plura congesserunt Photius et Hesychii interpretes, ex quibus omnibus satis apparet de primaria vocabuli significatione veteres grammaticos alios aliter sensisse.

Quod ad nostram rem attinet, nihil refert utrum δίκτυον an αἱμασιὰ significet. Elmsl.

568. Attendant tirones constructionem, quam non penitus perspectam habuisse videntur interpretes. Optime Græce diceretur: τίς μοι φύλαξ ἂν εἴη, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις; Id est: *Quis mihi dux esset, si tibi aliquid mali accideret?* Ita fere Portus. Optime etiam: τίς μοι φύλαξ ἂν ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς ἔτυχες; *Quis mihi dux fuisset, si tibi aliquid mali accidisset?* Tertia ratio est, de qua plura dicturus sum ad v. 1296. τίς μοι φύλαξ ἂν εἴη, εἰ σὺ συμφορᾶς ἔτυχες; *Quis mihi dux esset, si tibi aliquid mali accidisset?* Quæ Barnesii interpretatio est. Ab his omnibus paulo diversum est: τίς μοι φύλαξ ἦν, εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις; Quæ verba ita Latine reddenda sunt: *Quis mihi dux futurus erat, si tibi aliquid mali accidisset?* Ἦν enim pro ἔμελλεν ἔσεσθαι accipiendum est. Conferendus omnino Noster Herc. 456. Σοὶ μὲν γὰρ Ἄργος ἔνεμ' ὁ κατθανὼν πατὴρ, Εὐρυσθέως δ' ἔμελλες οἰκήσειν δόμους, Τῆς καλλικάρπου κράτος ἔχων Πελασγίας· Σὺ δ' ἦσθα Θηβῶν τῶν φιλαρμάτων ἄναξ, Ἔγκληρα πεδία τἀμὰ γῆς κεκτημένος. In superiori membro dixit ἔμελλες οἰκήσειν, in altero ἦσθα pro ἔμελλες ἔσεσθαι. Quo sensu ἦν recte post se habet εἰ σὺ συμφορᾶς τύχοις. Ita enim Euripides Iph. A. 1383. Ἀγαμέμνονος παῖ, μακάριόν με τις θεῶν Ἔμελλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων. Si de periculo adhuc pendente sermo esset, chori verba ita se habere deberent: τίς μοι φύλαξ ἐστὶ, ἐὰν σὺ συμφορᾶς τύχῃς; Elmsl.

570. Noster Heracl. 836. Μόλις δὲ, πάντα δρῶντες, οὐκ ἄνευ πόνων, Ἐτρεψάμεσθ' Ἀργεῖον εἰς φυγὴν δόρυ. Cui contrarium est ῥᾳδίως ἄνευ πόνου. Elmsl.

572. ταῦτα. Significat κατὰ ταῦτα, ἐν τούτοις, *quod ad hæc attinet.* Brodæus: *Imo in his.* Portus: In *his etiam elusi eum.* Elmsl.

573. Idem significant ἔθιγεν et ἥψατο, ideoque Aristophanicum illud, Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον, lectori suggerunt. Confert Musgravius Or. 136. Ὦ φίλταται γυναῖκες, ἡσύχῳ ποδὶ Χωρεῖτε, μὴ ψοφεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος. Quem locum pluribus exemplis illustravit. Addo hujus fabulæ v. 554. πῦρ οὐ λεύσσεις, οὐδ' αὐγάζει κ. τ. λ. Plura ad Sophoclis Œd. C. 1523. μήθ' οὗ κέκευθε, μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις. Elmsl. ἐλπίσιν δ' ἐβόσκετο. Vide ad Phœn. 396.

574. Apud Nonnum XLV. 235. seqq. Bacchus statim, ut comprehendere eum satellites Penthei volunt, taurum pro se substituit. Herm.

575. τῷδε περὶ κ. τ. λ. Exempla geminati dativi dedi ad

Heracl. 63. Βούλει πόνον μοι τῆδε προσθεῖναι χερί; Adde Herc. 174. Διὸς κεραυνὸν δ' ἠρόμην, τέθριππά τε, Ἐν οἷς βεβηκὼς τοῖσι γῆς βλαστήμασι Γίγασι πλευροῖς πτήν' ἐναρμόσας βέλη, Τὸν καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώμασε. Simili modo Herodotus IV. 34. αἱ μὲν, πρὸ γάμου πλόκαμον ἀποταμόμεναι, καὶ περὶ ἄτρακτον εἱλίξασαι, ἐπὶ τὸ σῆμα τιθεῖσι·—οἱ δὲ παῖδες τῶν Δηλίων, περὶ χλόην τινὰ εἱλίξαντες τῶν τριχῶν, προτιθεῖσι καὶ οὗτοι ἐπὶ τὸ σῆμα. Elmsl.

581. Ἀχελῷον. Vide supra ad v. 492.

583. Præter hunc v. et 591. composito διαμεθίημι utitur Noster El. 982. Τῷ δὴ πατρῴαν διαμεθεὶς τιμωρίαν; Elmsl.

585. δόξαν λέγω. Noster Iph. T. 1131. Τί τοὐκδίδαξαν τοῦτό σ'; ἢ δόξαν λέγεις; Heracl. 395. σκόπει (δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι) ποίᾳ προσάξει στρατόπεδόν τ' ἄνευ δορὸς, Ἐν ἀσφαλεῖ τε τῆσδ' ἱδρύσεται χθονός. Elmsl.

586. Libri φῶς. Egregie Jacobsius φάσμα conjecit, quod merito recepit Matthiæ. Sat lucis erat ardente domo, et φαεννὸν αἰθέρα, quod mox dicit, nihil aliud nisi corpore vacuum aerem significare in promptu est: ea est autem inanis simulacri descriptio. Herm.

588. Recte Matthiæ cum Musgravio τάδ' ἄλλα. Libri τὰ δ' ἄλλα. Scaligeri conjecturam τά τ' ἄλλα non debebat Elmsleius recipere, referens eo quod sequitur, δῶμά τ' ἔῤῥηξεν χαμᾶζε. Hoc dicit poeta: *præter illa hoc novum ei malum creavit Bacchus: corruere fecit domum ejus.* Nam rectissime MSS. et Porsonus δώματ', quod vehementer miror cur Matthiæ non receperit, quum hæc scriptura sola cum illa, quam in præcedente versu posuit, congruat. Herm. Vir doctus in margine mei exemplaris Aldinæ αὐτόν. Sed nec infrequens est λυμαίνομαι dativum adsciscere. Musgr. Aristophanes Nub. 925. λυμαινόμενον τοῖς μειρακίοις. Elmsl.

589. Hesychius: συντέθρανωται· συμπέπτωκε. Quem vide vv. θρανεύεται et τεθράνευμαι. Eadem significare videntur θρανῶ et θραύω. Noster Herc. 1068. πρὸς ἡμιθραύστῳ λαΐνῳ τειχίσματι Ἧμαι, νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχων. Ἡμίθραυστος lexicis addendum. Elmsl.

591. παρεῖται. Vide ad v. 639.

592. Libri et sensu et metro perturbato, ἥσυχος δ' ἐκ βάκχας ἄγων δωμάτων, ἥκω πρὸς ὑμᾶς. Ubi quum alii alia tentassent, Elmsleius edidit ἥσυχος δὲ βασιλικῶν δωμάτων, bene ad sensum, sed ut tamen valde mirum sit, tam usitatum vocabulum ita corrumpi potuisse. Quare ego ἥσυχος δ' ἐκ Βακχάδων δωμάτων scripsi: *ego*, inquit, *tranquillus ex ædibus furore et perturbatione plenis ad vos exii.* Herm.

595. προνώπια. Vide ad Hipp. 373.

596. πνέων μέγα. Dawesius p. 249. μέγας. Ita scilicet tragicus Rhes. 318. Ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν δεόμεθ', οἵτινες πάλαι Μὴ ξυμπονῶσιν, ἡνίκ' ἐξώστης Ἄρης Ἔφαυσε λαίφη τῆσδε γῆς, μέγας πνέων. Utrumque recte dici monet Heathius. Tertia ratio est apud Nostrum Andr. 189. Οἱ γὰρ πνέοντες μεγάλα, τοὺς κρείσσους λόγους Πικρῶς φέρουσι τῶν ἐλασσόνων ὕπο. ELMSL.

597. εὐοργησίαν. Vide ad Hipp. 1036. Quoad sententiam confert Barnesius Psalm. iv. 4. Prov. x. 32. Sic et illud Ovidii: *Fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit Mœnia, quique animum scit superare suum.*

603. Quum jubet *iræ supponere tranquillum pedem*, hoc videtur monere, ut ille, quamvis iratus, tamen citatum pedis gradum cohibeat, neque tanto cum impetu ruat. HERM.

608. ὠνείδισας δὴ κ. τ. λ. Mirum est, dubitari potuisse, utrum hic versus Penthei, an Bacchi esset. Apertissimum est enim, non ante hunc versum aliquid excidisse, sed post eum desiderari aliquid, quia non apparet, cur repente jubeat Pentheus portas claudi. Suspicari licet, aliquot versus intercidisse: esse autem eo deductum colloquium, ut Pentheus ipsum illum, qui ab hospite Bacchus perhiberetur, in urbe esse crederet, comprehendique posse speraret. HERM. Non opus est, ut moneam, καλὸν ironice dici pro αἰσχρὸν, ut in Med. 511. Ὄνειδος etiam non solum *exprobratio* est, verum etiam *quælibet rei exprobratione dignæ mentio.* Qualis fortasse Pentheo videbatur vini inventio. Ad versum enim proxime superiorem eum respicere arbitror. Qui enim locus communis scriptoribus magis familiaris, quam ψόγος οἴνου? ELMSL.

611. Aldus: σοφὸς, σοφὸς εἶ. Γ' insertum habet Barnesius ex conjectura, nec dissentiunt Musgravius, Brunckius, et Matthiæ. Sed Pseudogregorius, v. 1575. σοφὸς, σοφὸς σὺ, καὶ σοφῶς ἔτλης πότμον. Unde corrigendum nostrum versum monet Porsonus Adversar. p. 265. Ita Noster Andr. 245. Σοφὴ, σοφὴ σὺ, κατθανεῖν δ' ὅμως σε δεῖ. Neque aliter infra v. 929. Δεινὸς σὺ, δεινὸς, κἀπὶ δείν' ἔρχει πάθη. ELMSL.

616. Plerumque κρατύνω pro κρατερὸν ποιῶ adhibetur, et tum semper accusativo gaudet: at nunc simpliciter pro κράτος ἔχω, sive κρατῶ, et genitivo eget. BARNES. Stephanus etiam confert Sophoclem Œd. T. 14. Ἀλλ' ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς. Eo sensu, quo accusativum regere a Barnesio dicitur, frustra hoc verbum apud Atticos quæsivi. ELMSL.

618. εὐαυγεῖς. Sic recte Musgravius post Hemsterhusium,

in Notis ad Æsch. Pers. 464. laudatum. Brunck. Vulgo legebatur apud Æschylum Pers. 464. ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ. Vulgo etiam apud Euripidem Suppl. 654. ἔστην θεατὴς, πύργον εὐαγῆ λαβών. Apud Platonem Legg. XII. p. 952. A. legitur εὐαγέστερον, Timæo, p. 58. D. εὐαγέστατον, monente Hemsterhusio, qui plura exempla collegit. Hesychius: Εὐαγές· ἁγνὸν, καθαρὸν, εὐσεβὲς, ὅσιον, εὔοπτον, ἅγιον. Respicit εὔοπτον ad Æschyli Persas aut Euripidis Supplices. In Bacchis vero et apud Platonem εὐαγὴς significat λαμπρός. Dicere potuisset Noster χιόνος ἐξαυγεῖς βολαί. Sic enim tragicus Rhes. 299. Χρυσῇ δὲ πλάστιγξ αὐχένα ζυγηφόρον Πώλων ἔκληε, χιόνος ἐξαυγεστέρων. Nunc ad rem venio. Ubicunque εὐαγὴς significat λαμπρὸς, φανερὸς aut aliquid ejusmodi, Hemsterhusius legendum contendit εὐαυγὴς, ut διαυγὴς, τηλαυγὴς, et similia. Legerat tamen veteris grammatici verba, quæ cum eo communicavit Ruhnkenius, nobiscum Bekkerus Anecd. Gr. p. 337. Ἀγής· τοῦτο ἀπὸ συνθέτου καταλείπεται τοῦ εὐαγὴς ἢ παναγής. Ἐμπεδοκλῆς· Ἄθρει μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἀγέα κύκλον. Haud dubie idem significant verba ἄνακτος ἀγέα κύκλον apud Empedoclem, et λαμπρὸν ἡλίου φάος apud Euripidem Med. 747. neque ego video, quo jure sollicitetur constans tot locorum scriptura, εὐαγὴς pro λαμπρὸς positum, præsertim quum nusquam, quod sciam, exstet εὐαυγής. Legitur etiam εὐάγητον apud Aristophanem Nub. 276. et recte λαμπρὸν explicatur. Revocavi igitur εὐαγεῖς. Ab ἀγὴς fit εὐαγὴς, ut a δόκιμος, εὐδόκιμος. Dixit ἀνεῖσαν, quum sensus sit: οὔτε ἀνεῖσαν, οὔτε ἀνήσουσι. Similiter Or. 703. Οὐ γάρ ποτ' Ἄργους γαῖαν εἰς τὸ μαλθακὸν Προσηγόμεσθα. Elmsl. ἀνεῖσαν. *Solvuntur, liquescunt*. Brod.

619. Novum sermonis genus mihi videtur προστιθεὶς σπουδὴν λόγου pro σπουδὴν ἔχων λόγου. Aldus solœce ἥκεις δ' ὁποίαν. Mutavit Schæferus a Porsono ad Phœn. 878. admonitus. Quem vide etiam ad Eccl. 852. Vulgatam solœcam appello, licet eam defendere videatur Homerus Od. A. 173. Ξ. 187. Τίς; πόθεν εἷς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; Ὁπποίης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο; πῶς δέ σε ναῦται Ἤγαγον εἰς Ἰθάκην; τίνες ἔμμεναι εὐχετόωνται; De qua scriptura non habeo quod dicam. Elmsl. In hoc obliquæ interrogationis exemplo nihil vitii est: refertur enim ad prægressum verbum κατάλεξον et ἀγόρευσον. Herm.

620. ποτνιάδας. *Furiosas*. Translatio sumta est a rabiosis Glauci equabus; de quibus Scholiastæ ad Nostri Orest. 308. Phœn. 1124. Musgr.

621. λευκὸν κῶλον. Non temere dictum existimat Musgravius, neque λευκὸν πόδα, v. 818. neque Βάκχαις σὺν λευκόποσιν, Cycl.

72. *Ratio* (inquit) *epitheti videtur esse, quod Bacchæ nudis pedibus plerumque vel semper incederent.* Vide ad Ion. 217. ubi hoc sensu, ni fallor, dixit Euripides: Σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν αὐ-Δῶ. θέμις γυάλων ὑπὲρ-Βῆναι λευκῷ ποδί γ'; ELMSL.

634. μόσχων. Pro βοῶν. Sic etiam vv. 691. 1287. et alibi passim. Eodem modo πώλους pro ἵππους tragici. Verba ἐξακρίζετ' αἰθέρα πτεροῖς recte interpretatur scholiastes ad Orest. 265. εἰς τὰ ἄκρα τοῦ αἰθέρος πέτεσθε. Unde explicandum ὑπεξήκριζον, quod recte, mea quidem sententia, pro tertia plurali accipiunt interpretes plerique. De nominativo βοσκήματα cum verbo plurali vide Porsonum ad Hec. 1135. ELMSL.

636. θιάσους. Vide supra ad v. 56.

639. Dixit Noster παρειμένον νόσῳ, Or. 859. κόπῳ παρεῖμαι, Phœn. 852. ὑπὸ κόπου παρεῖται, Bacch. 590. unde facile explicatur παρειμέναι, difficulter vero σώμασιν παρειμέναι, quæ verba interpretatur Portus *corporibus solutæ.* Wakefieldius fortasse reposuisset σώματα παρειμέναι. Nam in Phœnissis κόπῳ παρεῖμαι γοῦνα legit Porsonus. Dicitur et ὕπνῳ παρειμένος. Noster Cycl. 586. ἔνδον μὲν ἀνὴρ τῷδ' ὕπνῳ παρειμένος. Herc. 1020. Καδμεῖοι γέροντες, ὠ σῖγα, σῖ-Γα τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάσετ' ἐκ-Λαθέσθαι κακῶν; Sed neque hæc explicant nostrum σώμασιν παρειμέναι. ELMSL. Scripsi κώμασιν, i. e. ὕπνῳ παρειμέναι. HERM.

644. Aldus ἠρενωμένας. Musgravius e MSS. Par. recte admisit ἠρημωμένας. Dixerat enim Pentheus v. 203. ἄλλην δ' ἄλλοσ' εἰς ἐρημίαν Πτώσσουσαν, εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν. ELMSL.

648. Non optime constat, quid significent verba θαλερὸν ὕπνον. Portus interpretatur *humidum somnum,* sed verba θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέων Iph. A. 39. non *humidas* sed *largas lachrymas effundens.* Ita nimirum interpretes nonnulli ad Il. B. 266. Θαλερὸς ὕπνος fortasse est *somnus qui vires reficit.* Nostri, *refreshing sleep.* Θάλεα enim τὰ τοῦ θάλλειν αἴτια ἀγαθὰ interpretatur Eustathius, p. 1283, 45. Nihil melius novi. ELMSL. Θαλερὸς ὕπνος est *somnus, qui est in ipso flore;* i. e. altus sopor. HERM.

652. ἀνεστείλαντο. *Iterum aptarunt.* Ita recte Musgravius. Portus minus recte *induerunt.* ELMSL.

654. Aldus λιχμῶσαν γένυν. Reiskius λιχμώσαις, *lambentibus,* reponendum monuit; rectius Heathius λιχμῶσιν. Ὄφις enim masculinum est. Hanc conjecturam admisit Musgravius. ELMSL. Confirmatur hæc emendatio his verbis, v. 723. σταγόνα δ' ἐκ παρηΐδων Γλώσσῃ δράκοντες ἐξεφαίδρυνον χροός. HERM.

662. Ex hoc versu cum 660. collato θύρσον et νάρθηκα diver-

sos fuisse contendit Musgravius. De qua re jam dixi ad v. 101. Confer etiam vv. 692—695. ubi primo μόσχοις, deinde πόριν, tum δαμάλας dixit Noster, ne ter boves eodem nomine appellaret. Non igitur ex hoc loco ostendi potest, diversa instrumenta fuisse θύρσον et νάρθηκα. ELMSL. Sed vide ad v. 694.

665. διαμῶσαι. *Diducentes.* Sic καταμήσατο, *corrasit,* Hom. Il. Ω. 165. MUSGR. Vide Thucydidem IV. 26. Nostri, *clearing away.* Per δακτύλοισι pedum digitos intellige, ut apud Nostrum Iph. T. 256. ἄκροισι δακτύλοισι πορθμεύων ἴχνος. ELMSL.

666. Proprie ἑσμὸς est *examen,* ut apum; figurate de quavis multitudine, ut equorum, hominum; item rerum, ut ἑσμὸς μαρτυριῶν et ἀγαθῶν: hic vero pro *copia,* quod rarius dicitur, ἑσμὸς γάλακτος. De numero enim sæpe, de quantitate minus frequenter occurrit. BARNES. Philostratus, Vit. Sophist. I. 19. p. 511. τὰς δ' ἐννοίας ἰδίας τε καὶ παραδόξους ἐκδίδωσιν, ὥσπερ οἱ βακχεῖοι θύρσοι τὸ μέλι καὶ τοὺς ἑσμοὺς τοῦ γάλακτος. Ἑσμὸν μελίσσης pro *melle* dixit Epinicus Athenæi X. p. 432. C. Σωρὸς καὶ ἑσμὸς σοφίας Themist XXIX. p. 345. D. PORSONUS. Quum γάλακτος ἑσμοὺς dixit Euripides, nescio an ἐκβολὰς potius quam πλῆθος in animo habuerit. Idem enim significant ἱέναι et ἐκβάλλειν, eo saltem sensu quo legitur v. 705. εὔκαρπον ἐκβάλλουσι Θηβαίων στάχυν. Conferendus omnino v. 722. κρήνας ἐπ' αὐτὰς, ἃς ἀνῆκ' αὐταῖς θεός. Ἑσμοὶ igitur fortasse *scaturigines* sunt. Ceterum ἑσμοὺς ante Brunckium pro ἐσμοὺς reposuit Barnesius. Confirmat hanc rationem compositum ἀφεσμὸς, cujus meminit Eustathius. ELMSL.

671. καινῶν λόγων. Ita MS. G. quod melius, quam vulgata κοινῶν. Sensus est: *inter nos contentionem de novis hisce miraculis habituri.* MUSGR. Vulgatam revocaverunt Elmsleius et Hermannus; nec multum refert, utra scriptura sit recepta.

673. πλάνης κατ' ἄστυ. Qui non semper rure vixit, sed aliquoties urbem invisit, ideoque ceteris pastoribus et bubulcis legem dare dignum se putat. Τρίβων λόγων est, qui oratores audiendo disertus factus est. ELMSL.

679. Piersonus Verisim. p. 127. τῇ τεταγμένῃ Ὥρᾳ γ' scribendum statuit. Cui respondet Reiskius: *In* τὴν τεταγμένην *subintelligitur* κατὰ, *triviali usu, ut mireris Piersonum potuisse, p.* 127. *ad hunc lapidem offendere.* Æschylus Eum. 108. Καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς Ἔθυον ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν. Herodotus II. 2. τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφίσιν αἶγας. Hoc exemplo utitur Matthiæ Gramm. Gr. §. 423. ELMSL.

680. ἐκίνουν θύρσον. *Commovebant thyrsum.* Virg. Æn. IV. 301. *Commotis excita sacris Thyas.* Plaut. Pseud. I. 1. 107.

mea si commovi sacra. Senec. Herc. Œt. 243. *jussa thyrsum quatere.* MUSGR.

684. Aldus κύρει δ' Ἀγαυή. Brunckius et Matthiæ 'κύρει δ' Ἀγαυή. Cujusmodi elisiones apud Euripidem rarissimæ sunt. Legendum κυρεῖ. Ipse Aldus Ion. 41. Κυρεῖ δ' ἀνιππεύοντος ἡλίου κύκλῳ Προφῆτις εἰσβαίνουσα μαντεῖον θεοῦ. Victorius etiam El. 781. Κυρεῖ δὲ κήποις ἐν καταῤῥύτοις βεβὼς, Δρέπων τερείνης μυρσίνης κάρα πλόκους. Plura vide ad Sophoclis Œd. T. 1245. ubi nunc legitur: καλεῖ τὸν ἤδη Λάϊον πάλαι νεκρόν. ELMSL.

693. Verba εὔθηλον πόριν *pinguem juvencam* vertit Portus. Eodem adjectivo utitur Noster Iph. A. 569. εὔθηλοι δὲ τρέφοντο βόες. Ubi Portus *læti*, Barnesius *mammosæ*, quæ vera vocabuli significatio videtur. Suidas: θηλή· μαστὸς ὁ γαλουχῶν. Πόρτις apud Æschylum et Sophoclem legitur, πόρις apud Euripidem, qui dixit Suppl. 629. Ἰὼ Ζεῦ, τᾶς παλαιομάτορος Παιδογόνε Ἰνάχου. ELMSL.

694. Libri, ἐν χειροῖν δίκα. Unde Scaliger, Duportus, et Muretus δίχα, idque probarunt Reiskius, Brunckius, Matthiæ. Ἐν χεροῖν δίκῃ placuit Brodæum sequentibus Musgravio et Elmsleio, id ut esset idem quod ἐν χειρῶν νόμῳ. Ea locutio mihi quidem parum apta videtur in ea re, in qua non potest contrarium cogitari, ut quis alio, quam manuum jure utatur. Atque ut δίχα ποιεῖν, δίχα εἶναι dixere Græci, quidni etiam δίχα ἔχειν, *divisum tenere.* Quod Elmsleius ait, neminem unquam loquutum esse hoc modo: τὴν μὲν ἂν προσεῖδες βοῦν διασπαράσουσαν, ἄλλαι δὲ βόας διεσπάρασσον, recte dixisset, si πόρις et δαμάλη idem esset. At πόρις est *vitula:* vide Homer. Odyss. K. 410. seqq. δαμάλη autem, ut ipsum nomen docet, *vacca jam tauro ferendo idonea.* HERM.

699. εἰς κέρας θυμούμενοι. Euripidem sequi videtur Ælianus de Nat. Animal. IV. 35. ὅταν δὲ ἀφεθῇ [ὁ βοῦς], πολλάκις τῷ σκέλει παίσας συνέτριψε μέρος τι τοῦ βουκόλου· πολλάκις δὲ καὶ θυμωθεὶς εἰς κέρας, εἶτα ἐμπεσὼν, ἀπέκτεινεν αὐτόν. Idem XVI. 31. εἰσὶ δὲ ἄγριοι καὶ ὑβρισταὶ [οἱ βόες], καὶ εἰς κέρας θυμοῦνται δεινῶς. Idem ὑπὸ θυμοῦ τεθηγμένον ταῦρον καὶ ὑβρίζοντα εἰς κέρας dixit IV. 48. Sic etiam Latini. Virgilius Georg. III. 232. *Et tentat sese, atque irasci in cornua discit, Arboris obnixus trunco.* Idem Æn. XII. 102. *Mugitus veluti cum prima in prœlia taurus Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat, Arboris obnixus trunco.* Ovidius Metam. VIII. 882. *Armenti modo dux, vires in cornua sumo.* Hæc exempla non docent, quid sit, εἰς κέρας θυμοῦσθαι, *irasci in cornua,* neque satis mihi faciunt interpretes. Musgravius: *Significare videtur taurus,*

capite oblique demisso, ictum minitans: quod Nonno est ὀξὺ κέρας δόχμωσεν, p. 719. Conferendus omnino Noster Hel. 1555. ταύρειος δὲ ποὺς Οὐκ ἤθελ' ὀρθὸς σανίδα προσβῆναι κάτα, Ἀλλ' ἐξεβρυχᾶτ', ὄμμ' ἀναστρέφων κύκλῳ Κυρτῶν τε νῶτα, κεὶς κέρας παρεμβλέπων, Μὴ θιγγάνειν ἀπεῖργεν. ELMSL.

702. σαρκὸς ἐνδυτά. *Pelles.* BROD. Ut ἐνδυτὰ νεβρίδων, v. 99. ipsæ sunt νεβρίδες, ita σαρκὸς ἐνδυτὰ pro ipsa carne, quæ ossium tegumentum est, malo accipere. Quam interpretationem confirmare videtur Noster v. 1088. πᾶσα δ' ἡματωμένη Χεῖρας, διεσφαίριζε σάρκα Πενθέως. Caveant autem tirones, ne ἐνδυτὰ pro nominativo accipiant, quod fecisse videtur Portus. Ejusdem constructionis exemplum præbet Noster, v. 700. ἐσφάλλοντο πρὸς γαῖαν δέμας. ELMSL.

703. Vulgo ἢ σὺ ξυνάψαις. Laur. ἢ σὲ ξυνάψαι. Quam scripturam admisit Matthiæ. Vulgatam confirmare videtur Noster Hipp. 1176. Καὶ θᾶσσον ἢ λέγοι τις, ἐξηρτυμένας Πώλους παρ' αὐτὸν δεσπότην ἐστήσαμεν. Indicativum habet El. 828. Θᾶσσον δὲ βύρσαν ἐξέδειρεν, ἢ δρομεὺς Δισσοὺς διαύλους ἱππίους διήνυσε. ELMSL. βασιλείοις κόραις. Male hæc ad pupillas oculorum Penthei referunt. Βασίλειοι κόραι sunt tres Cadmi filiæ. MUSGR. Quem sequitur Brunckius. Sed vulgatam interpretationem jure probat Elmsleius.

705. Vulgo ὑπὸ τάσεις. Legendum una voce ὑποτάσεις, *camporum porrecta.* Ideo autem ὑποτάσεις appellantur, quod camporum æquora ita sub monte Cithærone extendebantur. HEATH.

706. Brunckius, Matthiæ, Elmsleius cum MSS. Par. Θηβαίων. At cur hic Thebani potius, quam regio Thebana memoretur, præsertim quum Θηβαίων στάχυς ambiguum sit, et ipsos significare possit Thebanos? Recte Aldina Θηβαῖον. HERM.

707. Ὑσίας δ' Ἐρυθράς θ'. Quæ verba non a χωροῦσι sed ab ἐπεισπεσοῦσαι pendere recte monet Brunckius. Mutavit igitur particulam, et plenius quam in superioribus editionibus post στάχυν distinxit. Hoc quidem recte. Particula vero τε, ni fallor, æque bene huic constructioni convenit ac δέ. Confer vv. 529. 1083. ELMSL. Ed. Ald. omittit θ', et ἐρυθρὰς tanquam adjectivum exhibet. Oppidum est *Erythræ,* cujus meminerunt, monente Barnesio, Pausanias, Strabo, Stephanus Byzantinus. MUSGR.

714. Aldus ἐδ' ἐκαίεθ'. Solus Matthiæ ἐδ' ἐκάεθ'. Cui verbo nominativum τὰ βόστρυχα suppeditat Barnesius. Apud Nonnum quidem reperi βόστρυχα, apud tragicos autem non nisi

βόστρυχοι et βοστρύχους. Reposui igitur ἦδ' ἔκαιεν, nempe τὸ πῦρ. Ἔκαιεν an ἔκαεν rectius scribatur, ad Sophoclem aliquando quam potero accuratissime disputabo. Interea iis accedo, qui αἰετὸς, καίειν, et κλαίειν, apud tragicos servanda existimant. ELMSL.

715. φερόμενοι. Pro συλώμενοι. Porti interpretationem *agitati* in *spoliati* mutavit Barnesius. Activam formam habet Noster Hec. 786. οἵτινες ξένους Κτείνουσι, καὶ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν. ELMSL. Vide ad Troad. 1304.

716. Noster Med. 1157. τὴνθένδε μέντοι δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν. Sequentia propter articulum affero. Iph. T. 310. οὗ δὴ τὸ δεινὸν παρακέλευσμ' ἠκούσαμεν. Ibid. 1331. ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων. ELMSL.

717. Aldina τούς. MSS. Stephani τῶν et τοῖς. Brunckius et Matthiæ cum edd. recentioribus ante Barnesium, τῶν. Barnesius τὰς, quod probavit Musgravius. Elmsleius τοῖς recepit, quod ex ea scriptura cæteras ortas esse veri simile sit, τὰς μὲν negans dici potuisse sequente κεῖναι δέ. Quæ quamvis probabiliter disputata sint, tamen ego τὰς recipiendum duxi. Nam id ob hanc ipsam causam ab aliis aliter correctum videtur, quia non recte dici putabant, sequente κεῖναι δέ. Ac profecto ferri non posset, si sequeretur αἳ δέ. Nam sic demum ipsæ sibi opponerentur Bacchæ, quod absurdum est. At secus est, κεῖναι δὲ adjecto. Est enim hæc inversio quædam orationis, pro eo, quod dici debebat, τοὺς δὲ ἐκεῖναι, γυναῖκες ἄνδρας, ἐτραυμάτιζον. Ita esse, ex eo intelligitur, quod κεῖνος etiam alibi sic usurpatur, ut ad eum spectet, qui modo nominatus erat: ita ut fere idem sit atque *ipse*. Vide Erfurdtium ad Sophoclis Œd. T. 264. ed. min. Jam patet, opinor, omnia recte procedere: *has enim non vulnerabant tela: ipsæ vero et vulnera faciebant, et in fugam feminæ viros dabant.* HERM.

719. κἀπενώτιζον φυγῇ. *Terga vertere coëgerunt:* significatione transitiva. Neutrum νωτίζω exstat Androm. 1118. Soph. Œd. T. 193. BRUNCK.

721. ὅθεν. Pro ἐκεῖσε ὅθεν. Vide ad ἵνα, v. 1335. ELMSL.

722. Vulgo κρήναις ἐπ' αὐταῖς. Quod Bentleius ad Horat. Carm. III. 25. 13. conjecerat, κρήνας ἐπ' αὐτὰς, recepit Elmsleius. HERM.

724. δράκοντες. Ex Reiskii conjectura pro δράκοντος inde a Brunckio editum. Verba ita construenda, ἐκ παρηΐδων ἐφαίδρυνον, quod ut accuratius definiretur addidit ἐκ χροός: *e genis delebant, ex cute.* Miror Elmsleium Helenæ versu 1089.

motum, παρῆδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χροὸς, construi velle ἐκ παρηΐδων χροὸς, quod ad constructionem impeditum, ad sensum contortum est. Neque illuc pertinet Helenæ versus, in quo φόνιον χροὸς conjungenda sunt. HERM.

727. φασιν, ὡς ἐγὼ κλύω. Noster Phœn. 737. Ἐπτ' ἄνδρας αὐτοῖς φασὶν, ὡς ἤκουσ' ἐγὼ, κ. τ. λ. Nihil de his tautologiæ exemplis dixit Brunckius, qui minus facilem se præbuit ad Med. 290. κλύω δ' ἀπειλεῖν σ', ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι. ELMSL.

729. οἴνου δε κ. τ. λ. Huc refer Horat. Od. I. 18. et illud: *Sine Cerere et Baccho friget Venus.* BARNES.

736. Ἠλέκτρας. Hujus portæ meminit Æschylus Theb. 429. Euripides Phœn. 1129. 1570. Suppl. 653. aliique. Per eam, ni fallor, ex Attica venientes urbem ingrediebantur. Non mirum igitur, si sæpius eam memorant Athenienses quam ceteras Thebarum portas. ELMSL.

740. Verba ὡς ἐπιστρατεύσομεν Βάκχαισι caveant tirones ne cum Porto, quem sequuntur Barnesius et Musgravius, Latine reddant *ut bellum inferamus Bacchis.* Quo sensu ἐπιστρατεύσωμεν dixisset Euripides. Hoc ὡς non ἵνα sed ἐπεὶ significat. Nihilo melius rem gessit Portus ad Andr. 708. Ἔπαιρε σαυτὴν, ὡς ἐγὼ, καίπερ τρέμων, Πλεκτὰς ἱμάντων στροφίδας ἐξανήσομαι. Sed exemplum magis observatione dignum præbet Sophocles Œd. C. 1725. AN. Πάλιν, φίλα, συθῶμεν. ΙΣ. Ὡς τί ῥέξομεν; Sic enim legendum. ELMSL.

741. οὐ γὰρ ἀλλά. *Etenim.* Vide ad Suppl. 570.

746. οὐκ ἀνέξεται κινοῦντα. Vide ad Phœn. 547.

748. οὐ μὴ φρενώσεις μ', κ. τ. λ. Sensus est: *Non tu desines me admonere, sed cum ex vinculis evaseris, hoc contentus eris? Alioqui tibi pœnam hanc redintegrabo.* MUSGR. Vide ad οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα v. 324. μή με νουθέτει eodem sensu dixit Noster Ion. 1396. μὴ σὺ νουθέτει, Herc. F. 835. Deinde δέσμιος φυγὼν pro ἐκ δεσμῶν φυγὼν dictum videtur. Quod sequitur σώσει τόδε interpretatur Brunckius: *hoc tibi conserva; hoc ne amittas caveto.* Nempe, τὸ πεφευγέναι σε ἐκ δεσμῶν. Nostri, *keep this in mind.* Confert Brunckius Sophoclem El. 1257. Ξύμφημι κἀγώ· τοιγὰρ οὖν σῷζου τόδε. ELMSL.

751. πρὸς κέντρα λακτίζοιμι. De eo vix quidquam indictum reliquerunt Erasmus Chil. I. Centur. III. 46. p. 131. et interpretes Novi Testamenti ad Acta Apost. ix. 5. xxvi. 14. Sequentia collegit Wetstenius. Pindarus Pyth. II. 174. ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτίζεμεν, ὀλισθηρὸς οἶμος. Æschylus Prom. 322. Οὐκ οὖν ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ, Πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, εἰδὼς ὅτι Τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ. Ag. 1633.

πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ πταίσας μογῇς. Euripides Peliadum Fragm. IV. Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου. Noster Iph. T. 1361. non πρὸς κέντρα sed πρὸς κῦμα λακτίζοντες dixit. ELMSL.

752. θύσω. Ita Ed. Ald. Brodæo placebat θήσω, eoque auctore ita deinceps ediderunt. Omnino verum est θύσω. Sed φόνον, quod sequitur, non a θύσω regitur, sed a ταράξας; diciturque, ut ταράττειν δίκας, *lites suscitare*; ταράττειν πόλεμον, *bellum accendere*. MUSGR. Insolitum fortasse sermonis genus φόνον ταράξαι, sed sensus perspicuus est, φόνον σὺν ταραγμῷ ποιῆσαι. ELMSL.

755. ἐκτρέπειν. Pro ἐκτρέπεσθαι, vel ἐκτρέπειν ἑαυτόν. Sic ῥίπτειν, Cycl. 166. MUSGR. Non puto ἐκτρέπειν pro passivo dictum esse, sed exercitum Penthei intelligendum esse, qui scuta propter Baccharum thyrsos avertat, i. e. ad fugam se convertat. HERM.

756. ἀπόρῳ. *Difficili*. Herodotus IX. 46. τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες, πάντες ἔωσι ἱπποτοξόται, — κῶς οὐκ ἂν εἴησαν οὗτοι ἄμαχοί τε καὶ ἄποροι προσμίσγειν; Nostri, *troublesome*. ELMSL.

757. Mirum, maluisse viros doctos quærere, utrum ὡς an ὃς rectius scribatur, quam quo sensu dictum sit οὔτε πάσχων οὔτε δρῶν σιγήσεται. Quis enim non hoc potius exspectet, οὔτε πάσχων οὔτε μή? id est, *neque quum punitur, neque quum non punitur*. Ac debebat sane hoc dicere Pentheus, sed quoniam nolebat illud, *quum non punitur*, adjicere, quia se invito ille e vinculis et carcere liberatus est, posuit pro eo aliud, quod quum re idem esset, tamen tantum abesset ut se volente illum liberatum esse indicaret, ut magis hospitis insignem malitiam proderet. Itaque hoc dicere putandus est: *molestissimus nobis hic hospes est: nam neque quum eum castigamus, neque quum eludit castigantes, tacebit*. Ὡς cur in ὃς mutetur, causam idoneam non video. HERM.

758. ὦ τᾶν. *Amice*. Sic nonnunquam reges alloquebantur; ut Iolaus ad Demophoontem, Herac. 321. Vide etiam, indicante Tyrwhitto, Herac. 683. Soph. Phil. 1387. MUSGR. Adde Cyclop. 533. et omnia Tragicorum loca, quibus vox occurrit, in manibus habes.

759. δουλείαις. Id est, δούλαις. Sic *mancipium* pro *servo*; abstractum pro concreto. BARNES. Paullo aliter Noster Ion. 747. Γυναῖκες, ἱστῶν τῶν ἐμῶν καὶ κερκίδος Δούλευμα πιστόν. Simili modo κήδευμα pro κηδεστὴς Or. 467. et alia passim. ELMSL. Vide ad Orest. loc. cit.

764. Aldus: τοῦτό γ' ἐστί. Legendum, ni fallor, τοῦτό γ' ἴσθι, *hoc pro certo habe*. Musgr. Mihi τοῦτό γε cum verbis καὶ μὴν ξυνεθέμην conjungendum videtur. Præter Porsonum ad Phœn. 1622. vide Schæferum ad Sophoclis Œd. T. 987. Idem dixit v. 1022. Δῶρόν ποτ', ἴσθι, τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών. Elmsl.

766. Extra versum habet Noster etiam Herc. 623. ἄ. οἶδ' οὐκ ἀφιᾶσ', ἀλλ' ἀνάπτονται πέπλων. Elmsl.

768. Interpungo: Τί δ'; εἰς ἔρωτα τοῦδε πέπτωκας μέγαν; *Quid ergo? Num vehementer hoc desideras?* Musgr. Sic etiam Brunckius. Matthiæ ut vulgo. Τί significat διὰ τί, ut infra v. 1245. Τί δ' εἰς Κιθαιρῶν' ἦλθε δυσδαίμων ὅδε; Elmsl.

769. Temere Brunckius λυπρῶς mutavit in τερπνῶς. Nihil hic versus difficultatis habet, modo, quod feci, signum interrogandi apponatur. *Possimne dolere, ubi eas inebriatas videam?* Herm.

771. σάφ' ἴσθι. Supple ἡδέως ἰδεῖν ἄν με αὐτάς. Brunck.

772. κἂν θέλῃς λάθρα. Omnino legendum cum Piersono, Veris. p. 128. ἔλθῃς. Et ita Musgravius, Elmsleius, Hermannus, alii.

773. ἀλλ' ἐμφανῶς. Non amplius exercitum contra Bacchas ducere, sed eorum sacris interesse vult Pentheus. A Baccho admonitus, periculosum esse clam ire, palam se iturum ait. Nihil enim mali suspicaturas putat Bacchas, quum eum cum orgiorum antistite advenientem viderint. Respondet Bacchus, orgia viris vetita esse, ideoque oportere, ut habitum muliebrem induat. Renuit Pentheus, sed tandem ita se facturum, aut arma sumturum ait. Elmsl.

774. Legendum ἄγωμεν οὖν σε, non ut vulgo, ἄγω μὲν οὖν σε. Dicitur autem interrogative pro ἄξομεν. Vide Electr. 375. Quare ad finem versus interrogationis nota ponenda est. Musgr. In hac scriptura, quod miror, non acquievit Matthiæ, sed Porti conjecturam ἄγω μὲν revocavit, addita tamen interrogationis nota. Recte plurali utitur Bacchus, qui mox ait v. 780. Διόνυσος ἡμᾶς ἐξεμούσωσεν τάδε. Exempla subjunctivi cum interrogatione dedit Matthiæ Gramm. Gr. §. 515. 2. Addo e nostra fabula v. 907. Μοχλοὺς φέρωμεν, ἢ χεροῖν ἀνασπάσω, Κορυφαῖς ὑποβαλὼν ὦμον ἢ βραχίονα; Ubi notam interrogationis primus addidit Barnesius. Plenius v. 675. θέλετε θηρασώμεθα Πενθέως Ἀγαυὴν μητέρ' ἐκ βακχευμάτων. Elmsl.

775. ἄγ' ὡς τάχιστα. κ. τ. λ. Hæc non bene congruere mihi videntur. Qui moræ impatiens est, qualem esse Pentheum arguunt hæc verba, ἄγ' ὡς τάχιστα, is temporis parcus esse

solet. Mallem τοῦ πόνου δέ σ' οὐ φθονῶ. Brunck. Recte se habet χρόνου. Licet enim moræ impatiens sit Pentheus, non tamen ideo temporis parcus habendus est. Aliud enim est *ad cœnam festinare*, aliud *in cœnando festinare*. Hoc vult dicere Pentheus, tempus in hoc negotio consumtum se non ægre laturum. Non igitur ita diversa ratio hujus versus, et illius, quem contulit Brunckius, Hec. 235. Ἔξεστ', ἐρώτα· τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ. Quod ad σ' οὐ φθονῶ attinet, vetus est quæstio de elisione diphthongorum apud tragicos, de qua disputantem vide Erfurdtium ad Sophoclis Aj. 191. Si cui minus Græcum videtur τοῦ χρόνου δέ σε οὐ φθονῶ, is nullo negotio γ' pro σ' reponere potest. Non enim supervacaneum γε, sed emphasin addendo sensum juvat. Easdem particulas conjungit Noster v. 947. et alibi passim. Elmsl.

776. Æschylus Theb. 1047. κόλπῳ φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος. Pers. 124. βυσσίνοις δ' ἐν πέπλοις πέσῃ λακίς. Multa de bysso congessit Brodæus. Si idem significat βύσσινος apud tragicos, quod apud Pollucem et recentiores, usus ejus in vestibus mulierum nobis etiam magis familiaris est quam Euripidi. Sed mutata videtur vocis significatio, neque cuiquam auctor sim, ut hunc versum Anglice reddat: *Put on a muslin dress.* Elmsl.

777. τί δὴ τόδ'; κ. τ. λ. Id est: *Quid hoc rei est? An ex viro in feminam convertar?* Musgr. Plena oratio est τί δὴ τόδ' ἐστὶν, vel τί δὴ τόδ' εἶπας. Vide ad Ion. 278. Verba εἰς γυναῖκας τελῶ explicant Sophoclis interpretes ad Œd. T. 222. νῦν δ', ὕστερος γὰρ αὐτὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ. Elmsl.

779. Non abundat τίς, ut Elmsleio visum, sed significatur isto pronomine, esse illum aliquem sapientem. Nam ut re eodem redeat, tamen ad cogitandi modum non idem est, utrum sapere aliquem, an esse unum e numero sapientum dicas. Herm.

792. Sensus, opinor, postulat, ut pro αἷμα scribatur εἷμα. Pentheus scilicet *vestem* muliebrem detrectaverat. Bacchus igitur, *Sed vestem*, inquit, *depones, cum pugnam incas.* Tyrwhittus. Vulgatam defendit Musgravius. Aut θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν oportet, aut armatum cum exercitu ire. Hoc autem sine sanguinis effusione fieri nequit. Non Penthei sanguinem, sed ejus militum, fortasse et ipsarum Baccharum, indicant verba αἷμα θήσεις, *cædis auctor eris.* Ita Noster Iph. A. 1396. Ἡ Τυνδαρὶς παῖς διὰ τὸ σῶμ' ἄρχει, μάχας Ἀνδρῶν τιθεῖσα καὶ φόνους. Ion. 1224. Τὸν ἱερὸν ὡς κτείνουσαν, ἔν τ' ἀνακτόροις Φόνον τιθεῖσαν. Elmsl.

797. Aldus: πᾶν κρεῖσσον, ὥστε μὴ γελᾶν βάκχας, ἐμοί. Id est: πᾶν κρεῖσσον ἐμοὶ [φαίνεται], ὥστε μὴ γελᾶν βάκχας. Distinctionem post βάκχας sustulit Musgravius, ut sensus esset: *Quidvis satius est, quam ut Bacchæ mihi irrideant.* Exempla attulit ἐγέλασεν εὐχαῖς apud Euripidem Iph. T. 266. κακοῖς γελῶν apud Sophoclem Aj. 1042. Sic etiam Aristophanes Eq. 693. Ἥσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκομπίαις. Ubi nostro loco utitur Brunckius. Sed nemo, quod sciam, dixit ἐγέλασε Σωκράτει. Dativum rei, sed non personæ, regere videtur γελᾶν. Recte igitur Piersonus Verisim. p. 129. ὥστε μὴ 'γγελᾶν Βάκχας ἐμοί. Quam scripturam a Reiskio quoque propositam tandem admisit Matthiæ. Noster Med. 1352. Σάφ' ἴσθι· λύει δ' ἄλγος, ἢν σὺ μὴ 'γγελᾷς, Elmsl.

798—801. Hic etiam personæ turbatæ sunt. Quatuor sunt versus, quorum primum, tertium, et quartum Nuncio, secundum Pentheo tribuit Aldus. Piersonus Verisim. p. 129. Reiskius et Tyrwhittus omnes Pentheo præter primum. Heathius, Brunckius et Matthiæ omnes Pentheo præter secundum. Musgravius in annotatione primum et secundum Baccho, tertium et quartum Pentheo. De tertio et quarto nulla controversia est. De primo et secundo recte judicare mihi videntur Heathius et qui eum sequuntur. Sensus verborum ἃ ἂν δοκῇ est περὶ ὧν ἂν δοκῇ βουλεύειν. Elmsl.

799. Verba ἔξεστι πάντῃ, mihi Anglice reddenda videntur: *Do as you please.* Elmsl.

800. στείχοιμ' ἄν· κ. τ. λ. Sensus est: *Abeo: vel enim militibus cinctus in montem proficiscor, vel tuis consiliis* de muliebri vestitu induendo *obtemperabo.* Si quæratur, quid tertium fuerit, responsio est, potuit in montem propria vestimenta gerens, vel solus vel cum paucis, speculandi causa ire. Musgr.

802. εἰς βόλον καθίσταται. Pro εἰς δίκτυον ἔρχεται. Tragicus Rhes. 726. Ὕβριζ'. ἴσως γὰρ εἰς βόλον τις ἔρχεται. Καθέσταμεν pro ἐληλύθαμεν Sophocles Œd. C. 23. Elmsl. Horum versuum ordinem, quum vulgo v. 803. ante v. 802. legeretur, recte restituit Musgravius. Herm.

815. ὃς πέφυκεν κ. τ. λ. Eximium benigni et clementis, quo se erga universum genus humanum animi esse jactat his verbis Bacchus, specimen in Cadmi filias et nepotem edit. Numquid potest absurdius dici? At impiis formidabilem, piis mitissimum esse, quid deum magis decet? Brunckius. Reposuit igitur, idque ex mera conjectura: ὃς πέφυκεν ἀνοσίοις βροτοῖς Δεινὸς, φρονοῦσι δ' ἠπιώτατος θεῶν. Qui hoc sibi permi-

serit, saltem secum reputare debebat, an res minori negotio, necne, confici posset. Si εὖ φρονοῦσι, vel aliquid ejusmodi, pro ἀνθρώποισι scripsisset, verba ἀνοσίοις βροτοῖς cogitatione supplenda relinquere potuisset, contrarium scilicet e contrario. Nihil usitatius hac constructione, qua præter alios utitur Sophocles El. 71. Καὶ μή μ' ἄτιμον τῆσδ' ἀποστείλητε γῆς, Ἀλλ' ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων. Supplendum δέξασθε. Sed ne hac quidem medicina opus esse mihi videtur. Quum enim Bacchum simul terribilem et mitem appellavit Euripides, spectatores haud dubitavit facile intellecturos, sententiam horum verborum esse, solos impios iram dei, solos pios ejus favorem experiri. Recte igitur vulgatam revocavit Matthiæ. Vox ἀνθρώποισι ad utrumque membrum pertinet, quasi dixerit poëta: δεινότατος ἀνθρώποισιν, ἠπιώτατος δέ. Similiter Noster Danaes fragm. VI. 3. οὐ γὰρ ἡδονή, Γυναικὶ δ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ. Quid significent verba οἱ ἐν τέλει, quæ contulit Portus, non opus est ut exponam. Hic enim ἐν τέλει pro παντελῶς, *omnino*, dictum videtur, ut sine præpositione Sophocles Œd. T. 198. Τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ, Τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται. Elmsl. Ἀνθρώποις non, ut Elmsleio visum est, ad utrumque membrum pertinet: non enim hominibus gravem deum esse Bacchum aut voluit hic dicere hospes, aut potuit: diceret enim, quod nec verum est, et alienum foret: sed laudare vult deum, eamque ob causam et potentissimum esse dicit, et beneficentissimum. Potentia Bacchi autem non ad solos homines spectat, quorum ille eos, a quibus contemnatur, puniat, sed inter deos etiam maxima est, omninoque in eo cernitur, quod ille, quantum quivis alius deorum, pollet, sive favet alicui, sive irascitur: beneficentiæ autem fructus in solos homines cadit, qui vini munere ab eo donati promptissimum habeant malorum remedium, solamenque ægritudinis. Herm.

818. ἀναβακχεύουσα. Pro βακχεύουσα, ut ἀναχορεύει pro χορεύει v. 455. Elmsl.

821. Ordo est: ὡς νεβρὸς, χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς, θρώσκει πεδίον παραποτάμιον. Cetera διὰ μέσου sunt. Elmsl.

823. ἡνίκ' ἂν φύγῃ. *Postquam effugit.* Elmsl.

825. Fortasse legendum εὐπλέκτων θ' ὑπὲρ ἀρκύων. Elmsl.

827. συντείνῃ. Pro ταχύνῃ transitivo sensu. Noster El. 112. Σύντειν' (ὥρα) ποδὸς ὁρμάν. Συντόνοις δρομήμασι pro ταχέσι infra v. 1044. Elmsl.

828. Brunckius: ἴσα δ' ὠκυδρόμοις ἀέλλαις κ. τ. λ. Vulgatum revocavit Matthiæ, sed non vidit, hæc verba cum superioribus

συντείνῃ δρόμημα κυνῶν conjungenda esse. Solus, ni fallor, Schæferus hæc recte accepit. Dicitur autem μόχθοις pro εἰς μόχθους. Similia sunt δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων v. 136. ἀκίνητον δρόμῳ v. 683. κἀπενώτιζον φυγῇ v. 719. Cum verbis ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις confer ἀελλάδων ἵππων apud Sophoclem Œd. T. 467. Elmsl.

829. Aldus θρώσκῃ. Pal. θρώσκει, quod vel ex conjectura reposuissem. De constructione vide ad πηδῶντα δικόρυφον πλάκα v. 288. Elmsl.

832. Sæpius σκιαρόκομος non legitur. Σκιαρὸς pro σκιερὸς habent lexica. Ordo est: θρώσκει πεδίον παραποτάμιον, σκιαροκόμου τ' ἐν ἔρνεσιν ὕλας, ἡδομένα βροτῶν ἐρημίαις. Elmsl.

833. τί τὸ σοφὸν, κ. τ. λ. Hoc exemplo usus sum ad verba τί με τὸ δεινὸν ἐργάσει v. 465. Articuli enim abundant. Elmsl.

837. ὅτι καλὸν, φίλον αἰεί. Theognis v. 15. originem hujus sententiæ Musis attribuit: Μοῦσαι καὶ Χάριτες, κοῦραι Διὸς, αἵ ποτε Κάδμου Ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ' ἔπος, Ὅττι καλὸν, φίλον ἐστὶ, τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί. Τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων. Barnes. Plato in Lyside, citatus a Mureto, Var. Lect. VI. 4. κινδυνεύει κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶναι. Musgr. Cf. etiam Eurip. Phœn. 814.

838. ὁρμᾶται μόλις, κ. τ. λ. Noster Ion. 1615. χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ. Elmsl.

845. χρόνου πόδα. Catachrestice, ut videtur, pro χρόνον. Irridet porro Aristophanes, Ran. 100. ubi Scholiastes: ἐξ Ἀλεξάνδρας Εὐριπίδου, καὶ χρόνου πρόβαινε πόδα. Musgr. δαρὸν adjectivum esse vidit Barnesius. Noster Herc. 690. χρόνος γὰρ ἤδη δαρὸς, ἐξ ὅτου πέπλοις Κοσμεῖσθε σῶμα καὶ νεκρῶν ἀγάλμασιν. Sensus est: Σοφῶς δὲ πολὺν χρόνον ἐνεδρεύουσιν οἱ θεοὶ τὸν ἀσεβῆ. Noster Incert. II. Οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ δίκη σε (μὴ τρέσῃς) Παίσει πρὸς ἧπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν Τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ Στείχουσα, μάρπτει τοὺς κακοὺς, ὅτ' ἂν τύχῃ. Elmsl.

849. κοῦφα γὰρ δαπάνα. Hæc verba Anglice redde: *For it costs but little.* Elmsl.

850. ἰσχὺν τόδ' ἔχειν, κ. τ. λ. Ita dicere maluit poëta, quam ἰσχὺν ἔχειν τὸ δαιμόνιον, ὅτι πότ' ἐστί. Elmsl.

853. Aldus: φύσει. Hoc τὸ exhibent edd. recentiores omnes, præter Brunckianam, quæ τὶ habet ex conjectura Musgravii. Revocavi τε ex Aldina, mutata tamen distinctione. Hæc explicat ipse poëta Hec. 781. Ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως, Ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι, χὠ τούτων κρατῶν Νόμος. Elmsl. Subaudi εἶναι. Brunck.

859. εὐδαίμων μὲν, κ. τ. λ. Mysticum aliquod in his verbis

latere videtur. Demosthenes de Cor. p. 516. A. τὴν μὲν νύκτα, νεβρίζων καὶ κρατηρίζων, καὶ καθαίρων τὰς τελημένης, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις, καὶ ἀνιστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ, καὶ κελεύων λέγειν, Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Ad hanc τῶν τελημένων vocem alludere videtur Euripides. Elmsl.

868. Aldus τὸ δὲ κατ' ἦμαρ, quod revocavit Matthiæ. Barnesius, Musgravius et Brunckius male τὸν δὲ κατ' ἦμαρ. Ordo est: μακαρίζω δὲ, ὅτῳ βίοτος εὐδαίμων τὸ κατ' ἦμαρ. Ita Noster Ion. 786. Ὅτῳ ξυναντήσειεν ἐκ θεοῦ σὺ θεὶς Πρώτῳ πόσις σὸς, παῖδ' ἔδωκ' αὐτῷ θεός. Ibid. 123. dixit λατρεύων τὸ κατ' ἦμαρ. Elmsl.

871. Verba Πενθέα λέγω esse διὰ μέσου statuit Schæferus ad Bosium p. 391. qui confert Euripidem Hel. 546. Σὲ τὴν ὄρεγμα δεινὸν ἡμιλλημένην Τύμβου 'πὶ κρηπῖδ' ἐμπύρους τ' ὀρθοστάτας, Μεῖνον, τί φεύγεις; Similiter Sophocles Ant. 441. Σὲ δὴ, σὲ τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα, Φῂς ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε; Utrumque exemplum attulit Matthiæ Gramm. Gr. §. 427. Elmsl.

874. Reiskius καλόχῃ, *et uxoris.* Sed nihil de Penthei uxore audivimus. Elmsl. Libri καὶ λόχῃ. Scripsi ἐκ λόχου. Herm.

875. πρέπεις. *Similis es.* Æschylus Suppl. 307. Φασὶν, πρέποντα βουθόρῳ ταύρῳ δέμας. Euripides Alc. 1131. Βλέψον δ' ἐς αὐτὴν, εἴτι σῇ δοκεῖ πρέπειν Γυναικί. Hoc exemplo usus est Musgravius. Idem legendo μορφὴν ambiguitatem tolli posse monet. Brunckius autem ex conjectura dedit: μορφῇ δὲ Κάδμου θυγατέρων πρέπεις μιᾷ. Vulgatum ordinem recte revocavit Matthiæ. Scriptura enim, quæ neminem, nisi qui communi sensu careat, fallere potest, non est ambigua. Si secus esset, non scripsisset Euripides v. 9. ἀθάνατον Ἥρας μητέρ' εἰς ἐμὴν ὕβριν. Neque v. 640. αἱ μὲν πρὸς ἐλάτης νῶτ' ἐρείσασαι φόβην. Elmsl.

876. καὶ μὴν ὁρᾶν κ. τ. λ. Virgilius Æn. IV. 468. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, Et solem geminum, et duplices se ostendere Thebas.* Servius: *Eumenidum agmina* de suo, vel potius ex Oreste addidit Virgilius. Nihil enim est in Bacchis, quod his verbis respondeat. Elmsl.

880. τεταύρωσαι γὰρ οὖν. In hac scena non solum Pentheo, verum etiam spectatoribus τεταυρωμένος induci videtur Bacchus. Quod haud obscure docent chori verba v. 1112. ταῦρον προηγητῆρα συμφορᾶς ἔχων. Ejus ἀποταύρωσις erat larva tauri caput referens. Cui similem Ioni tribuerat Æschylus in Prometheo. Elmsl.

882. Ita distinguit Aldus: Ἔνσπονδος ἡμῖν· νῦν δ' ὁρᾷς, ἃ χρή

σ' ὁρᾶν. Brunckius et Matthiæ: ἔνσπονδος ἡμῖν νῦν· ὁρᾷς, ἃ χρή σ' ὁρᾶν. Vulgata ratio mihi melior videtur, præsertim quum dixerit Noster Ion. 560. νῦν ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾶν. ELMSL.

883. Nescio an legendum: τίς φαίνομαι δῆτ'; Subauditur εἶναι, ut apud Nostrum Suppl. 218. ἧς καὶ σὺ φαίνει δεκάδος, οὐ σοφὸς γεγώς. ELMSL. Recte se habet τί φαίνομαι, nec debet τί in τίς mutari. Intelligitur enim aliquis infinitivus: *quid videor repræsentare*. Id docet, quem explicandi causa addit infinitivum ἑστάναι. HERM.

884. γέ. Non potest hic *utpote* significare, ut Elmsleio videtur, sed significat *adeo*. HERM.

892. σοὶ γὰρ ἀνακείμεσθα δή. Verte: *Tibi enim innitimur: A te pendemus*. HEATH. Anglice: *I give myself up to you*. ELMSL.

893. πέπλων στολίδες. Julius Pollux VII. 54. a Brunckio allegatus: στολίδες δέ εἰσιν, αἱ ἐξεπίτηδες ὑπὸ δεσμοῦ γιγνόμεναι κατὰ τέλη τοῖς χιτῶσιν ἐπιπτυχαί. Anglice: *tucks*. ELMSL.

896. τένοντα. *Collum* interpretatur Brodæus, rectius pedis *tendinem* Portus. Vide ad Med. 1156. σφυρὸν et τένοντα promiscue usurpat Noster. ELMSL.

897. Propter hoc ἤπου notam interrogationis sequenti versui addunt edd. omnes, licet sententiæ magis conveniat ὄντως quam *num*. Ἤπου enim sæpe a grammaticis exponitur ὄντως. Sed plerumque significat ἴσως, ὡς ἔοικε, οἶμαι. Neque diverso sensu hic accipiendum est. ELMSL.

898. Aldus παρὰ λόγον. Non nisi accentu differunt παρὰ λόγον et παράλογον, quod reponendum monet Porsonus Adversar. p. 267. conferens Euripidem Or. 381. Ὦ παράλογόν μοι σὴ φανεῖσ' ἀμορφία. Παράλογον pro παραλόγως, ut καιρὸν pro καιρίως, accusativus pro adverbio. Quum tantula mutatione opus sit, quis Porsoni conjecturam admittere dubitet? Ceterum παράλογος substantivum esse monent Atticistæ. Thucydides II. 85. ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς, ἄλλως τε καὶ πρῶτον ναυμαχίας πειρασαμένοις, πολὺς ὁ παράλογος εἶναι. Plura dabunt interpretes. ELMSL.

904. Schol. ad Euripidis Phœn. 3. θοαῖς ἵπποισι· λείπει ἡ σὺν, ἵν' ᾖ, σὺν θοαῖς ἵπποισι. καὶ Ὅμηρος, Il. Θ. 24. Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμι. καὶ ἐν Βάκχαις· Αὐτῇσιν ἐλάταις. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ, v. 1179. Αὐτῇσιν ἀρβύλῃσιν ἁρμόσας πόδας. Fuerunt igitur, qui αὐταῖσιν ἐλάταις pro αὐταῖσι Βάκχαις legerent. Si vulgo exhiberetur ea scriptura, quis meliorem requireret? Nostri *trees and all*. Sed præstare videtur αὐταῖσι Βάκχαις, *women and all*. Infra v. 1087. legitur αὐταῖς ἀρβύλαις. ELMSL.

909. Pentheum, Bacchi sacris jam addictum, minus quam ceteros mortales bellum cum Nymphis Bacchi sociis gerere debere significat particula γε, cujus vis interpretes fugit. Elmsl.

913. κρύψει σὺ κρύψιν, κ. τ. λ. Totum hoc colloquium ita compositum est, ut iis, quæ Bacchus ambigua dicit, metus potius et miseratio quam irrisio aliqua Penthei in animis spectatorum excitetur eorum quidem, qui satis eruditi sint. Nam vulgus ridebat, neque id nolente poeta. Herm.

917. φύλαξ. Custos; i. e. *explorator.*

920. αὐτῶν. *Thebanorum*, scil. qui ex Θηβαίας χθονὸς intelliguntur. Cf. Thucyd. I. 31. 136. citat. ab Elmsleio.

921. μόνος. De hac voce repetita vide ad Alcest. 738.

924. Verba ἡ τεκοῦσά γε non sunt interrogative proferenda, neque notam interrogationis in Aldina additam habent. Anglice significant: *Yes, my mother.* Elmsl.

926. Nescio an legendum: ἁβρότητ' ἐμοὶ λέγεις. Aristophanes Plut. 637. Λέγεις μοι χαράν. λέγεις μοι βοάν. Elmsl. Nihil mutandum. *Hanc*, inquit, *mollitiem meam dicis*: i. e. hoc, quod manibus sublatus domum ferar. Herm.

927. Lego interrogative: καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσει; *Num me etiam in deliciis versari coget?* Ed. Ald. ἀναγκάσεις. Musgr. Ex Hervagiana secunda manavit ἀναγκάσει, nec quisquam ante me Aldinam revocavit. Hæc verba superioribus continuanda mihi videntur: ἁβρότητ' ἐμοὶ λέγεις, καὶ τρυφᾶν μ' ἀναγκάσεις. Elmsl.

928. Aldus: τρυφάς γε τοιάσδε. Supple ἃς ἔλεξά σοι. Subtiliorem sensum in his verbis quærit Musgravius, ego nullum reperio.—Eadem significant ἀξίων ἅπτεσθαι et ἐπ' ἀξίοις πονεῖν, quod dixit tragicus Rhes. 182. Elmsl.

930. οὐρανῷ στηρίζον. Vide ad Hipp. 1197. et cf. infra vv. 1026. 1036.

934. τἄλλα δ' αὐτὸ σημανεῖ. Vide ad Phœn. 623.

935. θοαὶ Λύσσης κύνες. Sunt Erinnyes, quas vocat et Sophocl. Electr. 1387, 1388. μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων Ἄφυκτοι κύνες. Heath. Λύσσης. Personæ allegoricæ, seu Divæ nomen est. Inducitur ea in scenam in Hercule Furente. Brunck. Diversa a Furiis est Λύσσα. Elmsl. Vulgo οὖρος. Pal. ὄρος, quod dubitat Elmsleius an recte se habeat. Jure: nam non modo Euripides non dixit usquam alibi οὖρος, aut ullus alius tragicus, sed ne Homerus quidem. Diphthongum epici metri causa in casibus trisyllabis usurparunt. Herm.

939. Si vulgata in antistrophico versu scriptura recte se

habet, metrum restitui quidem posset, sed nonnisi audaciore conjectura, ut κατὰ τᾶν Μαινάδων σκοπὸν λυσσώδη. Sed nihil nisi una syllaba excidisse videtur post Μαινάδων. Crediderim Euripidem scripsisse δυσκατάσκοπον. Ut nominibus propriis ista particula adjicitur, e. c. Δύσπαρις, Δυσελένα, ita aliquando etiam appellativis, quale est apud Æschylum δυσευνάτωρ. HERM.

941. σκόλοπος. Hic καταχρηστικῶς pro δένδρου posuit poëta. Propria significatione cum πέτρα conjunxit Iph. T. 1395. ELMSL.

943. Aldus οὐριοδρόμων. Scil. τῶν Βακχῶν. BROD. Portus in versione Latina: *Quisnam hic ex Cadmeis investigator Baccharum monticolarum.* Ejus conjecturam οὐρεσιδρόμων admisit Barnesius. Matthiæ: τίς δ' ὅδε Καδμείων μαστὴρ οὔριον Δρόμον ἐς ὄρος κ. τ. ἑ. Ego potius legam οὐριοδρομῶν quam οὐριοδρόμων, ut sensus sit: τίς Καδμείων ὅδε μαστὴρ ἔμολεν οὐριοδρομῶν; Id est: τίς τῶν Θηβαίων δεῦρο κατάσκοπος ἦλθεν οὐρίῳ δρόμῳ; Sed ne hæc quidem ratio vera mihi videtur. ELMSL. Verbum illud οὐριοδρομῶν orationem ad prosæ tenuitatem demittit. Vitio mederetur, qui οὐριόδρομος εἰς ὄρος εἰς ὄρος ἔμολεν scriberet. Sed tamen ne sic quidem elegantes erunt numeri. Quare posui, quod et ipse pridem conjeceram, et Matthiæ dedit. HERM.

947. λεαίνας δέ γε κ. τ. λ. Adumbrata hæc ex Hom. Il. Π. 33. Νηλέες· οὐδ' ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς, Οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, Πέτραι τ' ἠλίβατοι· ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής. Theocritus Idyll. III. 15. Νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα· βαρὺς θεός· ἦ ῥα λεαίνης Μαστὸν ἐθήλαξε, δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ. Ex his omnibus Virgilius Æn. IV. 365. *Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor, Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.* BRUNCK.

950. Aldus: φονεύουσα δαίμων διαμπάξ. Vellem sane legere hic et v. 968. λαιμῶν διαμπάξ, *penitus per jugulum.* Sic Orest. 1457. παίειν λαιμῶν ἔμελλεν εἴσω μέλαν ξίφος. Διαμπὰξ ab Hesychio exponitur διαμπερὲς, quod cum genitivo occurrit Il. M. 429. διαμπερὲς ἀσπίδος. Vide etiam Il. Υ. 362. et Sophocl. Philoct. 791. TYRWHITTUS. Διαμπὰξ sæpius apud Euripidem non legitur. Sed Æschylus Prom. 64. monente Musgravio: Ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γναθὸν Στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐῤῥωμένως. ELMSL.

952. Libri hic γόνον, in antistropha τόκον. Alterutrum utrobique ponendum esse, recte judicat Elmsleius. HERM.

954. Libri περὶ τὰ βάκχι' ὄργια ματρὸς τε σᾶς. Id, recepta Scaligeri conjectura σὰ pro τὰ, mihi probandum videbatur in Elem. D. M. p. 253. ita ut ὄργια duabus syllabis pronunciaretur. Synizesin illam, etsi rariorem, tamen non plane repudiatam a poetis esse, etiamnum credo. Sed hoc quidem exemplum ipse nunc rejicio, non propter synizesin, sed propter sensum. Nam etsi aliquam rationem aperuit Elmsleius, qua hic Semelæ orgia, vel etiam Rheæ, quamquam de hac difficilius persuadebit, commemorari potuerint, tamen, ut Rhea plane ab hoc loco aliena foret, ita Semelæ saltem non apta est mentio. Videor mihi hæc ita emendasse, ut id nominetur, quod est huic loco convenientissimum, sacra ab Agave Baccho celebrata. Herm. Qui dedit περὶ τὰ βάκχι' ὄργι' ἃς ματέρος κ. τ. λ. Totus sane locus difficillimus est, et mira lectionum et conjecturarum varietate insignitus. Novem versus, 958—966. uncinis inclusit, et prorsus insanabiles judicavit Brunckius. Varias criticorum sententias commemoravit Elmsleius, suarum parcus; neque enim Hermannus, suarum profusus, ad loci sanitatem propius accessisse videtur. Difficultates igitur, utpote insuperabiles, cum Brunckio intactas reliquimus.

971. φάνηθι ταῦρος κ. τ. λ. Horat. II. 19. 23. *Rhœcum retorsisti leonis Unguibus horribilique mala.* Nonnus XL. 40. Σπεύδων μὲν πτερόεντι βαλεῖν Διόνυσον ὀϊστῷ, Ἢ ξίφεϊ πλήξας μέσον αὐχένος, ἢ δόρυ πέμπων, Οὐτῆσαι ποθέων διὰ γαστέρος, ἀντὶ Λυαίου Πόρδαλιν αἰολόνωτον ἐπαΐσσοντα κιχάνω. Μαρναμένου δὲ λέοντος ἐπείγομαι αὐχένα τέμνειν, Καὶ θρασὺν ἀντὶ λέοντος ὄφιν δασπλῆτα δοκεύω. Σπεύδων δ' ἀντὶ δράκοντος ὀπιπεύω ῥάχιν ἄρκτου. Hæc testimonia de Baccho varias belluarum formas induente attulit Barnesius. Elmsl.

974. Βακχᾶν a θηραγρέτᾳ, utcunque accepto, regi debet. Nam γελῶντι προσώπῳ de Bacchi ipsius vultu intelligendum est. Musgr. Ordo est: ἴθ', ὦ Βάκχε, γελῶντι προσώπῳ, περίβαλε βρόχον τῷ θηραγρέτᾳ τᾶν Βακχᾶν, πεσόντι ἐπὶ θανάσιμον ἀγέλαν τὰν Μαινάδων. Brunck. Omnes ante Musgravium θηραγρέτα pro vocativo accepisse videntur. Ejus conjecturam admisit Brunckius. Matthiæ vero θηραγρέταν ex conjectura Seidleri. Sed dativus accusativo melior videtur. Elmsl.

976. Servavi πεσόντα, quod qui in πεσόντι mutarunt propter dativum θηραγρέτᾳ, aut qui propter accusativum πεσόντα scripserunt θηραγρέταν, ut Matthiæ, non videntur memores fuisse usitatissimæ accusativi cum dativo consociationis, de qua quum Brunckius ad Soph. El. 480. tum alii aliis locis dixerunt. Recte autem illatus est hic accusativus, quia pendet

ex eo, quod latet in verbis περίβαλε βρόχον, quod est ἅλισκε. Herm.

979. δράκοντος ὄφεος. Pleonasmus est, ut κοπίδας μαχαίρας, Cyclop. 241. Frequens apud Homerum hæc figura. Sic συσὶ κάπροισι, Il. E. 783. ὄρνισιν αἰγυπιοῖσι, H. 59. ταύροιο βοὸς, P. 389. οἰωνοὶ φῆναι, Od. Π. 216. Musgr. Ne δράκων et ὄφις simul otiose legantur, mallem ὄφεον ab ὄφεος et ὄφειος, *serpentinus*, ut sit ἔσπειρ' ἐν γῇ ὄφεον θέρος δράκοντος. Barnes. Barnesii conjecturam recepit Hermannus.

981. Quum hic versus etiam in Med. 54. legatur, sed adjunctis his verbis, κακῶς πιτνοῦντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται, Porsonus hæc etiam in Bacchis adjicienda putabat, Dobræus autem ad Aristophanis Plut. 886. suspicabatur, ejiciendum esse versum 1020. ut adscriptum ex Medea. Veri similior, si ex his alterum optandum est, Porsoni conjectura videtur, quia hic mos est tragicorum, ut data opportunitate orationes tali sententia finiant. Sed non video idoneam rationem, cur non debeamus in eo, quod libri præbent, acquiescere. Nam etsi non explicate dictum est τὰ δεσποτῶν, tamen res ipsa ostendit, tale quid, ut πλέα συμφορᾶς, ex prægresso vocabulo συμφορὰ intelligi. Herm.

987. Sophocles Ant. 1130. καί Σε Νυσαίων ὀρέων Κισσήρεις ὄχθαι, Χλωρά τ' ἀκτὰ πολυστάφυλος πέμπει, ἀβρότων ἐπέων εὐαζόντων, Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς. Sæpius apud tragicos non legitur εὐάζω, quod, si εὐοῖ *clamare* significat, communem horum verborum analogiam non sequitur. Nam αἰάζω, ἀλαλάζω, ἰύζω, οἰμώζω, ὀλολύζω, ὀτοτύζω, φεύζω, et similia, mutant ζ in ξ, ut ἀλαλάζω, ἀλαλάξομαι· εὐάζω vero in σ, ut ostendunt verbalia εὔασμα et εὐαστήρ. Si significat βακχεύω sive βακχιάζω, analogiæ non repugnat. Hunc sensum haud dubie habet εὐιάζει apud Euripidem Cycl. 492. Elmsl. Vide supra ad v. 67.

989. Senarius est in fine mutilus. Brunck.

996. Strabo, p. 409. A. ἐν δὲ τῇ Θηβαίων εἰσὶ καὶ αἱ Θεράπναι καὶ ὁ Τευμησσὸς, ὃν ἐκόσμησεν Ἀντίμαχος διὰ πολλῶν ἐτῶν, τὰς μὴ προσούσας ἀρετὰς διαριθμούμενος. Therapnæ plures fuerunt. Laconicas memorant Euripides Tro. 215. Herodotus VI. 61. aliique: Thessalicas Euripides Herc. 367. Recte igitur τῆσδε Θηβαίας χθονὸς nostro loco addit. Alii θεράπνας scribunt, alii Θεράπνας. Hesychius: θεράπναι· αὐλῶνες, σταθμοί. Elmsl.

1002. τά τ' ἐκποδών. Mallem separatim ita scribere, ἐκ ποδῶν. Quæ sic accipienda: τά τ' ἐκ ποδῶν ἴχνη, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γλώσσης ἔπη σιγηλὰ σώζοντες. Portus. Quem in textu solus se-

quutus est Barnesius. Sed Musgravius Latine: *et pedum vestigia taciturna, et linguæ sonos servantes.* Elmsl.

1004. De ἄγκος consulendi interpretes Homeri. Apud Atticos poëtas sæpius non legitur, nisi mendose pro ἄγγος. Elmsl.

1005. πεύκαισι συσκιάζον. Id est, συσκιαζόμενον, activum pro passivo, quod in Græco sermone frequens est. Soph. Œd. T. 968. ὁ δὲ θανὼν Κεύθει κάτω δὴ γῆς. Plura olim ad Sophoclem exempla afferemus. Brunck. Plura de hac re testimonia allegat Matthiæ Gramm. Gr. §. 496, 4. Elmsl. Ut multis in locis activa pro passivis posita esse interpretes non recte judicant, ita hic quoque, ubi συσκιάζον non est pro συσκιαζόμενον dictum, sed significat *umbram faciens.* Herm.

1007. ἐκλελοιπότα. Intransitive, fere ut Nostri, *worn out.* Elmsl.

1008. Verborum κισσῷ κομήτην ἐξανέστεφον constructionem ostendit exemplum notissimum σοφόν με ἐδίδαξαν. Elmsl. Vide Matt. Gr. Gr. §. 414, 3.

1009. Non apparet, qualia montium juga reliquerint Bacchæ. Distinguendum post αἱ δ', et vertendum: *Hæ vero, velut pulli equini, qui juga variegata reliquerunt.* Ut scil. pulli equini, demto jugo, exultare solent, et sibi mutuis hinnitibus gratulari, ita pari exultatione Bacchæ hæ canticum Bacchicum alternabant. Beck. Præeunte Heathio.

1013. Aldus ὅσοι νόθων. Legendum ὅποι μόθων. *Non consequor oculis, ubi Mænadum indecora saltatio est.* Aristophanes Equit. 694. ἀπεπυδάρισα μόθωνα, περιεκόκκυσα. Ubi Scholiastes: μόθων· φορτικὸν ὀρχήσεως εἶδος. Idem ad Plut. 279. μόθων· εἶδος αἰσχρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς ὀρχήσεως. Jul. Pollux; IV. 101. ὁ δὲ μόθων φορτικὸν ὄρχημα, καὶ ναυτικόν. Musgr. Multi multa conjecerunt, ex quibus Musgravii ὅποι μόθων si cui placeat, is reputet velim, μόθων non esse nomen tragœdiæ conveniens. Melius cæteris Porsonus, ὄσσοιν ἀθρῶν, in quo tamen Elmsleius jure reprehendit inusitatum dualem. Ὄσσοις quin verum sit, mea sententia dubitari non potest. Mihi lenissimum visum est, ὄσσοις ὅσον. *Quantum oculis,* inquit, *non assequor Mænades.* Herm.

1014. Aldus: ὄχθον δ' ἐπεμβὰς εἰς ἐλάτην· ὑψαύχενα. Qui Anapæstos in quarto loco Senarii tragici tolerandos ducunt, ex hoc versu fortasse sententiam suam tueri velint; sed frustra; cum proculdubio corruptus sit. Non enim *et* tumulum, *et* abietem conscendere voluit Pentheus, sed *vel* hanc *vel* illum. Lego igitur ἢ 'λάτην ὑψαύχενα. Tyrwhittus. Tyr-

whitti conjecturam a Musgravio probatam admisit Brunckius. Confirmant eam chori verba, v. 940. Μάτηρ πρῶτά νιν λευρᾶς ἀπὸ πέτρας Ἦ σκόλοπος ὄψεται Δοκεύοντα. Brunckium sequitur Matthiæ, Heathium Schæferus et Porsonus apud Kiddium, p. 226. ELMSL.

1018. Ter repetitum ἦγεν vel κατῆγεν significat lentam et successivam abietis deductionem, ut sensim atque sensim propior humo fieret. REISK.

1020. Brodæus ὃς deesse monet, ut sensus sit: ὃς τόρνῳ γραφόμενος κ. τ. λ. Imo, plena oratio est: ἐκυκλοῦτο δὲ, ὥστε τόξον κυκλοῦται, ἢ ὥστε κυρτὸς τροχὸς τόρνῳ γραφόμενος περιφορὰν ἕλκει δρόμου. Herodotus IV. 36. οἳ Ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι πέριξ τὴν γῆν, ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου. ELMSL.

1021. Barnesius, Brunckius, Schæferus, et Matthiæ, ὥς, *sic*, quod in interpretatione Latina habent etiam Portus et Musgravius. Ego vero ὡς pro ὅτε accipere malo, ut sensus sit: ἐκυκλοῦτο δὲ κλῶν ὄρειος ὥστε τόξον ἢ τροχὸς, ὅτε ὁ ξένος αὐτὸν ἐν χεροῖν ἔχων, ἔκαμπτεν εἰς γῆν. ELMSL.

1025. φυλάσσων μὴ 'ναχαιτίσειέ νιν. Immerito hanc scripturam sollicitat Musgravius. De equo proprie dicitur ἀναχαιτίζω, et *sessorem excutio* significat. *Cavens ne eum excuteret, ne eum præcipitare faceret.* Cf. Hippol. 1222. Neutraliter etiam hoc verbum adhibetur, quomodo occurrit in Rhes. 782. BRUNCK.

1027. νώτοις. Pro κλάδοις, quasi in equo jam sederet. BARNES.

1031. φωνή τις, κ. τ. λ. Vide Herc. F. 982, 3. MUSGR.

1035. καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, κ. τ. λ. Herodotus I. 112. Ἅμα δὲ ταῦτα ἔλεγε ὁ βουκόλος, καὶ ἐκκαλύψας ἐδείκνυε. Plura Valckenærius ad III. 135. qui nostrum locum non neglexit. ELMSL.

1037. εὔλειμος. Sæpius non legitur. Male *frondiferum* Portus. Heathius *herbosum*. ELMSL.

1043. οὐχ ἥσσονες. Participio ἔχουσαι deest accusativus. Legendum igitur videtur ἥσσονα, ut cum substantivo ὠκύτητα conjunctum ab ἔχουσαι pendeat. HEATH. Heathii conjecturam ἥσσονα probavit Musgravius, recepit Brunckius. At facilius certe correxissent ἡσσόνως. Tuetur librorum scripturam ἥσσονες scriptor Christi patientis, v. 2009. et probare eam etiam Elmsleius videtur, qui etsi in textu ἥσσονα habet, tamen abundare dicat ἔχουσαι, ut in ληρεῖς ἔχων. Hoc quidem exemplo, quod parum simile est, non debebat uti. Quod si illud voluit, constructionem esse, ποδῶν ὠκύτητα οὐχ ἥσσονες πελείας, ἔχουσαι αὐτὴν, abundat sane ἔχουσαι, sed ita ut orationem oneret mo-

lestissimo additamento. Mihi non videtur dubitandum esse, quin, ut σιγῶν ἔχω atque alia hujusmodi dicunt Græci, participio statum indicante, qui plerumque per adverbium indicari solet, ita hic ἥσσονες ἔχουσαι dictum sit, omisso participio ἦσαι, quo neque opus est, et libenter caremus, principalis verbi participio posito. Muta id in imperfectum, et videbis recte dici, οὐχ ἥσσονες πελείας ἦσαι εἶχον. HERM.

1047. Suidas: ἀγμούς· τοὺς ὀρείους καὶ κρημνώδεις τόπους. Noster Iph. T. 253. Ἦν τις διαῤῥὼξ κυμάτων πολλῷ σάλῳ Κοιλωπὸς ἀγμὸς, πορφυρευτικαὶ στέγαι. ELMSL.

1049. αὐτοῦ. Pro κατ' αὐτοῦ. Ita Cycl. 51. ὠὴ, ῥίψω πέτρον τάχα σου. Ion. 143. χρυσέων τ' ἐκ τευχέων ῥίψω Γαίας παγάν. Id est, ῥίψω κατὰ γαίας.—χερμάδας. *Lapides*. Æschylus Theb. 306. Τοὶ δ' ἐπ' ἀμφιβόλοισιν Ἰάπτουσι πολίταις Χερμάδ' ὀκρυόεσσαν. Ubi consulendus Blomfieldius. Homerus non nisi diminutivum χερμάδιον usurpat. ELMSL. κραταιβόλους. *Lapides magna vi jactos.* Sic cum Heathio lego. Eadem est compositionis ratio, quæ in κραταίλεως El. 530. BRUNCK.

1050. ἀντίπυργον ἐπιβᾶσαι πέτραν. Metaphora ab iis, qui ad oppugnandas urbes turres excitant, e quibus tela in oppidanos jaciant. BROD.

1051. ὄζοισι δὲ κ. τ. λ. Verte: *Ramis etiam abiegnis jactis petebatur.* Si enim hæc de ipso Pentheo jaculante dicta essent, aut ejus nominatim mentionem fecisset Poëta, aut saltem scripsisset ἀντηκοντίζετο. HEATH. Imo ἀντηκοντίζεν. Ἀντηκοντίζετο enim passivum est, haud secus atque ἠκοντίζετο, quod legitur apud Euripidem etiam Iph. T. 1335. ELMSL.

1053. Ald. Πενθέως τ' ὄχον δύστηνον, commate in fine præcedentis versus posito. Egregia est Reiskii conjectura Πενθέως στόχον, quam recte ita recepit Matthiæ, ut post Πενθέως demum commate interpungeret. In eodem versu Elmsleius ἀλλ' οὐχ ἤνυτον, ex Porsoni sententia ad Phœn. 453. Ego quidem hæc comicis relinquenda puto. HERM. Ἵεσαν Πενθέως ut ἔῤῥιψαν αὐτοῦ v. 1049. Στόχον δύστηνον ut θῆρα δυσπότμῳ v. 1096. Στόχον pro στόχασμα, *actus collineandi,* quod legitur v. 1157. Eodem vocabulo utitur Æschylus Suppl. 251. modo recte vulgo legatur: μόνον τόδ' Ἑλλὰς χθὼν συνοίσεται στόχῳ. ELMSL.

1055. Vulgo καθῆστο τλῆμον. Brunckius præter necessitatem καθῆσθ' ὁ τλήμων. Sophocles Œd. T. 1266. ἐπεὶ δὲ γῇ Ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν. Ubi multi libri ἔκειθ' ὁ τλήμων, licet de muliere sermo sit. Sed λελημμένος a λαμβάνω, ex Musgravii conjectura, recte admisit Brunckius. Noster Ion. 1113. Οἴμοι, τί λέξεις· ὡς τι που λελημμέθα Κρυφαῖον εἰς

παῖδ' ἐκπορίζουσαι φόνον. Cycl. 432. ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι λελημμένος. Simili licentia ξυλλελεγμένας pro ξυνειλεγμένας dixit Aristophanes Eccl. 58. sed ξυνείλεκται Av. 295. Ceterum huc respexisse videtur grammaticus apud Bekkerum Anecdot. p. 105. Λελάβημαι· ἀντὶ τοῦ εἴλημμαι. Ἡρόδοτος ἕκτῳ καὶ τετάρτῳ, Εὐριπίδης Βάκχαις. Recte Valckenærius ad Herodotum III. 42. Λελάβημαι *frustra quæras in Euripidis Bacchis, designatis in Bibl. Coislin.* p. 482. Idem monuit Piersonus Verisim. p. 120. Licet Bacchæ non nisi mutilæ ad nos pervenerint, haud facile credam in integra fabula exstitisse λελάβημαι. Elmsl. Vulgo λελησμένος.

1056. Pro συγκεραυνοῦσαι voce nihili aliquando reponebam συγκραδαίνουσαι; quo verbo Euripides utitur Herc. Fur. 983. Orpheus Argon. 994. Sed, ni fallor, verior est hæc altera emendatio nostra: δρυΐνους συντριαινοῦσαι κλάδους. Ita supra v. 329. Herc. Fur. 926. Aristophanes Pac. 569. Reisk. In his omnibus locis τριαινοῦν est *moliendo evertere,* nec ullum adhuc exemplum novimus, ubi dicatur aliquis vectem ipsam, cujus auxilio utitur, τριαινοῦν. Legendum, ni fallor, συγκρατύνουσαι, *simul valide prehendentes,* vel *urgentes.* Musgr. Hanc conjecturam admisit Brunckius, qui in annotatione conjecit ξυναποξύνασαι. Vulgatam revocavit Matthiæ. Archilochus Fr. XXXVI. Ὡς Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος Οἶδα διθύραμβον, οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. Non igitur vox nihili συγκεραυνοῦσαι, quamvis explicatu difficilis. Sententia postulare videtur *ab arboribus vi evellentes,* cujus loco *fulmine ferientes* dixit poëta. Elmsl. Συγκεραυνοῦν significare *confringere* et *diffindere,* ut fulmen solet, apparet ex loco Cratini apud Athenæum XI. p. 494. C. quem in Lexico Græco Schneiderus indicavit: συντρίψω γὰρ, αὐτοῦ τοὺς χόας, καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω σποδῶν, καὶ τἄλλα πάντ' ἀγγεῖα τὰ περὶ τὸν πότον. Itaque hoc dicit: *confringebant Bacchæ ac findebant ramos quernos, hisque non ferratis vectibus effodere radices abietis adnitebantur.* Herm.

1067. ἱέρεια. *Sacerdos.* Vide ad Orest. 251.

1070. παρηΐδος ψαύων. Supplicum more; ut recte Barnesius, conferens Hom. Il. Θ. 371. Callim. Dian. v. 26. Adde Hecub. 341. Musgr.

1080. ὦμον. *Brachium.* Herodotus IV. 62. τῶν ἀποσφαγέντων ἀνδρῶν τοὺς δεξιοὺς ὤμους πάντας ἀποτάμνοντες σὺν τῇσι χερσὶ, ἐς τὸν ἠέρα ἱεῖσι. Elmsl.

1084. ἐπεῖχε. Recte Interpres: *instabat.* Herod. p. 147. ed. Wess. ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ. Aristoph. Eccles. 316.

ὁ δ' ἤδη τὴν θύραν Ἐπεῖχε κρούων. Dativum adsciscit hoc sensu usurpatum: Heracl. 841. Εὐρύσθεως Πώλοις ἐπεῖχε. Plutarch. in Pyrrho, p. 718. ed. H. Steph. ἄνδρα κατιδὼν Ἰταλὸν ἐπέχοντα τῷ Πύρρῳ. Cf. etiam Arist. Pac. 1121. Thesm. 732. Lysist. 491. Hom. Od. T. 71. Polyb. p. 209. C.—πᾶσα βοή. *Omne genus clamoris*, i. e. cum Penthei gemitus, tum læta Bacchantium vociferatio. Musgr. Recte. Ita Noster El. 760. Οὐκ οἶδα· πᾶν γὰρ μίγνυται μέλος βοῆς. Phœn. 1192. πάντα δ' ἦν ὁμοῦ κακά. Elmsl.

1085. ὁ μὲν στενάζων. Per constructionem Græcis usitatam ponitur absolute pro τοῦ μὲν στενάζοντος. Vide Iphig. in Taur. 916. Heath. Melius exemplum præbet Sophocles Ant. 259. Λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοὶ, Φύλαξ ἐλέγχων φύλακα. Omnium optimum Noster Heracl. 39. ita e MSS. corrigendus: Δυοῖν γερόντοιν δὲ στρατηγεῖται φυγή· Ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖσδε καλχαίνων τέκνοις· Ἡ δ' αὖ τὸ θῆλυ παιδὸς Ἀλκμήνη γένος Ἔσωθε ναοῦ τοῦδ' ὑπηγκαλισμένη Σώζει. Eadem enim mutatione constructionis post participium καλχαίνων sequitur σώζει, quo post στενάζων præteritum ἠλάλαζον. Elmsl.

1087. ἴχνος. *Pedem*. Vide Porsonum ad Hec. 1035. Nostri, *a foot, shoes and all*. Elmsl. Qui, Porsoni in fine versus emendatione, γυμνοῦσι δὲ Πλευρὰ σπαραγμοῖς, probata, quæstionem de omisso apud Tragicos augmento eruditissime tractavit. Hermannus totum locum, conjecturis paulo audacioribus, refinxit.

1090. στυφλοῖς. [*Asperis*.] Ita optime Barnesius ex conjectura. Extat vox Iph. T. 1394. Æsch. Prom. 747. Ed. Ald. τυφλοῖς. Musgr. Adde Soph. Ant. 250. Æsch. Pers. 303. Elmsleius, ipso Barnesio reclamante, dedit, accentu mutato, στύφλοις.

1100. Lego ᾧ δάκρυα. *Cui*, Baccho, *victori velut indicia victoriæ fert lugubres illos adspectus*, caput filii a matre avulsum. Hoc caput est τὰ δάκρυα. Reisk. Pereleganter. Lenius tamen huic loco Elmsleius consuluit, deleto commate, quod erat in fine præcedentis versus. Ita τὸν καλλίνικον adjectivum est ad τὸν ξυνεργάτην ἄγρας appositum. Quamquam nescio an magis poeticum sit, si ἦν scribatur. Herm.

1101. τῆδ', ab Reiskio additum, quum deesset in libris, merito receperunt Matthiæ et Elmsleius. Alii alia, sed parum probabiliter, conjecerunt. Herm.

1110. Aldus πιστὸν Ἀΐδαν. Qui hæc mihi interpretetur, Œdipus erit. Legendum conjicio Βιστονίδων. Notissimæ inter Bacchi famulas Bistonides. Horat. Carm. II. 18. 18. *Tu*

separatis uvidus in jugis Nodo coërces viperino Bistonidum sine fraude crines. TYRWHITTUS. Cujus conjecturam laudo quidem, sed admittendam non censeo. Matthiæ ex conjectura Seidleri πικρὸν ἄϊδαν. Revocavi πιστὸν, neque quidquam melius habeo interpretatione Brodæi, qui verba πιστὸν ἄϊδαν explicat: *certam ac manifestam necis suæ causam.* ELMSL.

1111. Hermannus εὔθυρσον ταῦρον conjungit. Ceteri fere omnes νάρθηκα εὔθυρσον, fere ut κάματον v. 66. Neque longe diversa sunt πόδα τυφλόπουν et similia. ELMSL.

1113. Βάκχαι Καδμεῖαι, κ. τ. λ. Ita Aldus. Ego Scaligeri conjecturam ἐξεπράξατε admisi. Quod ad τὸν καλλίνικον attinet, recte se habere articulum masculinum ostendunt exempla a Musgravio allata. [Herc. F. 177. Pind. Olymp. IX. 3.] Subauditur enim ὕμνον. Quod monent Musgravius ad Med. 45. Brunckius ad Sophoclis Trach. 207. Schæferus ad Bosium p. 509. Quo magis miror Brunckium hic τὸ καλλίνικον dedisse. Nam Musgravium imprudentem τὸ in annotatione scripsisse arbitror. ELMSL. Ad ἐξεπράξατο, si vera est lectio, subaudiendum est Ἀγαυή.

1116. Tam in verbis ἐν αἵματι στάζουσαν quam in ἐν διαστρόφοις ὄσσοις v. 1119. abundare videtur præpositio. ELMSL.

1119. Verba ἐν διαστρόφοις ὄσσοις δέχεσθε conjungenda esse male censet Musgravius, quem tamen sequitur Brunckius. Recte distinxit Matthiæ. ELMSL.

1121. Aldus: τί με δὴ ὀρθεῖς ὦ. Pro nihili vocabulo ὀρθεῖς MSS. Stephani et edd. recentiores ante Brunckium ὀρθοῖς. Ita etiam Seidlerus et Matthiæ. Seidleri verba sunt: *Valet hic* ὀρθοῦν excitare, provocare. *Scholiastes Sophoclis ad Ajacis* v. 787. *et* 788. *ex Euripidis Dictye citat:* τί μ' ἄρτι πημάτων λελησμένην Ὀρθοῖς. Licet utriusque loci non eadem sit ratio, recte in Bacchis repositum videtur ὀρθοῖς. ELMSL.

1123. Verba ἕλικα νεότομον interpretatur Portus *juvencum recens interfectum,* Musgravius *catulum recens interfectum.* Si ad Homericum εἰλίποδας ἕλικας βοῦς alludit Euripides, quo jure quove auctore ἕλικα dixerit omisso βοῦν, nondum mihi compertum est. Nihil adjumenti præbet Æschylus Prom. 1082. aut ipse Euripides Hel. 181. Herc. 396. Neque βοῦν νεότομον recte dictum mihi videtur. Huic enim epitheto melius conveniret πτόρθος, ἔρνος aut ejusmodi aliquid. ELMSL.

1126. Hic septimus versus desideratur. CANTERUS.

1132. Si recte verba μάκαιρ' Ἀγαυή choro tribuuntur, κληζόμεθα Latine reddendum cum Porto *celebramur:* sin minus, *appellamur.* Superioris significationis exemplum præbet Nos-

ter Iph. A. 1497. ἀλλὰ τὰν Διὸς κόραν Κλῄσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν. ELMSL.

1135. εὐτυχεῖς. Interpretor *felices*, ab εὐτυχής, non *felix es*, ab εὐτυχέω. MUSGR. Similis ambiguitatis apud Nostrum Iph. T. 818. ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν τύχα. De qua vide Musei Critici Cant. T. II. p. 296. Εὐτυχεῖς quidem haud dubie verbum est. ELMSL.

1137. Laudo hic Æmil. Portum, qui mavult ἄρτι γένυν divisim legere. Γένυς autem *mentum* et *maxillam* sonat, et κόρυς, quod *galea* communiter sonat, *cæsariem* nunc notat, quod *galeæ* ad instar caput premit tegitque. BARNES. Ita verte: *Juvenilis hic catulus, sub verticem delicate capillatum, genam modo pilosam emittit.* HEATH. Aldus ἀρτιγένυν, quod mendosum esse ostendit accentus. Porti conjecturam a Musgravio admissam confirmat Pal. Locum recte explicare videtur Heathius. Βάλλει pro ἐκβάλλει accipiendum est, γένυν κατάκομον pro γένειον sive πώγωνα, κόρυθα pro κορυφήν. ELMSL. Sensum horum verborum neque expedivit quisquam, neque expediet, opinor, in hac quidem scriptura. Κόρυθα, ornamentum capitis, vix potest dubitari quin pro ipso capite posuerit. Quare pro ὑπὸ scripsi ἄπο, ut per tmesin a verbo disjunctum. Hoc dicit: *vitulus hic, juvenis adhuc genas, comatum molli crine amisit capitis ornamentum.* HERM.

1140. Hic versus, opinor, Choro tribuendus est. TYRWHITTUS. Consentiunt Musgravius in annotatione, Seidlerus et Matthiæ. Vulgo continuatur Agavæ. ELMSL. Legendum φόβη. *Decora est juba, ut leonis subdialis.* In vet. edd. φόβῳ. REISK.

1142. ἀνέπηλεν. *Incitavit.* Ita v. 135. ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων. ELMSL.

1145. Legebatur, τί δ' ἐπαινῶ; Id quum significet, *quid laudem?* idem foret ac *non laudo.* At in omni hoc colloquio cum acerba quadam ironia loquitur chorus, ambiguitatem captans, ut Agave eum probare ista et laudare putet, spectatores autem abominari eum tam crudele facinus intelligant. Quare distinctionem mutavi, ut hoc dicat: *quid vero? laudo scilicet.* HERM. Qui ita distinguit; τί δ'; ἐπαινῶ.

1147. ἐπαινεσέται. Heathius ἐπαινήσεται. Qua forma non utuntur Attici. Futurum ἐπαινέσομαι frequens est apud prosæ orationis scriptores. Tragici vero activam formam plerumque usurpant. Ita Noster Andr. 465. Cycl. 545. Heracl. 300. Sophocles El. 1044. 1057. ELMSL.

1149. Ald. γέγηθα, μεγάλα μεγάλα, φανερὰ καὶ τάδ' ἔργα κατειρ-

γασμένα. Seidlerus, quem sequitur Matthiæ, γέγηθα μεγάλα μεγάλα ϰ φανερὰ, καινὰ δ' ἔργματ' εἰργασμένα, quæ scriptura eo vitio laborat, quod non δὲ, sed τὲ poni debuit. Itaque quum pronomen ἐγὼ, quod ad sensum loci ita commodum est, ut ægre eo careamus, propter prægressum ἔργα excidisse videatur, τἄργ' ἐγὼ κατειργασμένα scripsi. Magis tamen placeret, si libri adjuvarent, γέγηθα μεγάλα μεγάλα τάδε φανερά τ' ἔργ' ἐγὼ κατειργασμένα. HERM.

1155. Ordo est: ὡς ἴδητε τήνδε ἄγραν θηρὸς, ἣν (ἄγραν scilicet) ἠγρεύσαμεν Κάδμου θυγατέρες. ELMSL.

1157. ἀγκυλωτοῖς Θ. στοχάσμασιν. Thessali equitatu et sagittandi peritia cæteris Græcis eminebant. Ἀγκυλωτὰ autem στοχάσματα dicuntur *jacula amentata*, ab ἀγκύλη, *jaculum*. Στοχάσματα proprie *collimationes*, a στοχάζω, *collimo;* sed quia sagittæ collimando emittuntur, hic loci pro iis ponitur. BARNES. Vide Hippol. 219. ibique Scholiasten. MUSGR.

1159. κᾆτα κομπάζειν χρεὼν, κ. τ. λ. Signum interrogandi ex Heathii sententia Elmsleius apposuit, quo mihi, quum hæc ironice dicantur, non videtur opus esse. *Et tum,* inquit, *gloriari oportet, frustraque sibi tela cudi jubere:* quibus scilicet non opus habent, qui satis pollent manibus suis. HERM.

1164. αἰρέσθω. Verti debet *extollat,* non *surgat.* HEATH.

1165. Aldus πλεκτῶν. Sed πλεκτοὶ κλίμακες in nauticis locum habere possent, hic vero minime. Recte igitur Barnesius πηκτῶν, conferens Phœn. 489. Constructio est αἰρέσθω πρὸς οἶκον. MUSGR.

1166. τριγλύφοις. Vide ad Iph. T. 113.

1173. Libri δυσευρέτῳ. Reiskius aut δυσεύρετον legendum, aut vulgatam ita explicandam censebat, *in qua ægre aliquid invenitur.* Portus *difficulter scrutabilem,* Elmsleius *inviam* interpretatur. Mihi frustra laborare videntur in hoc vocabulo. Quare δυσευρέτως scripsi. In hujusmodi vocabulis nihil refert, utrum reperiantur in lexicis, an non. Rem ipsam supra his verbis descripserat v. 1090. Κεῖται δὲ χωρὶς σῶμα, τὸ μὲν ὑπὸ στύφλοις Πέτραις, τὸ δ' ὕλης ἐν βαθυξύλῳ φόβῃ, Οὐ ῥᾴδιον ζήτημα. HERM.

1176. Βακχῶν πάρα, quod recte Elmsleius cum Brunckio ex Musgravii emendatione pro Βακχῶν πέρι recepit, cum verbo βεβὼς conjungendum. Nam qui ad ἤκουσα referri vellet, scribere deberet ἤκουσα γὰρ τὰ θυγατέρων τολμήματα. Quod Matthiæ posuit, ἤκουσα γάρ που, alienum ab hujus loci ratione est. HERM.

1197. φόνον. Malim: φόνου ἐξειργασμένου. Constructio est πένθος φόνου, *luctum cædis.* MUSGR. Cujus conjecturam ad-

misit Brunckius. Matthiæ ut vulgo. Pal. ἐξειργασμένων. Omnino legendum ἐξειργασμένων, quod miror interpretes non vidisse. Genitivus pluralis pendet a nominativo πένθος, quod *facinus luctuosum* significat. Elmsl.

1204. εἴδε παῖς ἐμὸς κ. τ. λ. Mirum quantopere hic locus vexaverit interpretes, quorum quidam satis probabiles conjecturas protulerunt, si opus esset emendatione. In his numero etiam ὅταν pro ὅτ' ἐν. Neque enim solœcum est ὅταν optativo junctum, ut putat Elmsleius, modo ibi, ubi debet, sic construatur. Hoc dicit: *utinam filius meus sic, ut ego, præda onustus rediret, quum venaretur inter Thebanos juvenes: at ille nihil nisi diis reluctari didicit.* Quum dicit ὀριγνῷτο, non ὀριγνᾶται, ipso verbi modo indicat, non esse Pentheum venationis studiosum. Itaque non opus habuit adjicere, *at ille non it venatum.* Herm.

1205. Matthiæ vulgatam interpungendi rationem mutavit, commate post τρόποις amoto. Ego vero non offendor verbis μητρὸς εἰκασθεὶς τρόποις ad εὔθηρος εἴη relatis. Oportet enim φιλόθηρον esse eum, qui εὔθηρος esse cupit. Elmsl.

1206. ἐν Θηβαίοις ἅμα. Pleonasmum similem habet Noster Ion. 716. ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων Πεύκας, λαιψηρὰ πηδᾷ Νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις. Latine *una cum Bacchis.* Sed ἅμα cum θηρῶν ὀριγνῷτο conjungere malo, ut nullus omnino sit pleonasmus. Elmsl.

1207. ὀριγνῷτ'. Conferunt interpretes Hesiodum Scuto v. 189. καί τε συναΐγδην, ὡσεὶ ζωοί περ ἐόντες, Ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτῃς αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο. Supplendum ἀλλήλων. Ab ὀρέγομαι fit ὀριγνῶμαι, quod ἐπιθυμῶ explicant grammatici. Harpocratio: Ὀριγνηθῆναι· ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμῆσαι. Ἀντιφῶν ἐν ἀληθείας πρώτῳ. Plura Hesychius aliique. Apud Euripidem verba θηρῶν ὀριγνῷτο significant θῆρας διώκοι. Elmsl.

1218. τόνδ'. Αἰθέρα scilicet. Compositum ἐξυπειπεῖν sæpius non legitur, si lexicis fides habenda est. Elmsl.

1219. ἔθ' αὐτός; Scil. ἔστιν αἰθήρ;

1220. διιπετέστερος. Id est, διαυγέστερος, ut exponit auctor Etymol. M. qui hunc versum citat p. 275, 14. Noster Rhesi 43. διιπετῆ δὲ νεῶν πυρσοῖσι σταθμά. Brunck.

1227. Sensus est: ἔδωκάς με Ἐχίονι, ὃν σπαρτὸν εἶναι λέγουσι. Recte Portus: *Elocasti me Echioni nato (ut aiunt) ex satis dentibus.* Elmsl.

1232. Pal. σκέψαι νῦν ὀρθῶς. Eleganter Elmsleius νιν conjicit. Non videtur tamen necessarium esse. Multis hæc amplificavit Nonnus XLVI. 245. seqq. Herm.

1233. Est sane, quod quis dubitet de medio φέρομαι, ubi nemo non activum exspectet. Unde Elmsleius φέρομεν scribendum suspicatur. Id non dubitarem recipere, nisi pluralis a tanto animi motu, præsertim in interrogatione, alienus videretur. Quare sic intelligendam puto librorum scripturam: *quid hoc mihi in manibus reporto?* Operæ pretium faceret, qui quæreret, quibus conditionibus verbum plurale pro singulari a Græcis usurpatum sit: quæ materia nondum exhausta est. HERM.

1236. Vulgo legitur, contra sermonis Attici usum, προσεοικέναι. Mœris: εἰκὼς, Ἀττικῶς. ἐοικὼς, Ἑλληνικῶς. BRUNCK. Aristophanes Eccl. 1154. μηδὲ ταῖς κακαῖς ἑταίραις τὸν τρόπον προσεικέναι. ELMSL. Cf. etiam Maltbeium in Lex. Morell. sub v. προσείκω.

1238. οἰμωγμένον. Musgravius conjicit ᾑμαγμένον, *cruentatum;* probante Hermanno. Certe vulgata scriptura intellectu difficilis est.

1240. Scripsisset fortasse Euripides, si per metrum licuisset, ὡς οὐκ ἐν καιρῷ πάρει. Sed οὐ καιρῷ pro una voce accipiendum esse monent grammatici. Præter alios videantur interpretes ad Hipp. 195. Ubi οὐκ ἀπόδειξιν fere ἄγνοιαν significat. ELMSL.

1241. Sensus est: ὡς ὁ μελλησμὸς παρέχει τῇ καρδίᾳ πήδημα. BRUNCK. Hic et Matthiæ καρδίᾳ. Revocavi καρδία, quod frustra sollicitarunt viri docti. Quum καρδία πήδημ' ἔχει significet δέδοικα, non præter morem suum fecit Euripides, quod accusativum τὸ μέλλον addidit. Potest etiam τὸ μέλλον reddi *quod attinet ad futurum.* De qua constructione videndus Matthiæ Gramm. Gr. §. 426. Sed alteram rationem magis probo. ELMSL.

1242. Ald. καὶ κασιγνήτη σέθεν. Legendum vel κασιγνήτα, quod et Barnesio in mentem venit, vel κασίγνηται. MUSGR. Rectius κασίγνηται quam κασιγνήτα. Cf. vv. 931. 1045. 1096. 1277. 1305. 1325. 1334. ELMSL.

1244. διέλαχον. *Dispertiti sunt:* ut recte intelligit Barnesius. MUSGR. Diverso sensu Phœn. 68. θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε. ELMSL.

1247. κατήραμεν. Ἀπαίρω ἔκ τινος τόπου, καταίρω εἴς τινα τόπον· ναυτικαὶ λέξεις. BARNES. Alterum sæpius apud Euripidem legitur, alterum semel tantum. ELMSL.

1249. ἄρτι μανθάνω. Euripides Alc. 955. Ἐγὼ δ', ὃν οὐ χρῆν ζῆν, παρεὶς τὸ μόρσιμον, Λυπρὸν διάξω βίοτον, ἄρτι μανθάνω. Aristophanes Lys. 1006. Τουτὶ τὸ πρᾶγμα πανταχόθεν ξυνομώμοται

Ὑπὸ τῶν γυναικῶν, ἄρτι νυνὶ μανθάνω. Eodem fere sensu Noster Hipp. 1393. Τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ᾔσθημαι, μία. Elmsl.

1250. Ald. ὕβριν ὑβρισθείς. Additum γ' ab Heathio, quem Matthiæ atque Elmsleius sequuti sunt. Nec dissentio ab his, sed tamen non prætereundum puto, etiam si quis ὑμῖν ὑβρισθεὶς scribendum conjiciat, recte se habituram esse loci sententiam. Herm. Vide supra ad v. 228. et ad Suppl. 495.

1253. Aldus συγκεκλειμένον. Barnesius et Matthiæ συγκεκλεισμένον. Rectius Pal. a prima manu συγκεκλημένον. Noster Hel. 977. ὅρκοις κεκλήμεθ', ὡς μάθῃς, ὦ παρθένε. Vide ad Sophoclis Œd. T. 1388. Elmsl. Recte Matthiæ inter hunc et sequentem versum lacunæ signa posuit, siquidem apertissimum est, hic aliquid excidisse. Nam et respondere Cadmus debuit ad id, quod interrogaverat Agave, et male interpellatæ æquales personarum vices lacunam produnt. Herm.

1259. ἔρνος κατθανόντα. Ut τέκνον φίλε apud Homerum. Æschylus Cho. 839. οἲ 'γώ, τέθνηκας, φίλτατ' Αἰγίσθου βία. Euripides Tro. 744. Ὦ φίλτατ', ὦ περισσὰ τιμηθεὶς τέκνον. Plura Matthiæ Gramm. Gr. §. 434. 1. Elmsl.

1261. ᾧ δῶμ' ἀνέβλεπεν. Ex dativo ᾧ faciendus est nobis accus. ὅν, quam constructionem potius admittit verbum ἀναβλέπειν. Stephanus. Accusativum admisit Brunckius, cujus hæc sunt verba: βλέπειν, σκοπεῖν *et composita quartum casum regunt, sive absolutum, sive præpositioni junctum* εἰς *aut* πρός. Exempla attulit uterque, sed nihil ad rem suam facientia. Dativum regit ἀναβλέπειν apud Euripidem Suppl. 319. Ὁρᾷς, ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη, Τοῖς κερτομοῦσι γοργὸν ὡς ἀναβλέπει Σὴ πατρίς; Sensus quidem diversus est, sed eadem, ni fallor, constructio, nempe τοῖς κερτομοῦσι pro εἰς τοὺς κερτομοῦντας. Elmsl. συνεῖχες. *Sustentabas.* Heath. Cf. supra v. 371.

1265. Pro δίκην δοῦναι, novum loquendi genus δίκην λαβεῖν. esse videtur. In prosa oratione hæc plerumque contraria sunt, ut πληγὰς δοῦναι et πληγὰς λαβεῖν. Demosthenes Midiana p. 605. B. ὑμεῖς μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάντες εἰς τοσοῦτον ἀφῖχθε φιλανθρωπίας τε καὶ εὐσεβείας, ὥστε καὶ τῶν πρότερον γεγενημένων ἀδικημάτων τὸ λαμβάνειν δίκην ἐπέσχετε ταύτας τὰς ἡμέρας. Μειδίας δ' ἐν αὐταῖς ταύταις ταῖς ἡμέραις ἄξια τοῦ δοῦναι τὴν ἐσχάτην δίκην ποιῶν δειχθήσεται. Idem ibid. p. 603. C. καὶ δίκην ἅμα βουλόμενοι λαβεῖν, ὧν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐτεθέαντο θρασὺν ὄντα καὶ βδελυρὸν, καὶ οὐδὲ καθεκτὸν ἔτι. Ibid. p. 606. D. οἱ δ' ἐπιχειρήσαντες δίκην λαμβάνειν, οὐκ ἠδυνήθησαν. Ita passim. Noster non solum δίκην ἐλάμβανεν pro δίκην ἐδίδου dixit, verum etiam paullo post v. 1280. δίκην ἔχει pro δίκην δέδωκε. Elmsl. Qui recte

dicit, non esse ἐλάμβαν' ἂν corrigendum. Sed quod putat, ἐλάμβανεν dici pro ἔμελλε λήψεσθαι, eatenus verum est, ut sensus eodem redeat: proprie vero formula illa rhetorica est, sumens fieri, vel factum esse, quod certa conditione futurum esse dicendum erat. HERM.

1266. ἐκβεβλήσομαι. Paulopostfuturum. Simplex occurrit Or. 261. Scribere potuisset Poëta ἐκβληθήσεται et βληθήσεται. Sed paulopostfuturo libentius usi sunt Attici poëtæ. Vide ad Æsch. Prom. 846. BRUNCK.

1279. ἡγείσθω θεούς. Vide ad Hec. 783.

1280. Assentior vetustis codicibus non σὸς, sed σῆς legere nos volentibus: ut sit σῆς παιδὸς παῖς. Sic v. 1262. παιδὸς ἐξ ἐμῆς γεγώς. STEPHANUS. Scaliger et edd. recentiores pleræque σῆς. Matthiæ revocavit σὸς, quod confirmare videtur Noster Andr. 575. Οὑμὸς δέ γ' αὐτὴν ἔλαβε παῖς παιδὸς γέρας. Jam monui ad v. 162. idem apud tragicos significare παῖς παιδὸς, quod in prosa oratione υἱδοῦς et θυγατριδοῦς. Noster Andr. 1050. Οὐκ ἔστι σοι παῖς παιδὸς, ὡς μάθῃς, γέρον. Ibid. 1060. πῶς οἴχεταί μοι παῖς μόνου παιδὸς μόνος. Heracl. 654. Ἥκοντα παῖδα παιδὸς ἀγγέλλει σέθεν. Ibid. 708. Παιδὸς μελήσει παισὶ τοῖς λελειμμένοις. Herodotus II. 134. ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐφάνη, Ἰάδμονος δὲ παιδὸς παῖς, ἄλλος Ἰάδμων, ἀνείλετο. Hæc attuli, ut ostenderem παῖς παιδὸς fere pro uno vocabulo accipiendum esse. Nihil mirum igitur, si σὸς παῖς παιδὸς pro σῆς παιδὸς παῖς dixit poëta. ELMSL.

1282. ὦ πάτερ, κ. τ. λ. Post hunc versum, qui Agavæ omnino tribuendus est, reliqua ejus sermonis interciderunt. Unum tantum senarium, ut videtur, conservavit Scholiastes Comici ad Plutum 901. Εἰ μὴ γὰρ ἴδιον ἔλαβον εἰς χεῖρας μύσος. Hæc enim, quæ ex Bacchis Euripidis citantur, in superstitibus nusquam apparent, et ad hunc locum verisimiliter referenda sunt. Deest autem etiam pars prior eorum quæ Bacchus hic, ἀπὸ μηχανῆς interveniens, avo et materteræ mœrentibus vaticinatur. Illa certe ἐκθηριωθεῖσ' ὄφεος κ. τ. λ. plane abrupta sunt, et præcedentia quædam desiderant. TYRWHITTUS.

1283. δράκων γενήσει κ. τ. λ. Hunc versum primus admisit Matthiæ ex scholiaste inedito ad Dionysii Periegeseos v. 391. apud Bredowium Epist. Paris. p. 45. ELMSL.

1284. Malim τύπου. Præcessit, credo, in iis, quæ deperdita sunt, *speciem humanam*, vel aliquid ejusmodi. MUSGR. Qui non meminerat se legere v. 4. μορφὴν δ' ἀμείψας ἐκ θεοῦ βροτησίαν. Si recte dicitur μορφὴν ἀμείψας βροτησίαν, quidni dicatur

ὄφεος ἀλλάξει τύπον? Ita quoque accipio v. 53. ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω. ELMSL. De hac mutatione Cadmi et Harmoniae vide Apollod. Bibl. III. 5. 4. Ovid. Metam. IV. Fab. 15. Nonni Dionys. XLIV. Nat. Com. Mythol. IX. 14. BARNES.

1285. Verba ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν nominativi loco accipienda esse nemo ignorat. Sensus est: Ἁρμονία Ἄρεος, ἣν ἔσχες. Eodem modo relativum antecedenti praeponit Noster Or. 1177. Οἶδ', ἣν ἔθρεψεν Ἑρμιόνην μήτηρ ἐμή. ELMSL.

1286. ὄχον δὲ μόσχων. MSS. Steph. ὄχλον δὲ μόχθων, quod Barnesius, licet durum plane et absonum, calculo suo comprobat. Reiskius de Moschis cogitat, barbara gente; de qua Herod. III. 94. VII. 78. Strabo, p. 498, 9. ed. Par. ubi discimus, eos regiones Pharidi circumjacentes, longissimeque adeo ab Illyria dissitas, incoluisse. Nihil opus mutatione. Quid enim prohibet, Cadmum et Harmoniam curru bobus juncto, ex populari saltem sententia, tractos esse? Talem certe Lunæ ubique tribuit Nonnus. Nec aliter vehebatur Cleobis et Bitonis mater: Herodot. I. 31. Ipsum porro Cadmum, cum in Illyriam fugeret, boum jugo vectum esse, fama antiqua erat. Etymologus: Βουθόη· πόλις Ἰλλυρίας. εἴρηται ὅτι Κάδμος, ἐπὶ βοῶν ζεύγους ἐκ Θηβῶν ταχέως εἰς Ἰλλυρικοὺς παραγενόμενος, ἔκτισε πόλιν. MUSGR.

1288. πολλὰς δὲ πέρσεις κ. τ. λ. Meminit hujus expeditionis Appianus in Illyricis, sed confuse, quantum memini, et sine ulla temporis nota. Præter illum solus ex Historicis Herodotus tam insignis rei memoriam conservavit. Mardonius apud hunc Lib. IX. 42. cum legatis deliberans, ἔστι, inquit, λογίον, ὡς χρεόν ἐστι Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὴν Ἑλλάδα, διαρπάσαι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, μετὰ δὲ τὴν διαρπαγὴν ἀπολέσθαι πάντας. Ad finem orationis observatio est Herodoti: τοῦτον δ' ἔγωγε τὸν χρησμὸν, τὸν Μαρδόνιος εἶπε ἐς Πέρσας ἔχειν, ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸν Ἐγχελέων στρατὸν οἶδα πεποιημένον, ἀλλ' οὐκ ἐς Πέρσας. Mirum est, Pausaniam in Phocicis ne verbo quidem hanc calamitatem commemorasse. MUSGR.

1292. μακάρων τ' ἐς αἶαν κ. τ. λ. De Cadmo campum Elysium ingrediente vide Schol. Pind. in Pyth. III. 153. MUSGR.

1296. Lego ηὐδαιμονεῖτ' ἄν, *fuissetis felices*, non εὐδαιμονοῖτ' ἄν, *felices esse potestis*. MUSGR. Vulgatam revocavit Matthiæ, quem vide Gramm. Gr. §. 524. 2. Sensus neque *fuissetis felices* est, neque *felices esse potestis*, sed *essetis felices*. Eadem constructione utitur Noster. Suppl. 766. Φαίης ἄν, εἰ παρῆσθ', ὅτ' ἠγάπα νεκρούς. ELMSL.

1297. 1299. 1301. Hi tres versus vulgo tribuuntur Cadmo. Melius conveniunt Agavæ. Non enim æquum est, ut Cadmus, in quem nulla impietatis suspicio cadit, culpam hoc modo agnoscat, veniamque precetur. ELMSL.

1298. Legendum puto εἴδετε; quanquam enim Attice dicatur ᾔδεσαν, non inde tamen, opinor, colligi potest dici etiam ᾔδετε. HEATH. Vulgatam revocavit Matthiæ. Vide ad Sophoclis Œd. T. 1232. ubi contra omnes libros reposui ᾔδεμεν pro ᾔδειμεν. ELMSL.

1306. Post v. superiorem plene distinguunt edd. nonnullæ. Brunckius vero et Matthiæ post τλήμων. Male omnes. Sententia ἀνακόλουθος est. Debebat enim aut ὡς εἰς δεινὸν ἤλθετε κακὸν dici, aut ἐγὼ δ' ὁ τλήμων, ὃς βαρβάρους ἀφίξομαι. Utrumvis horum omnia plana fecisset. In ea scriptura quam habemus, posteriora prioribus non respondent. Nulla tamen mendi suspicio. ELMSL. Qui punctum post τλήμων delerit.

1307. Libri, ἔτι δέ μοι τὸ θέσφατον εἰς Ἑλλάδ' ἀγαγεῖν μιγάδα βάρβαρον στρατὸν, cum plena interpunctione in fine. Miror, non animadvertisse criticos, et solœcismo hæc laborare, et tautologiam parere, quum idem mox v. 1311. seq. dicatur. Aut dicendum erat sine articulo ἔτι δέ μοι θέσφατον, scilicet ἐστὶν, aut ἔτι δέ μοι τὸ θέσφατον εἶπε, prouti θέσφατον aut dictionem oraculi, aut oraculum ipsum, quod edidisset eam dictionem, significare scriptor vellet. Verum etiam remoto orationis vitio, tamen tautologia maneret. His incommodis unius litteræ mutatione, et interpunctione corrigenda medendum duxi. Cohærent omnia hoc modo: *ipseque miser barbaros visam, senex exsul: et qualecumque hoc mihi datum est oraculum, adducturum me esse in Græciam mixtas barbarorum catervas, etiam Martis filiam Harmoniam uxorem meam, draco in draconis formidabile corpus transformatam, ad aras et sepulcra Græca adducam, monstrans viam hosti.* HERM. Qui legit ὅ τι δέ μοι τὸ θέσφατον, commate tantum post στρατὸν posito.

1313. καταιβάτην. *Infernum.* Hæc nihil ad καταιβάτην Jovem. BROD. *Qui descensum præbet,* idem quod καταβιβάζων. HEATH.

1317. ὄρνις ὅπως κ. τ. λ. Pietatem avium celebrat Sophocles Electr. 1058. cujus laudis partem non infimam tulisse videntur cygni, siquidem Euripides Electr. 151. lamenta commemorat, quibus parentem laqueis captum lugent. Non est igitur, quod dubitemus, de cygnis agere poëtam. Verum quid hic facit vox κηφῆνα? Nempe idem quod Troad. 196. ubi *senem*

effœtum et decrepitum significat. Nihil igitur muto nisi πολιόχρως, pro quo malim πολιόχρων. Ὄρνις κύκνος idem pleonasmus est, quem multis exemplis illustravimus ad v. 979. Quibus adde Helen. 19. Πολιόχρων, ut λιπαρόχρων, Theocrit. Idyll. II. 102. MUSGR. Ὄρνιθ' ὅπως κηφῆνα omnino flagitat metrum: nam in ὄρνις ultima corripitur. Πολιόχρως κύκνος est *candidus cycnus*, et κηφῆνα ὄρνιθα notat *senio confectam avem*, *effœtum parentem*. BRUNCK. Vulgatam revocavit Matthiæ. Nemo ignorat ὄρνις secundam apud tragicos communem habere. Non opus igitur ut metri causa reponatur ὄρνιθα. Si vero sententiæ convenientior videtur accusativus, nescio an potius scribendum ὄρνιν. Κηφῆνα recte explicare videntur Musgravius et Brunckius. Πολιόχρως nihil nisi λευκὸς hic significat, neque ad senectutem alludit. Nominativus igitur recte se habet. De pietate cycnorum erga parentes rara sunt veterum testimonia, neque plura quam attulit Musgravius, afferre possum. De ciconiis præter alios auctorem habemus Aristophanem Av. 1355. ELMSL.

1323. τὸν Ἀρισταίου. Subaudio οἶκον. Aristæus Cadmi fuit gener, regnavitque in Arcadia. BROD. Legendum χθόν' Ἀρισταίου, i. e. *Thessaliam*, ubi eum oves Musarum pavisse testatur Apollon. Rhod. II. 514. MUSGR. Cujus conjecturam a Brunckio admissam repudiavit Matthiæ. Vera videtur Brodæi interpretatio, quam tamen exemplis confirmatam vellem. Nihil de hac ellipsi dixerunt scriptores ad Bosium, satis superque de vulgari εἰς παιδοτρίβου. ELMSL.

1324. στέρομαί σε. Pro στέρομαί σου. Vide supra ad v. 1315. BARNES. Sic Xenophon Cyropæd. Lib. VI. sub initio: ὅσοι τε ἵππους ἀπεστέρηνται. MUSGR. Non eget exemplis hæc constructio. Sed optime Burgesius στένομέν σε, nisi quod nulla causa erat, quin potius daret στένομαί σε. Æschylus Theb. 870. Κλαίω, στένομαι, καὶ δόλος οὐδεὶς Μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν. Compositum μεταστένομαι usurpavit Noster Med. 984. ELMSL. Quem sequutus est Hermannus.

1329. Hunc et sequentem versum Baccho tribuunt libri, καὶ γὰρ ἔπασχον habentes. Permirum vero, non vidisse criticos, nihil fingi ab Euripide frigidius potuisse atque ineptius, quam Bacchum ista hic dicentem, quæ per omnem fabulam factis satis declaraverat. Baccho hoc plane indecorum foret. Is defunctus erat partibus suis illa oratione, qua futura prædixerat, qua finita reliquerat scenam. Quare non potest dubitari, quin hæc Cadmi verba sint, scribique debeat ἔπασχεν. Idque confirmat etiam personarum æqualis distributio. HERM.

1333. εἰς τόδ'. Scil. *ut valeas.*

1339. Non video quomodo retineri possit nominativus θύρσος, ac omnino in genit. θύρσου mutandum censeo, ut sit sensus: *neque alio usquam, ubi ullum sit thyrsi mnemosynum.* STEPHANUS. Mihi longe præstantior videtur vulgata lectio. Non enim optat Agave, ut nullum postea locum videat ubi thyrsi exstat memoria, sed ut ipsum potius thyrsum nunquam deinceps videat, qui scilicet memoriam malorum præteritorum refricare possit. HEATH. Sed recte Stephanus.

1340. Oraculum apud Herodotum VI. 19. νηοῦ δ' ἡμετέρου Διδύμοις ἄλλοισι μελήσει. Plurale μέλοιεν nominativos habet Κιθαιρὼν et θύρσος, Bacchicorum scilicet orgiorum locus et instrumentum. ELMSL.

1341. Qui factum sit, ut Euripides quinque fabulas iisdem versibus finierit, non memini me a quoquam interpretum indicatum legisse. Scilicet, ut fit in theatris, ubi actorum partes ad finem deductæ essent, tantus erat surgentium atque abeuntium strepitus, ut quæ chorus in exitu fabulæ recitare solebat, vix exaudiri possent. Eo factum, ut illis chori versibus parum curæ impenderetur. HERM.

FINIS NOTARUM IN BACCHAS.

NOTÆ

IN

CYCLOPEM.

NOTÆ IN CYCLOPEM.

Vers. 1. Ὦ Βρόμιε, διὰ σὲ κ. τ. λ. Quod hæc Fabula recte Euripidi tribuitur, vide Isaaci Casauboni de Satyrica Poësi; I. 6. Et recte Joh. Brodæus notavit, Tragœdiam hanc prope accedere ad Veterem Satyram, et ex Hom. Odyss. IX. ab Euripide depromtam. Silenus dicitur Bacchum educasse; de hac autem Bacchi insania a Junone noverca illi immissa vide Apollodor. Biblioth. III. 5. 1. item Nat. Com. Mythol. V. 13. item Nonni Dionys. XXXI. Barnes.

5. ἔπειτα δ' ἀμφὶ γηγενῆ κ. τ. λ. Quanquam hic risus causa Silenus introducitur glorians de virtute sua in bello Giganteo, hoc tamen illi omnino concedendum, quod in ea pugna suo quidem Domino, Baccho, nequaquam defuerit, quin illius Asinus, quem quoquomodo equitabat, adeo horrificum ruditum ediderit, ut Gigantes, rei novitate attoniti, in fugam fuerint versi: sed quod Enceladum ipse per se prostraverit, id nemo credet, nisi cui omnes omnino poëticæ fabulæ veritatis loco habentur. Barnes.

7. ἰτέαν. Hoc in loco ἰτέα pro *clypeo* ponitur, ut Troad. 1185. Aliquando pro *hasta* occurrit, et frequentius hoc quidem. Barnes.

11. ἐπεὶ γὰρ Ἥρα κ. τ. λ. De hisce piratis Tyrrhenis, quos a Junone in Bacchum excitatos ait Euripid. vide inprimis Homeri Hymnum, Διόνυσος, ἢ Λῃσταὶ, dictum; Ovid. Metam. III. 8. 9. Philostrati Icon. I. in voce Τυῤῥηνοί. Apollod. Biblioth. III. 3. Nonni Dionys. XLV. p. 767. Natal. Com. Mytholog. V. 13. Barnes.

12. Hesych. ὁδηθείης· ληφθείης, πραθείης. Ergo est *vænires*, ut Heath. vertit. Beck.

15. Equidem λαβὼν ad ἀμφῆρες referrendum esse, *navigium* significans, quod *utrinque remis impellitur*, arbitror, et vulgatam lectionem satis probam amplectens ita interpretor verba: *Ipse in extrema puppi* gubernaculum *tenens navem regebam.* Goes. ἀμφῆρες. Apposite Hesychius: ἀμφήρεις νῆες· ἀμφοτέρω-

θεν ὁρμώμεναι, ἢ ἐρεσσόμεναι. MUSGR. Participium λαβὼν pleonastice adhiberi videtur, ut in Phœn. 478. De voce δόρυ *navem* significante vide ad Orest. 677.

18. Μαλέας. *Malea* est Laconiæ promontorium; scribitur et Græce Μάλεια, et Latine penultimam ancipitem habet, ut Virgil. Æn. V. 193. *Ionioque Mari, Maleæque sequacibus undis.* At Ovid. Amor. II. 6. *Ne timeam vestros, curva Malea, sinus.* Dicitur hodie *Asini Maxilla, Græce,* ut Tzetzes in Lycophr. Ὄνου καταμάγουλον, τουτέστι γαμφηλή. BARNES.

21. μόνωπες. Hesiod. Theogon. 143. Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐπέκειτο μετώπῳ, Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον· οὕνεκ' ἄρα σφέων Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἐεὶς ἐνέκειτο μετώπῳ. BARNES.

29. πίστρα. Non *pocula*, sed *alveos*, unde pecora bibebant. *Ilignos canales* vocat Virgil. Georg. III. 330. Vide v. 47. De vocis analogia vide Hesych. v. πιστήρια. Suidas: πίστρα· ἢ πότιστρα. MUSGR.

33. Vulgo ἁρπαγῇ. Johannes Miltonus addit ad marginem, vel ἁρπάγῃ, recte, ut puto; ἁρπαγὴ enim *actionem* notat, ἁρπάγη *instrumentum*. Q. Septim. Florens per *Hirpicem* explicat; Anglice, *a paring shovel*. BARNES.

37. Σικιννὶς, unde Σικιννίδων, genus saltationis est, Satyris proprium; de quo videndi Athenæus, p. 630. et Hes. in voce. MUSGR.

39. Pro κῶμοι legendum est κώμῳ, *quum vos in orbe saltatorio Bacchi sodales eratis;* siquidem Bacchus κωμάζειν πρὸς Ἀλθαίαν dicitur, quo eum Satyri comitabantur. GOES. κῶμος Græcis valet *festiva nocturno tempore comessatio ad Amasiæ præcipue domum:* Athenæus, p. 585. ἐπὶ δὲ τὴν θυγατέρα τῆς Γναθαίνης πτωχῶν ἐραστῶν κωμαζόντων, καὶ ἀπειλούντων κατασκάψειν τὴν οἰκίαν, ἐννοχέναι γὰρ δικέλλας. Confer Aristoph. Plut. 1041.—Ἀλθαίας δόμους. Dejaniram ex Bacchi cum Althæa consuetudine natam auctor est Apollodorus I. 8. §. 1. citatus hic Barnesio. Tetigit quoque Nonnus historiam hanc, sed leviter, Lib. ult. v. 555. MUSGR. κώμῳ Porsonus etiam legit in Advers. p. 268.

40. προσῆτε. Pro προσήειτε, plusq. perfect. med. ab εἶμι, *eo*. BARNES. σαυλούμενοι. Hesychius: σαυλοῦσθαι· τρυφᾷν, θρύπτεσθαι, ἐναβρύνεσθαι. MUSGR.

42. ἐκ τοκάδων. Subauditur hic φῦσα, βλαστοῦσα, quam quidem ellipsin non admodum raram fuisse, ostendemus ad Ion. 116. MUSGR.

43. σκοπέλους. Pro εἰς σκοπέλους accipit Reisk. BECK.

47. πίστραις. *Alveis*. Vide ad v. 29. MUSGR.

48. οὔ σοι. Repetendum a superioribus τῇδε. i. e. οὐ τῇδέ σοι βλαχαὶ τεκέων; Nisi malis cum aspero οὗ, *ubi*: πέλας ἄντρων, οὗ σοι βλαχαὶ τεκέων. Sic sane Casaubonus. Musgr.

49. ψύττ'. Theocritus Idyll. IV. 44. σίτθ' ὁ λέπαργος. ubi Scholiastes: σίτθ'· ἐπίφθεγμα βουκολικόν· ὁμοίως καὶ τὸ ψίττα. Hesychius: ψιττάζων· ψιττὰ ἐπιφθεγγόμενος, ὅπερ ἐστὶ ποιμενικὸν ἐπίφθεγμα. Musgr. Heath. non interrogative, sed imperative accipit et scribit ψύττ', v. 49. ut respondeat antithetico. Totum locum inde a v. 44. vertit ita: *Non istac in parte est aura ventis leviter agitata, et herbosum gramen et vorticosa aqua fluminum, in alveis hæc continetur prope antra, ubi tibi sunt balatus agnorum. Heus tu, non hæc, non hæc depascas, nec equidem clivum roscidum.* Beck. Melior tamen vulgata ratio.

53. στασίωρον. Si vera est lectio, de Sileno intelligi debet, qui Cyclopis antrum vel stabulum custodiens, inde στασίωρος i. e. στασέως φύλαξ, dici poterat, eadem analogia, qua πυλωρὸς, κηπωρὸς, ἀρκυωρὸς, τεμενωρὸς dicitur *januæ, horti, retium venaticorum, luci custos.* Musgr. Hopfnero vox significare videtur *locum, ubi quis commoratur.*

54. ἀγροβότα. Emendat Barnesius ἀγροβῶτα, quod nihilo melius vulgata. Scaligero placebat αἰγοβότα, sed adversatur epithetum præcedens μηλοβότα. Mihi verum videtur ἀγροιῶτα, *feri, agrestis.* Hesychius: ἀγροιῶται· ἄγροικοι. Sed neque spreverim ἀγροβάτα. Sic ποιμὴν ἀγροβάτης in MSS. Sophoclis legisse videtur H. Steph. Philoctet. 216. Musgr.

56. Conjungi debent σπορὰς et ἀρνῶν.—σποραὶ ἀρνῶν *ipsi agni* sunt, ut notavit etiam Reiskius. Sic βοσκήματα μόσχων, Bacch. 633. Porcius Licinius apud A. Gell. XIX. 9. *teneræque propaginis agnum.* Musgr.

57. θαλάμοις. Emendat Barnesius θαλάμαις, conferens Phœniss. 931. Bacch. 524. Musgr.

60. Omnium criticorum conjecturas, quas æque diligenter collegit atque accurate examinavit cl. Hopfnerus, denuo recensere et piget et supervacaneum arbitror. Omitto quoque, quam modo Cyclopis laudatus editor protulit interpretationem, qui ἀμφιβάλλειν esse idem, quod χωρὶς βαίνειν invita Minerva censet, nec non quam equidem olim conjecturam βαθ' ἀμφίθαλεις dedi, cum verum viderit censor edit. Hopfner. in actis litterariis universalibus, quæ Jenæ innotescunt, doctissimus, ἀμφιβάλλειν h. l. significare i. q. ἀμφισβητεῖν, et vertendum esse *dubitare* arbitratus. Goes.

67. χλωραὶ σταγόνες. Soph. Trach. 1072. χλωρὸν αἷμα habet.

Noster Med. 911. χλωρὰ δάκρυα. Hinc Hesychius, non male fortasse, χλωρὸν per ὑγρὸν interpretatur. MUSGR.

68. οὐ Νύσσα μετὰ Νυμφᾶν. Sensus : *Hæc vitæ conditio, cui servimus, nequaquam priori similis est, qua Bacchi auspiciis fruebamur. Non est hic Bacchus, nec illius mysteria, nec deliciæ ejus, neque locus ei gratus, ut erat mons Nysa, ubi cum Bacchis et Nymphis, Bacchi nutricibus, choreas agere solebamus.* BARNES.

69. Ἴακχον ᾠδάν. *Lætum triumphale carmen.* Sic Æschyl. παιᾶν' ἐπεξιακχάσας, Theb. 641. Potest et ᾠδὰν glossema esse, cum omnes grammatici doceant, ἴακχον carminis quoddam genus significare. MUSGR.

72. λευκόποσιν. Vide ad Bacch. 621. MUSGR.

77. θητεύω. Vide ad Alcest. 2.

80. τράγου χλαίνᾳ. Rusticorum hoc gestamen fuisse monet Barnesius ex Hom. Odyss. X. 530. Theocrit. Idyll. V. Hinc Satyris hisce, utpote pastorum munere fungentibus, dominoque insuper inhumano servientibus, idem vestimenti genus tribuitur : cum alioqui hinnulorum cervorum aut pantherarum pelles induti in scenam prodire solerent; testante Polluce, IV. 118. Plura vide apud Dionys. Halicarn. p. 459. Tom. I. Ed. Hudson. MUSGR.

85. ναὸς σκάφος. Cf. Rhes. 389.

86. κώπης ἄνακτας. Aristoteles Rhetoricorum, III. τὸ, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησίν· Κώπας ἀνάσσειν, κἀποβὰς εἰς Μυσίαν— ἀπρεπὲς, ὅτι μεῖζον τὸ, ἀνάσσειν, ἢ κατ' ἀξίαν. Conferri potest ψευδῶν ἄνακτες, Andromach. 448. ἐπίσκοπον ὀϊστῶν, Theocrit. Idyll. XXIV. 105. denique vox χειρώναξ apud Hesychium. Æschyli Pers. 378. κώπης ἄναξ. MUSGR.

95. πόθεν πάρεισι κ. τ. λ. Vide ad Bacch. 5.

98. ὀδῆσαι. Vide infra ad v. 267.

99. ἔοιγμεν. Ita recte Aldi editio pro ἐοίκαμεν. Fit autem per syncopen, et est 1. Plural. Med. Attice. BARNES.

103. Ἴθακος Ὀδυσσεὺς, γῆς Κεφαλλήνων ἄναξ. Ita Homerus Iliad. B. 631. Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφάλληνας μεγαθύμους, Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον, κ. τ. λ. BARNES.

104. κρόταλον. Aristoph. Nub. 259. λέγειν γενήσῃ τρίμμα, κρόταλον, παιπάλη. Ubi Scholiastes: κρόταλον· κυρίως ὁ σχιζόμενος κάλαμος, ὁ κατασκευαζόμενος ἐπίτηδες, ὥστε ἠχεῖν, εἴ τις αὐτὸν δονοίη ταῖς χερσὶ, καθάπερ κρότον ἀποτελῶν. Hinc facete κρόταλον audit Ulysses, ut homo hominum loquacissimus. MUSGR. De Ulyssis a Sisypho deducta origine vide ad Iph. A. 514.

108. ᾔδεισθα. Pro ᾔδεις *paragogice*: sic οἶσθα pro οἴδασθα, quod pro οἶδας. Barnes.

119. δεδήμευται κράτος; *An vero suprema potestas populo conceditur*, vel *penes populum est?* Musgr.

120. νομάδες. Subaudi εἰσίν. Dicitur autem ἀπὸ τῆς νομῆς, a pastoricia vita. Tales fuere Scythæ et Nomades, postea Numidæ dicti in Africa; tales et Tartari hodie. Barnes.

121. Notanda trajectio, qualis tamen, ut observat Henr. Stephanus, Sophocli familiarior est, quam Euripidi: dictum est enim pro σπείρουσι δὲ Δήμητρος στάχυν, ἢ τῷ ζῶσι. Notandum quoque est, τῷ pro τίνι poni, et interrogativum esse. Barnes.

124. Scite ἄχαριν. Ebriosi enim semper habentur Satyri. Brod.

128. οὐδεὶς μολὼν δεῦρ'. Subaudi ἐστί. Barnes.

131. δράσεις. Legendum cum Cantero δράσον. Vide Hecub. 222. Heraclid. 451. Muret. Var. Lect. III. 12. Musgr.

132. δρώημεν. Græcum hoc esse negat R. Dawes. Miscell. Crit. p. 247. legitque adeo ξυνδρῷμεν. Sed vulgatam stabilit, quoad analogiam et syntaxin, Helen. 1300. Musgr.

136. τυρὸς ὀπίας. Athenæus; XIV. 22. Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι ὀπίαν καλεῖ τυρὸν τὸν δριμὺν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ. De caseis ficuum succo coagulatis vide Plutarch. Symp. Probl. VI. 10. Musgr.

141. De Marone vide Hom. Odyss. X. 196. et Philostrat. Heroicis; p. 652. Ed. Par. Athenæum; I. 25. Musgr.

147. δὶς τόσον πῶμ'. Regitur a φέρω, v. 139. non a proximo verbo κεύθει. Alioqui dicet Ulysses, utrem suum continere duplum quantitatis, quæ inde effluxerit. Musgr.

149. Est γεύειν, *gustandum præbere*. Vide Valck. ad Herod. p. 532. Beck.

152. Vulgo ἐκπάταξον, quod Casaubonus explicat *cum strepitu percutere et foras ejicere;* de Poësi Satyrica, p. 221. Melius Piersonus præeunte Valcken. ἐγκάναξον, conferens Aristoph. Equit. 105. Alciphron. Ep. III. 36. Hesychius: ἐγκάναξον· ἔγχεε. Nec spreverim ἐκκάναξον, *effunde;* vide Polluc. X. 85. Musgr. Cf. v. 157.

154. εἶδες γὰρ αὐτήν; *Vidistin' enim?* sc. odorem. Silenus enim καλὴν, id est, *formosam, speciosam,* præcedenti versu τὴν ὀσμὴν dixerat. Musgr.

158. διεκάναξε. *Eluit,* aut *everrit.* Κανάσσειν est *cum strepitu exturbare.* Reisk.

159. ὥστ' εἰς ἄκρους γε κ. τ. λ. Ita se per omnes corporis

partes effudit, ut etiam ad unguium extremitates pervenerit. Huc refer illud Ruffini Anthol. VII. p. 477. Ψαύει δ' οὐκ ἄκροις τοῖς χείλεσιν· ἀλλ' ἐρύσασα Τὸ στόμα, τὴν ψυχὴν ἐξ ὀνύχων ἀνάγει. BRODÆUS. Et fere proverbialiter de acuta quavis voluptate dicitur: ὀνύχων ἄχρις ἅπτεται. BARNES.

166. λευκάδος πέτρας. Alibi, sed in mœstis fere rebus, λισσάδος habet, ut Androm. 524. Herc. Fur. 1120. Hic præstat λευκάδος, ut intelligatur decantata illa rupes, de qua Ovidius in Sapphus Epistola, et qua amores finiri credebant.—ῥίψαι absolute pro ῥίψαι ἑαυτόν. Vide Theognid. 177. Helen. 135. MUSGR. HEATH.

167. καταβαλών. Themist. Orat. I. καταβάλλοντες ἢ ἐπαίροντες τὴν ὀφρύν. Pollux; II. 67. τὰ βλέφαρα καταβαλεῖν. MUSGR.

169. ἵν'. Scholiast.: ἤγουν ἐν τῷ πίνειν.

171. λειμῶνος. Sic *pudendum muliebre* vocant nequiores poëtæ. Idem valet κῆπος; de quo vide Hesychium ejusque Interpretes. MUSGR.

172. εἶτ' ἐγὼ κ. τ. λ. Interrogationis vel admirationis nota plane addenda est.

177. χειρίαν. Id est, ὑποχειρίαν, *captivam*. BARNES.

180. διεκροτήσατ'. Quæsita in hac voce ambiguitas est. Proprie enim significat *pugnis cœcidistis*, vel *mulcastis*. MUSGR.

182. θυλάκους. *Anaxyridas* intelligit, Persarum gestamen, unde et Trojanis, Asiaticis quippe et barbaris, tribuitur. Aristoph. Vesp. 1082. θυννάζοντες εἰς τοὺς θυλάκους. ubi Scholiastes: θυλάκους φασὶν εἶναι τὰς παρὰ τοῖς σκέλεσι καὶ τοῖς μηροῖς Περσικάς. εἴδη βρακίων παρὰ Πέρσαις. MUSGR.

184. κλοιόν. Nonnunquam est περιτραχήλιος δεσμὸς, quod *collare* vel *collariam* vocant Latini: vide infra v. 235. Hic *torquem* significat, qualem sensus deflexionem et in ἅλυσις notavit Pollux; X. 167. Pariterque Hesychius κλοιὸν per μανιάκην explicat, quod aliunde novimus esse χρυσοῦν ψέλιον. Mos torques gerendi apud Romanos quoque obtinuit; num a Trojanis et hic derivatus? Clem. Alex. ἢ γὰρ οὐχὶ κλοιὸς τὸ χρυσοῦν ἐστι περιδέραιον, p. 209. A. MUSGR.

189. ἀρνῶν τροφαί. [Pro ἄρνες. Sic] ὀρνίθων θρέμματα Platoni valet ὄρνιθας, p. 880. C. et παίδων θρέμματα itidem παῖδας, p. 881. B. Ed. Ficin. MUSGR.

190. πηκτοῦ γάλακτος. Virgil. Eclog. I. 82. *Castaneæ molles et pressi copia lactis*. BARNES.

203. ἄνεχε, πάρεχε. Formula hæc, monente Tyrwhitto, occurrit Troad. 310. Aristoph. Vesp. 1317. In his autem compositis ἔχω vim habet verbi substantivi εἰμὶ, vel γίγνομαι. Vide

ad Rhes. 59. Bacch. 1081.—ῥαθυμία est *lusus*, παιδιά. Athenæus; XIV. 1. τοιαύτη δὲ αὐτῶν δόξα τῆς ῥαθυμίας ἐγένετο, ὡς καὶ Φίλιππον, ἀκούσαντα τὸν Μακεδόνα, πέμψαι αὐτοῖς τάλαντον, ἵν' ἐγγραφόμενοι (i. e. literis mandantes) τὰ γελοῖα πέμπωσιν αὐτῷ. Clem. Alex. Pædag. II. 4. ὀρχήμασι καὶ κρότοις Αἰγυπτίοις, καὶ τοιαύταις ῥαθυμίαις. Plutarcho etiam in Arato ῥαθυμεῖν est *ludere*: εἰωθότων πίνειν καὶ ῥαθυμεῖν μετ' αὐτοῦ, p. 1882. Ed. H. Steph. Musgr.

208. σχοινίνοις. Scaligeri conjectura est. Sic Aristophanes: σχοίνινος φορμὸς, apud Polluc. X. 169. Euripides σχοινίνας ἡνίας apud eundem; X. 178. Ed. Ald. σχοινίοις. Musgr.

211. βλέπετ' ἄνω καὶ μὴ κάτω. Formula est attendere jubentis. Sic in Sophocl. Trach. 405. Οὗτος βλέφ' ὧδε· πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς; Œd. T. 1132. Οὗτος σὺ πρέσβυ· δεῦρό μοι φώνει βλέπων Ὅσ' ἄν σ' ἐρωτῶ. Sic apud Plautum Amphitryo: *Sosia age, me huc adspice. Specto.* At Silenus capite resupinato verba Cyclopis hoc faceto responso excipit: Ἰδοὺ, πρὸς αὐτὸν τὸν Δί' ἀνακεκύφαμεν, Καὶ τ' ἄστρα καὶ τὸν Ὠρίωνα δέρκομαι. Casaubon. De Pleonasmo vide ad Orest. 602. Confert Barnesius Iph. A. 389. Troad. 450.

219. ὃν ἄν. Emendat Casaubonus ὅ γ' ἄν, ut antecedens sit γάλα. Verum neque hic versus, nec superior, ad Grammaticorum leges rigide exigendus est. Atque in universum, ubi sensus perspicuus est, venustatis aliquid habet vel ipsa ἀκριβείας negligentia. Musgr.

227. πρόσωπον. Teste Polluce, II. 47. faciei, quod infra frontem est, indicat; cui parti, ut bene me per literas monuit vir laudatissimus, minime convenit epithetum φαλακρόν. Est enim φαλακρὸς non cui facies lævis, aut mentum imberbe sit, sed cui frons, maximeque vertex capitis, capillis destituantur. φαλακρὸν autem ne mendosum putemus, obstat, quod Silenus passim apud Veteres calvus exhibeatur. Scholiastes Aristophanis in Nub. 223. ἐλέγετο ὁ Σωκράτης τὴν ὄψιν Σειληνῷ παρεμφαίνειν· σιμός τε γὰρ καὶ φαλακρὸς ἦν. Synesius de Sileno: τοῦ Διονύσου παιδαγωγὸς ἀποδέδεικται· ἔδει γὰρ, οἶμαι, φαλακρὸν ὄντα, νοῦν ἔχειν. Ovid. Fast. III. 745. *Ut Satyri* lævisque Senex *tetigere*. Et postea 753. Vertice nudo *Spicula defigunt*. Hinc eidem, μέτωπον hic pro πρόσωπον reponenti, lubens calculum adjicio. Musgr.

231. ἦσαν. Ed. Ald. ἴσαν. Vide Suidam v. ἤισαν. Etymol. M. v. ἤισμεν. Unde liquet, ἦσαν per syncopen pro ᾔδεισαν dixisse Veteres. Musgr.

232. ἔλεγον ἐγὼ τάδ'. Ubi Eurip. Silenum et Satyros, biba-

ces, mendaces, salaces et pusillanimos introducit, recte id eum facere ex Veterum mente observandum. Ita enim Hesiodus: Καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμηχανοεργῶν. BARNES.

233. οὐκ ἐῶντος. Scil. ἐμοῦ.

235. κλῳῷ. Atticorum ea orthographia est, Aristophani non neglecta: Vesp. 892. Genus *collaris* est, collum, nec minus utramque manum, constringens. Cinado apud Xenophontem Hist. Græc. Lib. III. δεδεμένος καὶ τὼ χεῖρε καὶ τὸν τράχηλον ἐν κλοιῷ περιήγετο. Bessum quoque Alexandro tradiderunt γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντες. Arrian. III. versus finem.—τριπήχει. *Tricubitali;* unde Cyclopis magnitudo cogitari potest, si collare, manus collumque ejus constringens, tricubitale esse deberet. Canes mordaces, Solonis lege, κλοιὸν τετράπηχες gestare jussi erant: Plutarch. in Solone, p. 167. Ed. H. Steph. Sed canum collare diversæ utique formæ erat, utpote collo soli circumpositum.—κατὰ τὸν ὀφθαλμόν. [*Coram oculo tuo.*] Phrasis satis nota est, nec a Septimio Florente sollicitari debuit. Xenophon initio Hieronis: τυράννου κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγορεῖν. Vide etiam Eurip. Electr. 914. MUSGR.

236. ἐξαμήσασθαι. Legendum cum Duporto ἐξαμήσεσθαι. Aristoph. Lysistr. 367. καὶ τἄντερ' ἐξαμήσω. Minus hic sibi constat, nec mirum, Silenus. Cui enim viscera exsecta erant, postea, credo, nec venumdari, nec munia servilia exsequi, potuisset. MUSGR.

237. Vulgo ἀποθλίψειν. Dedit ἀπολέψειν Ruhnk. Ep. Cr. II. p. 60. quod comicum sit pro τύπτειν. BECK.

238. θαδώλια. Vide ad Iph. T. 336.

240. μυλῶνα. In pistrinum detrudi, pœna erat servilis. Vide Hemst. ad Lucian. T. I. p. 136. BECK.

241. ἄληθες; *Siccine vero?* confer Soph. Œd. Tyr. 358. Antigon. 769.—κοπίδας. Aristoni in Antholog. H. Steph. p. 438. aliud est λαιμοτόμος σφαγὶς, i. e. μάχαιρα: aliud στιβαρὰ κοπίς. Vide quæ congessi ad Bacch. 979. MUSGR.

245. τῷ κρεανόμῳ. Legendum τοῦ κρεανόμου, scil. ἐμοῦ, quod in ἐμὴν subintelligitur. Similem constructionem exhibet Hec. 22.

267. ἐξοδᾶν. De hoc verbo doctissimus Henricus Stephanus nequaquam tantopere dubitasset, si modo satis meminisset supra v. 97. ubi Ulysses ponit quæstionem, εἴτι τις θέλει Βορὰν ὁδῆσαι ναυτίλοις κεχρημένοις. item v. 133. ubi idem Ulysses ait: Ὅδησον ἡμῖν σῖτον, οὗ σπανίζομεν. Hæc loca contulisse Brodæus debuit, nec ignorasse Stephanus. Quare recte Hesychius ἐξοδῆσαι ab ἐξοδάω, non ἐξοδέω deducit, vel hoc loco ju-

dice. BARNES. Constructionis ratio postulat ἐξεδρῶν εἰμί. Sed forsan consulto solœcismum hic maluit poëta, ut Sileni personæ congruum. HEATH.

268. Verba ἢ κακῶς οὗτοι κακοὶ illustris Wakefieldus in Silv. Crit. Part. II. p. 53. contra Musgravium, invita sane Minerva, pro κακοὶ, Euripidem scripsisse καλοὶ autumantem, optimo jure defendit, et locutionis veritatem multis exemplis probavit. GOES.

270. αὐτὸς ἔχ'. Formula deprecandi mala, quæ aliter ita concipi solet: εἰς κεφαλὴν σοι. Quo nihil apud poëtas occurrit frequentius. Vulgo male capiunt; neque assentiendum viro docto, (i. e. Cantero) qui corrigit αὕτως. CASAUBON.

287. Aliud utique est ἱκετεύειν, aliud ἐλευθέρως λέγειν, i. e. *ita loqui, ut liberum hominem decet.* MUSGR.

290. νεῶν ἕδρας. Male interpres: *templorum sedes.* Vertendum: *navium stationes,* quod sequentia docent, et v. 318. MUSGR.

291. ἐῤῥυσάμεσθα. *Eripuimus te;* scil. periculo amittendi templa a Trojanis; asseruimus tibi possessionem templorum. REISK.

292. Constructio est: ἱερός τε Ταινάρου λιμὴν ἄθραυστος μένει. *Sacer Tænari portus inviolatus manet.* Est ἄθραυστος, *sospes, integer;* dicitur etiam de rebus, in quæ *frangi* non cadit. Polybius: ἄθραυστοι καὶ ἀσινεῖς ἔχοντες τὴν ὠφέλειαν, p. 110. B. Ed. Casaub. Dio Cassius: ἄθραυστον καὶ ὁλόκληρον τὴν πόλιν καταλιπεῖν, p. 588. A. Ed. Rhodoman. Plutarchus in Themistocle: δύναμις ἄθραυστος, p. 207. Ed. H. Steph. Interpres Apollon. Rhod. in Lib. IV. Αἶαν φησὶν ἀπὸ τῶν Σεσογχώσιδος χρόνων μέχρις αὐτοῦ μένειν ἄθραυστον. De templo Neptuni asylo apud Tænarum vide Polyb. p. 567. A. Plut. Sympos. MUSGR.

293. ἥ τε Σουνίῳ κ. τ. λ. Neptunum ut intelligas Sunii cultum fuisse, Σουνιάρατον vocat Aristoph. Equit. 507. ubi Scholiastes: Σουνιάρατε δὲ, ᾧ ἐν τῷ Σουνίῳ ἀρῶνται καὶ εὔχονται. Ibidem Minervæ templum erat, teste Pausania in initio Atticorum; unde et discimus, Sunio contiguam fuisse celebrem illam Laurii argentifodinam, de quo Xenophon Libro περὶ πόρων. MUSGR. De Malea, vide supra ad v. 18. BARNES.

295. Γεραίστιοι καταφυγαί. Aristoph. Equit. 508. ὦ Γεραίστιε παῖ Κρόνου. ubi Scholiastes: Γέραιστος ἀκρωτήριον τῆς Εὐβοίας, τῇ μὲν Κρημνίτην ἔχων, τῇ δὲ Λέχαιον. ἱερὰ δέ εἰσι τοῦ Ποσειδῶνος. Inde Noster plurali numero καταφυγαί. Strabo, X. 446. ἔχει δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος, ἐπισημότατον τῶν ταύτῃ. Scholiastes Pin-

dari: ἐν Εὐβοίᾳ Γεραιστία ὑπὸ πάντων Γεραιστίων ἄγεται τῷ Ποσειδῶνι. Hanc et præcedentem Notam Brodæo maximam partem debemus. Vide Etymol. M. v. Γέραιστος, iterumque v. Γέραστος. MUSGR.

296. οὐκ ἐδώκαμεν. *Non condonavimus;* i. e. ulti sumus. Vel, si is usus verbi δίδωμι Græcis ignotus est, legi potest ἀντεδώκαμεν. Conf. Lucan. Phars. VI. 58. *Dono* pro *condono* habet et Statius VII. 557. *abscedo et mea vulnera dono.* MUSGR.

297. κοινοῦ. Id est; κοινωνεῖς. Vide Ion. 610. MUSGR. γῆς γὰρ Ἑλλάδος. Græci, ut docet Thucydides, VI. plerasque Colonias in Siciliam duxerunt; diu tamen post Cyclopum et Læstrygonum in ea imperium. Poëtis autem familiares hæ prolepses. BROD.

298. ὑπ' Αἴτνῃ, τῇ πυριστάκτῳ πέτρᾳ. Mirum est, Ætnæ incendia, quæ Pindari et Euripidis ætate adeo nota fuerint, ad nostra usque tempora durare, per ultra bis mille annos, nec adhuc, aut iis finem adfuturum, aut materiæ et ignis fomento vires deesse, spes est ulla, aut apparentia. De Vesuvio nota est fatalis Plinii curiositas; Ætnæ autem incendia optime descripsit primo Pindarus Pyth. Od. I. Stroph. 2. et ex eo Virgilius Æn. III. 370. Quos locos inter se comparatos plene exhibet Macrobius Saturn. V. 17. BARNES.

299. νόμοις δὲ θνητοῖς κ. τ. λ. Heath. vertit: *Juxta leges vero mortalium mens tua convertatur, ut digneris supplices, mala in mari passos, ad colloquia tua admittere.* BECK.

311. πολλοῖσι γὰρ Κέρδη κ. τ. λ. Huc refer proverbium: *Mala Lucra æqualia damnis.* Et illud Hesiodeum Op. I. 350. Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν. Item illud Theogn. 466. Μηδέ σε νικάτω κέρδος, ὅτ' αἰσχρὸν ἔοι. Paulo aliter Apostolus utitur hujusmodi phrasi; Act. xxvii. 21. Κερδῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν, hoc est, *effugisse,* nec cum damno gustasse. BARNES.

316. ἀνθρωπίσκε. Hæc diminutiva fiunt vel assentandi et blandiendi causa, ut amatores facere solent: sic ψυχάριον et ψυχίδιον Græcis, et illud Latinis Adriani: *Animula, vagula, blandula, &c.* vel ironiæ, ut supra v. 265. Silenus immane monstrum Cyclopem alloquitur: Ὦ κάλλιστον, ὦ Κυκλώπιον, Ὦ Δεσποτίσκε; vel denique extenuandi et contemtus gratia, ut hoc in loco Barbarus Cyclops, suis viribus fretus, Ulyssem homuncionem despiciens vocat. Dicitur etiam ἀνθρώπιον et ἀνδρίον Theocrito alicubi. BARNES.

319. προὐστήσω. *Prætendisti, proposuisti.* MUSGR. A προΐστημι. BARNES.

326. Vulgo ἐν στέγοντι. Reisk. legit: εὖ τέγγων τε, *et bene rigans supinum ventrem, dum ebibo dolium lactis.* Beck.

327. πέπλον Κρούω. Vide Erasmum in Adagio, *Oppedere*; et hoc est, quod Cyclops vocat, cum Jovis fulmine pedendo contendere: Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν. Barnes.

331. ἀναίθων,—οὐδέν μοι μέλει. De hac syntaxeos mutatione vide ad Iph. Taur. 679. Musgr.

343. πατρῷον. Ita vocat, tanquam ad pretium muneris augendum. Sic Menelaus Odyss. IV. poculum suum, ut opus Vulcani, Regis vero Sidonii donum, Telemacho commendat. Musgr.

344. δυσφόρητον. Interpretor *delicatulam* carnem, mutationum et injuriarum aëris molestiarumque itineris ægerrime tolerantem, iisque facillime afficiendam. Reisk.

345. τῷ κατ' αὔλιον θεῷ. Vide supra v. 337. Stolidissimus gigas, Divum contemtor, deum nullum agnoscit, se excepto et ventre suo. Barnes.

349. κατέσχον. Recte Interpres: *appuli.* Proprius enim vocis usus est, cum quis e mari terræ appellit, ut Heraclid. 83. Musgr.

351. κρείσσονας. Vide Hecub. 633. Sophocl. Œd. Tyr. 1387. Musgr.

358. καὶ ἀνθρακιᾶς ἄπο χναύειν. *Et de prunis calidis tollentem statim devorare.* Musgr. Euripidis hunc locum oppugnat Servius in Virgil. Æneid. I. 216. *Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt.* Heroicis, inquit, temporibus non vescebantur elixis. Lapsus est igitur Ovidius Metam. I. hoc versu: *Atque in semineces partim ferventibus artus Mollit aquis.* Idem autem Servius ad versum Virgil. proxime sequentem debuit attendere; *Littore ahena locant alii.* Et sane Athenæus nobis potius audiendus, cujus hæc sunt verba Deipnosoph. I. Ὅτι δὲ καὶ ἑφθοῖς ἐχρῶντο κρέασιν, ἐμφανίζει (Ὅμηρος) ἐν οἷς λέγει· Ὡς δὲ λέβης ζεῖ, Κνίσσῃ μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο. Καὶ ὁ κατ' Ὀδυσσέως ἀφεθεὶς ποὺς βοὸς τοῦτο σημαίνει· πόδα γὰρ βόειον οὐδεὶς ὀπτᾷ. Barnes.

359. βρύκειν. Hesych. λαύρως ἐσθίειν. Barnes.

360. αἰγίδι. *Pelle caprina.* Pollux; V. 16. ἡ δὲ τῆς ἐλάφου, νεβρίς, ὡς τῆς αἰγὸς, αἰγίς. Non dissimilem pellis ovinæ usum fuisse docet; X. 181. τοῖς δὲ στρατιώταις καὶ ἀντὶ μάκτρας ὑπουργεῖ. Hinc Hesychius: μακτήρ· διφθέρα. Scotis quoque, dum in castris agerent, cibos in pellibus crudis coquere mos erat: quod docet Barnesius, et ante eum Buchananus, Rerum Scoticarum, VIII. ad annum 1327. Carnes in ventriculis

Boum coctas memorat Herodotus IV. 61. ne nimis miremur idem in pellibus factum. Musgr.

361. μὴ πϱοδίδου. *Ne omitte*, i. e. has dapes, hanc prædam. Musgr.

362. μόνος μόνῳ κ. τ. λ. Speciem proverbii habet hic versus, cujus sensus fuerit: *Tibi soli prospice*, vel *consule*. Idem notaverat Q. Septimius Florens. Musgr.

364. ἀποβώμιος θυμάτων. Dictum est, sicuti ἀχάλκος ἀσπίδων, ἄπεπλος φαρέων, ἀψοφήτος κοκυμάτων, ut alia exempla omittam, quæ poëtarum Græcorum lectores non fugiunt. Goes. Vide ad Phœn. 324. Constructio est: χαιρέτω δὲ (θυσία) θυμάτων ἀποβώμιος, ἂν θυσίαν ἔχει κ. τ. λ.

369. ἐφεστίους. Atrocitatem rei mirum quantum augebat, si quis ἐφέστιος occideretur. Vide ad Orest. 1422. Herc. Fur. 703. Musgr.

370. ἱκτῆϱας δόμων. *Obtestantes domum.* Confer, Musgravio indicante, Helen. 981. τύμβον ἱκετεύοντε.

374. ὦ Ζεῦ, τί λέξω. Videtur sane, ut nihil dissimulem, non modo historicæ fidei, sed rationi ipsi dissentaneum, ut Ulysses jam extra Cyclopis antrum vagari possit; sed omnino necesse erat, ut, quæ res intra gererentur, spectatoribus paterent, item quid consilii Ulyssis sibi in auxilium vocaverit. Quare, cum Cyclops nondum in somnum sit lapsus, putandum est, antrum nondum firmiter occlusum, sed Ulyssi aliquem patere aditum, quem omnium ultimo comesturum se Cyclops dixerit, reliquos autem illius socios cortibus inclusos, illum sequi nequivisse; qui tamen sine illis liber ipse abire illinc nullo modo voluit; sed aut simul cum illis mori, aut evadere, decreverat. Vide infra v. 478. sqq. Et hæc Euripidis causa dicta sint, qui licet ab Homero in hac re aliquantum discedat, Scenæ tamen omnino hanc fabulam accommodare necessum habuit. Barnes.

378. ἀθρήσας. Significat hic accuratam lustrationem corporis, delectus faciendi causa, eorum, quæ boni succi plenissima et maxime torosa essent. Reisk. κἀπιβαστάσας. Valckenærius intelligit *manibus tollens*. Mihi poëtæ antiquiores verbum βαστάζειν *contrectandi* sensu habuisse videntur. Confer Hom. Odyss. Φ. 405. Æschyl. Agam. 35. Soph. Electr. 911. Œd. Colon. 1162. ubi ignorata hæc verbi βαστάζειν notio tenebras offudit Dorvillio in Chariton. p. 304. Hinc ἐπιβαστάσας verto *contrectatione manuum percurrens*. Suidas: Βαστάσαι δηλοῖ παϱὰ τοῖς Ἀττικοῖς, τὸ ψηλαφῆσαι. Musgr. Homerus Odyss. I. 289. Σὺν δὲ δύω μάϱψας, ὥστε σκύλακας ποτὶ γαίῃ Κόπτ'· ἐκ δ'

ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν. Quod paulo post, v. 396. exprimit noster, φῶτε συμμάρψας δύω. Et hinc Virgil. Æn. III. 623. *Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro Prensa manu magna, medio resupinus in antro, Frangeret ad saxum, sanieque adspersa natarent Limina.* Barnes.

381. Dubito, num πετραία χθὼν pro *spelunca* dicere liceat, dixeritve Noster. Si fecit, propterea forte fecit, quod esset *subterranea*. Reisk.

383. ἐσχάρας. Intellige *locum ignis:* quæ explicatio est, quanquam non unica, Hesychii. Musgr.

386. Vulgo ἔστησεν. Emendabat Piersonus ἔστρωσεν. Sed magis placet Reiskii ἔνησεν. Sic νήσας πυρὰν, Aristoph. Lysistr. 373. Musgr.

387. δεκάμφορον. De Amphoræ mensura inter doctos non convenit. Nonnihil forte hic locus ad eam statuendam contulerit. Ex magnitudine enim scyphi æstimari potest, qualis crater esse debuerit. Musgr.

389. σκύφος κισσοῦ. *Scyphum ex hedera:* ποτῆρα κίσσινον vocat Alcest. 773. Homerus et Theocritus uno verbo, κισσύβιον. Musgr.

391. ἐπέζεσεν. Transitive, ut ἐξανέζεσεν, Æschyl. Prometh. 370. Sic Apollon. Rhod. III. τοὶ δὲ λοετρὰ πυρὶ ζέον. Dionysius apud Athenæum, p. 381. τακερὰ ποιήσας ταῦτα, καὶ ζέσας σφόδρα. Musgr.

392. Accusativus ὀβελοὺς pendet ab ἐπέζεσεν, quod hic significat *igni admovit.* Sæpe duobus substantivis additur verbum, quod alterutri tantum convenit. Vide Dorv. ad Char. p. 395. Heath.

393. παλιούρου κλάδῳ. Paliurus Africus, teste Theophrast. Hist. Plant. IV. 4. μέγεθος habebat ἡλίκον τῆς κέδρου, ἢ μικρῷ μεῖζον.—δρέπανον, de quo hic Euripides, haud dubie est *falx venatoria.* Pollux; V. 19. τὰ πρὸς κυνηγέσιον ἐργαλεῖα—δρέπανα—ὅπως εἰ δεοῖ τῆς ὕλης τι κόψαι, εἰς τὴν τῶν ἀρκύων ἀκώλυτον στάσιν, ὑπάρχοι τὰ δρέπανα. Musgr.

394. σφαγεῖα. *Vasa sanguini victimarum excipiendo.* Photius Lex. MS. σφαγεῖον, τὸ ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὸ αἷμα τῶν σφαζομένων ἱερείων δέχονται. Paria fere Suidas et Scholiastes ad Hom. Odyss. Γ. 444. Rudia significat vasa hæc fuisse, utpote non torno rotundata, sed dolabris utcunque efformata. Musgr. Αἰτναῖα. *Ingentia;* ut omnia, quibus Cyclops ad usum domesticum utebatur. Vide Aristoph. Pac. 72. et Hesych. sub v. Αἰτναῖον. Goes.

397. ῥυθμῷ τινι. *Ordine quodam et methodo.* Musgr.

400. ὄνυχα. Nonnus Dionys. p. 51. τρητὸς ὄνυξ πετραῖος. ut minime necessarium sit cum Scaligero legere στόνυχα. Musgr.

409. Legit Porsonus φάρυγος, ut infra v. 587. Hom. Od. Λ. 373.

411. Μάρωνος αὐτοῦ. *Vini meraci.* Pollux; IV. 26. Κρατῖνος μέντοι τὸν οἶνον Μάρωνα εἴρηκεν. Vide etiam infra v. 609. Musgr.

414. Διονύσου γάνος. *Bacchi laticem.* Vide Suppl. 1157. Musgr.

421. τρώσει. Ita optime Canterus, conferens Odyss. XXI. 293. Diserte etiam exhibent MSS. E, G. Ed. Ald. δρώσει. Musgr.

426. σε. Scholiast.: τὸν χορόν.

429. Ναιάδων. Hanc vocis scripturam malui, ut minus a MSS. vestigiis recedentem, quam Casauboni Ναΐδων. Ed. Ald. Δαναΐδων, quod frustra tuetur Barnesius. Non enim inter Græcas puellas versari cupiebat Chorus, quibus nulla cum Satyris consuetudo, sed inter Naidas, Bacchi Satellites, Panumque et Satyrorum comites perpetuas. Vide Strabon. p. 468. Ed. Par. Pratinam apud Athenæum, p. 617. Musgr.

432. Vulgo λελημμένος Πτέρυγας, ἀλύει. Emendabat Casaubonus πτέρυγος. Mihi præstare videtur: —τῇ κύλικι, λελημμένος Πτέρυγα, σαλεύει. Ἀλύειν de gravi mentis perturbatione dicitur: σαλεύειν de modica fluctuatione: unde et melius Sileni ναυθρείᾳ convenit. Argentarius in Anthol. H. Steph. p. 173. σώσει μ' ἐκ Βρομίου γυῖα σαλευόμενον. Epigr. apud Dorvill. in Chariton. p. 310. τὸ σκύφος, ᾧ σεσάλευται. Musgr.

438. σίφωνα. Hic pro vino ponitur, quia per illum diffusum aperitur. Est enim instrumentum, quo in deplendis doliis utuntur, quum vinum diffunditur. Alex. Aphrodis. Problem. II. Τὸν σίφωνα ἐκμυζοῦντες ἕλκομεν τὸν οἶνον. *Vinum per fistulam exsugendo attrahimus.* Consule Pollucis Onomast. I. 2. Καὶ σίφωνα μὲν, ὅτῳ ἐγεύοντο, Ἱππῶναξ εἴρηκε, Σίφωνι λεπτῷ τὸ ἐπίθημα τετρήνας. Vide etiam Hesychium in hac voce. Neque tamen illi, ut neque Polluci, nec ulli alii, ut vasis potorii genus usurpatur, quod Johannes Brodæus deceptus putabat. Barnes.

439. χηρεύομεν. Scaliger θηρεύομεν rectius, ut mihi videtur: nam χηρεύω videtur potius genitivo gaudere, quam accusativo; atque ita Homer. utitur Odyss. I. 124. Ἀνδρῶν χηρεύει. Barnes.

442. Ἀσιάδος Κιθάρας. Vide interpretes Hesychii ad v. Ἀσιάς. Citharam præ cæteris Asiaticam hic nominat, utpote quam frequentem in Bacchi castris audire solebant, inventam

in Lydia, Mænadum patria. Confer Strabon. p. 471. Spanhemium ad Callimachi Delum, v. 255. Musgr.

450. ἀπαλλάξαι. Pendere potest a μενοινῶ subaudito. Vide supra v. 448. Musgr.

460. διπλοῖν χαλινοῖν. *Duobus loris.* Interpretis vicem præstabit Homerus Odyss. Ξ. 384. ὡς δ' ὅτε τις τρυπᾷ δόρυ νήϊον ἀνὴρ Τρυπάνῳ, οἱ δέ τ' ἔνερθεν ὑποσσείουσιν ἱμάντι Ἁψάμενοι ἑκάτερθε, τὸ δὲ τρέχει ἐμμενὲς αἰεί. Musgr. Reisk. constructionem esse observat: ἐλαύνει τὴν κώπην τοῦ τρυπάνου, ᾧ εἰσι διπλοῖ χαλινοὶ, *agitat ansam terebræ gemino quasi freno præditæ*, aut ἐλαύνει κώπην τρυπάνου ἐκ (vel μετὰ, ἀπὸ, διὰ) τοῖν διπλοῖν χαλινοῖν. χαλινοὺς terebræ esse duas ejus ligneas ansas. Beck.

467. ὥσπερ ἐκ σπονδῆς θεοῦ. Antiquorum mos erat, libatione diis facta, formulam sacramenti recitare, manibus sacrificia tangentes. Apollon. Rhod. II. 717. Λοιβαῖς εὐαγέεσσιν ἐπώμοσαν, ἦ μὲν ἀρήξειν Ἀλλήλοις εἰς αἰὲν ὁμοφροσύνῃσι νόοιο Ἁπτόμενοι θυέων. Æschyl. Theb. 44. Καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου— Ὡρκωμότησαν. Hinc Lysistrata apud Aristophanem, v. 209. Λάζουσθε πᾶσαι τῆς κύλικος. Choro sacrificiorum vicem præstare debebat torris. Musgr. Qui conjecit ὥσπερ ἐκ σπονδῆς θύους. Nihil opus.

475. σφηκιάν. *Vesparum examen.* Aristoph. Lysistrat. 476. Aristot. Hist. Anim. X. 9. Musgr.

492. εὐϊάζει. Vide ad Bacch. 987.

494. ἐκπετασθείς. Xenophon Cyropæd. VIII. εὐφραίνεσθαι ἐκπεπταμένως. Plutarch. de Sera Numinis Vindict. p. 88. Ed. Wyttenbach. ἐκπετάσει καὶ διαχύσει τὸ χαῖρον. Musgr.

499. θύραν τίς οἴξει μοι; Cantici cujusdam obscœni, Atheniensibus probe noti, initium conjecerim. Erunt fortasse, qui malint: οὐδ' ᾄδε, *neque, ut amator exclusus, opus habet ante fores canere: Quis mihi ostium recludet?* Musgr. Qui legit ᾄδει δὲ, θύραν κ. τ. λ.

500. πλέως. Subaudiendum εἰμὶ, *sum.* Vide Helen. 1523. Musgr. Sensum horum versuum vera olim interpunctione restituisse mihi videor. Post v. οἴνου puncti et post γάνυμαι δὲ commatis signum pono, unde lepidissimus et aptissimus sensus oritur: *Io! Io! Io! plenus sum vini. Lætor onustus oblitusque lauto convivio usque ad infima ventris tabulata, ceu navis oneraria.* Vocabula δαιτὸς ἥβης, quorum sensum interpretes fugisse miror, posita sunt, sicuti Pind. Pyth. II. 147. χάριν μισθὸν, Soph. Trach. 554. λυτήριον λύπημα, i. e. *sanabilis dolor;* et in loco, de quo agimus, Euripidis ὁλκὰς σκάφος, i. e. *navis oneraria.* Goes.

503. σέλμα γαστρὸς ἄκρας. Legebam aliquando ἄκρον. Verum ἄκρας per enallagen casuum idem significabit. Sic τεμὸν αἷμα πατρὸς, Soph. Œd. Tyr. 1413. κενῆς σκύμνον λεαίνης, Ajac. 1010. MUSGR.

507. ἔνδος μοι. Sic ἔνδος μοι πάγχρυσον τεῦχος, Iph. Taur. 163. MUSGR.

509. Vulgo μελάθρων. Emendat Canterus μέλαθρον, ut antrum Cyclopis *aula pulchra* dicatur. Mihi καλὸν adverbialiter accipiendum videtur. MUSGR.

511. λύχνα δ' ἀμμένει δάϊα. *Exspectant te faces accensæ.* Ita Reiskius.

514. στεφάνων. Significat varietatem colorum, quam facies ejus ambusta et cruore diffluens mox exhibebit. MUSGR.

517. τρίβων. Vide ad Med. 681.

533. ὦ 'τάν. Grammatici volunt hoc ab ἔτης, idem fere, ac ἑταῖρος *familiaris*, vel *consanguineus amicus;* neque tamen nobis respondent in hac re, quomodo desinat in αν in vocativo, et quomodo usurpetur in duali, et etiam plurali numero; id enim fit. Idem etiam sonat, ut ὦ 'γαθὲ, et Comicis, ac etiam aliis auctoribus in usu. BARNES. Legendum, ὦ τᾶν. Vide ad Bacch. 758.

534. ἠλίθιος, ὅστις κ. τ. λ. Sic Antisthenes: Οὔτε Συμπόσιον χωρὶς ὁμιλίας, οὔτε Πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει. BROD.

538. χλόης. Regitur a λαχνῶδες. *Solum florido gramine villosum est.* MUSGR.

546. πάντων σ' ἑταίρων κ. τ. λ. Ita Homerus Odyss. I. 369. Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἑτάροισι. BARNES.

549. οὗτος. Id est, οἶνος.

551. ἐπεί μου φησ' ἐρᾷν. Hoc quam ridiculum sit, Lucianus docet, sic in προσλαλίᾳ Silenum describens: βραχὺν πρεσβύτην, ὑπόπαχυν, προγάστορα, ῥινόσιμον, ὦτα μεγάλα ὄρθια ἔχοντα. MUSGR. Nominativus verbo φησι est οἶνος.

555. στέφανον λαβόντα. Qui potabant, etiam solitario, coronas gestabant apud Veteres. Vide Alcest. 848. MUSGR.

560. ὥσπερ μ' ὁρᾷς κ. τ. λ. Hunc locum suspicati sunt Casaubonus et Scaliger; prior legit νῦν ἐμὲ, posterior οὐκ ἐμῶ, decepti, ut credo, utrique. Puto ego, veterem lectionem, quam ideo retinemus, defendi posse hoc modo: Bibosus ille Silenus, qui plusquam quinque causas bibendi arripere solebat, Cyclopem jam fingit se ad bibendum suo exemplo instruere; ne tamen forte irascatur, dicit, se nihilominus non bibere, sed tantum bibere fingere: ὥσπερ μ' ὁρᾷς πίνοντα, χ' ὥσπερ οὐκ ἐμέ. BARNES.

567. In vulgato σιγῶντα prima corripitur, quod nusquam apud Veteres invenies. Sed aliter dubio procul scripserat poëta. Lege: συνεκθανεῖν δὲ σπῶντα, κ. τ. λ. *Bibe*, inquit, *ac perbibe. Decet enim potorem strenuum non ante bibendo defatigari, quam bibentem simul vita et vinum deficiant.* Casaubon. Cujus sententiam eo libentius sequor, quia secundo post versu idem verbum σπῶ occurrat in eodem sensu: κἂν μὲν σπάσῃ γε κ. τ. λ. Barnes.

570. ἄδιψον. *Rigans ventrem, etiam non sitientem.* Ne forte Cyclops sitis restinctionem bibendi finem statueret, τέγξας cum σὺ conjunxerim, non cum βάκχιος. Musgr.

572. ἐξένευσα. Ab ἐκνέω. Vide quæ nos ad Hippolyt. 470. Proprie autem hæc vox in hoc loco occurrit, licet improprie de Cyclope; si enim revera putabat, se toto oceano prolutum et immersum vix tandem emersisse, cum vino tantum animi illius sensus perturbarentur. Barnes.

581. ἐκ τοῦ Γαργάρου. Sic ἐκ Τροφωνίου, Ion. 408. Musgr.

583. κἀν τρυφαῖς πεπωκότα; Recte se textus habet, nec Is. Casaubonus hic audiendus, qui legendum ait: κἀντρυφᾷς πεπωκότι. Non enim Silenus jam deliciose cum poto Cyclope agebat, sed periculose, utpote qui vim passurus erat ab infando illo monstro. Chorus autem rogat, an ipse reformidet amatorem suum, quem ipse modo elegerat, se ut Ganymedem illi offerens, præsertim cum probe in deliciis potus esset. Barnes.

590. ὅπως ἀνὴρ ἔσει. *Præsta te virum.* Subaud. ὅρα. Cf. infra v. 630. Sic etiam Xenoph. Anab. I. ὅπως ἔσεσθε ἄνδρες. De constructione vide Dawes. M. C. p. 405. ed. Kidd. Porson. ad Eur. Hec. 395. Valck. ad Theoc. I. 112.

592. παθεῖν 'Απάλαμνον. *Priusquam Pater inhonestum aliquid patiatur.* 'Απάλαμνον, *inhonestum*, *indecorum*, ut Theognid. 481. μυθεῖται δ' ἀπάλαμνα, τὰ νήφουσ' εἴδεται αἰσχρά. Solon apud Philon. Judæum περὶ κοσμοπ. Οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὅμως ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει. Musgr.

595. ἀπαλλάχθητι. *Defungere tuo officio;* ἅπαξ autem addit, quia rarum et insolens est, ignem servire oculis exurendis et excœcandis hominibus. Reisk.

604. καρκίνος. *Forceps fabrilis.* Philippus in Anthol. H. Steph. p. 447. τὸν δίχηλον καρκίνον πυραγρέτην. Pancratius ibidem: ὁ καρκίνος, ἥ τε πυράγρη. Sensus extra metaphoram est: *malum ineluctabile Cyclopem invadet.* Forcipi fabrili comparatur arcta compressio: Oppian. Hal. II. 342. Ovid. Metam. IX. 78. *angebar, ceu guttura forcipe pressus.* Musgr.

608. εἰς σποδίαν. Sic εἰς δόμους μένειν, Soph. Ajac. 80.—*Oleæ*

ramus erit, non *quercus*, v. 454. Δρυὸς igitur cum Brodæo interpretandum *arboris*. Hesychius: δρῦς· πᾶν ξύλον καὶ δένδρον. Musgr.

609. Μάρων. Vide supra ad v. 411. Musgr.

610. πρασσέτω. *Exigat, repetat* [ultionem; scil.]. Sic μισθὸν πράττειν, Aristoph. Nub. 245. Musgr.

617. θῆρες. Hesychius: θῆρας· τοὺς σατυρίσκους. Musgr.

619. σκαρδαμύσσειν. *Connivere*. Anglicè, *to wink*. Hesychius: σκαρδαμύττειν· τὸ πυκνῶς καταμύειν καὶ ἀναβλέπειν τοῖς ὄμμασι.

622. ἐγκάψαντες. Thema κάπτω, *comedo, deglutio, hiatu excipio*, ut hic. Hesych. κάπτοντες· ἀποδεχόμενοι, ἐσθίοντες. Barnes.

626. φῶς. Pro ὀφθαλμὸν, ut Latinis *lumen* et *lux* pro *oculis*. Sic Virgil. de hoc ipso Cyclope: *Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademtum*. Barnes.

628. ἡμεῖς μὲν ἐσμὲν κ. τ. λ. *Nos quidem sumus adeo longiores, et proceri, ut hic extra antrum stantes*, (non enim audebant homines nihili ingredi) *Cyclopis oculum possimus effodere*. Barnes.

636. ὁτιή. Attice pro ὅτι, quo verbo Aristophanes etiam utitur. Barnes.

639. ἐπῳδὴν Ὀρφέως. Pausan. p. 199. Brodæo citatus: τὸν Θρᾶκα Ὀρφέα μαγεῦσαι δεινόν. Vide ad Alcest. 983. Musgr.

641. παῖδα γῆς. Aliter Homerus Odyss. A. 68. Sed recte judicat Barnesius, Polyphemum παῖδα γῆς appellari, tanquam *hostem deorum*. Tales enim plerumque οἱ τῆς γῆς παῖδες. Musgr.

647. ἐν τῷ Καρί. Cares, teste Æliano de Animal. XII. 30. omnium primi stipendio militabant, unde *Car* apud antiquos idem fere valet, quod *mercenarius*. Julianus de Regno: ἐν Καρὸς εἴπετο τάξει καὶ σχήματι. Hinc natum proverbium ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύειν, cum quis in aliena cute periculum faceret. Aristides, Tom. I. p. 163. ἐν τῷ Καρὶ, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι, τὴν πεῖραν ποιούμενοι. Adde Hesychium v. ἐν Καρὶ, ubi præcipuum ejus usum esse docet, de iis, qui animas viliores periculis pro se objiciunt; quod quidem prudentis viri esse affirmat ex parœmia alia Polybius: δεῖ γὰρ ἐν τῷ Καρὶ τὴν πεῖραν, ὥς φησιν ἡ Παροιμία. p. 603. C. Facete igitur Chorus: *in Care periclitabimur*; i. e. nos, quorum vita magni æstimanda est, extra periculum stabimus, et te, vile et ignobile caput, morti pro nobis objiciemus. Musgr. De proverbio hoc cf. Hom. Il. I. 378. Cic. pro Flacc. 27. Valck. ad Herod. p. 403. Rhunk. Præf. ad Hes. II. p. 7. Beck.

668. καὶ πῶς σ' οὔτις ἂν θείη τυφλόν; Lusus est in vocabulo Οὖτις, quod, ut Cyclops putabat, erat Ulyssis nomen; Chorus pro οὐδεὶς, *Nemo*, capit; ut apud Homerum, Odyss. I. 408. Cyclopes alii, quando Polyphemus exclamarit, Οὖτίς με κτείνει δόλῳ, οὐδὲ βίηφιν, responderunt: Εἰ μὲν δὴ μήτις σε βιάζεται οἶον ἐόντα, Νοῦσόν γ' οὔπως ἐστὶ Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι. BARNES.

671. Reiskius acute vidit, pro κατέκαυσε reponendum esse verbum ad luctationem pertinens. Legendum utique κατέκλασε. Lucian. de Gymnasiis: ὥστε μήλων ἕνεκα καὶ σελίνων τοσαῦτα προπονεῖν καὶ κινδυνεύειν ἀρχομένους ὑπ' ἀλλήλων καὶ κατακλωμένους. Tom. II. p. 888. Ed. Blæu. Eo autem aptius hoc verbum est, quia de iis etiam dicitur, qui inebriari incipiunt, nec integras adhuc vires præ temulentia habent: Plutarchus: μέθῃ κατακεκλασμένος, Op. Mor. p. 1059. Ed. H. Steph. MUSGR.

672. παλαίεσθαι βαρύς. *Luctator dolosus est.* BARNES.

674. ἐπήλυγα. Radix est ἠλυγὴ, vox adhibita Aristophani Acharn. 683. quam Suidas, v. ἐπηλυγασάμενος, per σκιὰ interpretatur; Hesychius v. ἠλυγισμένος, per σκιὰ, vel σκότος. Barnesius ἐπήλυγα a nominativo ἐπήλυξ deducit, qualem vocem ab ἠλυγὴ formari vetat, credo, analogia. Hinc ἐπήλυγα accusativum pluralem esse censeo, ab ἐπήλυγον, quod non absurde ἐπισκίασμα interpreteris: λαβόντες τὴν πέτραν ἐπισκίασμα, *rupem pro umbraculo habentes.* Idem fere ἐπηλυγασάμενοι. Aristot. Hist. Animal. X. 10. ἐπηλυγασάμενοι ἄκανθάν τινα καὶ ὕλην. Hesychius: ἐπηλυγάς· ἐπίπροσθεν, quod ad hunc locum fortasse pertinet. MUSGR.

679. οὐ τῇδ', ἐπεὶ τῇδ' εἶπας. Scaliger in versus principio delebat Cyclopis nomen; et ante ἐπεὶ ponendum censuit; nos e contra, ut olim notatum erat, ratum facimus. Postquam enim Cyclops frustra Ithacenses quærendo cranium fregerat; et Chorus dixit, illos jam hinc fugisse, is male mactatus respondet: *Non hic erant:* quanquam hic eos esse affirmabant. BARNES.

690. παλαιὸς χρησμός. Hoc oraculum Telemus, Eurymi filius, Cyclopi dederat, ut Hom. Odyss. I. 507. Ὦ πόποι· ἦ μάλα δή με παλαίφατα θέσφαθ' ἱκάνει· Ἔσκε τις ἐνθάδε μάντις ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε, Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο. Hinc Ovid. Metamorph. XIII. 8. *Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales, Terribilem Polyphemon adit; lumenque, quod unum Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Ulysses.* BARNES.

695. δέδραχ', ὅπερ λέγω. *Quod dico, ut ita esset, effeci.* Ed.

Ald. δέδορχ', ὅπως λέγω. Vulgatam lectionem Reisk. exponebat ita: *video, te talem esse, qualem modo te optabam esse;* i. e. plorantem. *Jubeo te plorare et miserum esse, et video, id ipsum tibi contigisse.* BECK.

697. ἥσω 'πὶ πόντον Σικελόν. Ulyssis sane pericula, et sociorum amissionem et labores in hoc mari exantlatos, Homerus describit Odyss. M. BARNES.

698. ἀποῤῥήξας πέτρας. Sic Apollonius Rhod. IV. ῥηγνύμενος πέτρας. MUSGR. Subaudi τι.

699. αὐτοῖσι σὺν ναύτῃσι. Canter. Nov. Lect. II. 21. συνναύτῃσι verbo unico legit, ut et alias supra, v. 412. et post v. 702. BARNES. Canteri lectionem probat Porsonus.

701. ἀμφιτρῆτος. Sophocles Philoct. 16. δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου. ubi Scholiastes: ἀμφιτρῆτος· τοῦ ἀμφοτέρωθεν τετρημένου. Ellipsin vocis πέτρας, præterquam in hoc Euripidis loco, non observavi. MUSGR.

703. Βακχίῳ δουλεύσομεν. *Posthac ad Bacchi ministeria vacabimus, tua tyrannide liberati.* Silenus autem et Satyri, cum Mænadibus, semper Bacchi comites habebantur; quia vinum plerumque saltationes et lasciviam provocat, et ridiculas gesticulationes et protervos jocos excitare solet. De Polyphemo autem et illius cœcatione, aliisque rebus ad hanc fabulam pertinentibus, præter nonum librum Homericæ Odysseæ, qui totus in hac re versatur, videsis Virgil. Æn. III. 616. sqq. Theocr. Idyll. XI. Ovid. Metamorph. XIII. Fab. 8. Nonni Dionys. XIV. BARNES.

FINIS NOTARUM IN CYCLOPEM.

NOTÆ

IN

HERACLIDAS.

NOTÆ IN HERACLIDAS.

Vers. 2. Distinctio quam post δίκαιος habet Aldus, significat verba τοῖς πέλας non cum δίκαιος sed cum πέφυκε conjungenda esse. Vertit Brodæus: *Ad cognatos affinesque suos juvandos natus est.* Melius Gesnerus ad Stobæum; *Quod vir justus natus sit in proximi commodum.* Ubi vocabulum *proximi* eodem sensu accipiendum est, quo dicitur in Latina librorum utriusque fœderis versione, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* De quo consulendus omnino Schleusnerus v. Πλησίον. Iolai igitur secta fuit, ut Catonis, *Non sibi, sed toti genitum se credere mundo,* præcipue vero patriæ et amicis. Ita Iphigenia apud Nostrum Iph. A. 1364. Καὶ γὰρ οὐχ οὕτω τι λίαν ἐμὲ φιλοψυχεῖν χρεών· Πᾶσι γάρ μ' Ἕλλησι κοινὴν ἔτεκες, οὐκ ἐμοὶ μόνῃ. Ita scribendum esse priorem versum satis constat ex El. 1109. Elmsl.

3. εἰς τὸ κέρδος ἀνειμένον. *Propensum in lucrum* plerique interpretes. Malim, *lucro deditum.* Milites Ægyptios τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνειμένους appellat Herodotus II. 167. Paullo ante c. 165. verba ἀνέονται ἐς τὸ μάχιμον eodem sensu usurpantur. Apud eundem VII. 103. qui libertate fruuntur ἀνειμένοι ἐς τὸ ἐλεύθερον dicuntur. Adde verba ἀνιέναι ἑωυτὸν ἐς παιγνίην, *dare se ludo,* II. 173. Quæ loca affero propter præpositionem εἰς verbo ἀνιέναι subjectam. Cujus constructionis alterum exemplum apud Atticos poëtas haud reperi. Elmsl. Verba *solutum in lucrum* reddit V. D. in Censura Trimestri; T. IX. p. 351. Sic Virg. Æn. IV. 530. *Solvitur in somnos.* Georg. IV. 199. *In Venerem solvunt.* Sed melior videtur Elmsleii ratio.

4. Stobæus φίλοις τ' ἄχρηστος. Omnino retinenda vulgata scriptura. Solent enim plerumque tragici in hujusmodi sententiis publica et privata officia distinguere. Ita Noster Antiopa fr. 11. Ὁ δ' ἥσυχος, φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος, Πόλει τ' ἄριστος. Nostro loco verba καὶ ξυναλλάσσειν βαρὺς de privatæ vitæ officiis accipienda sunt: συναλλάσσειν enim *commercium*

cum aliquo habere significat. Recte Portus: *et in vitæ commercio gravis.* Elmsl.

5. οἶδα δ' οὐ λόγῳ μαθών. Æsch. Prom. 336. ἔργῳ κοὐ λόγῳ τεκμαίρομαι. Herodotus V. 24. Τοῦτο δὲ οὐ λόγοισι ἀλλ' ἔργοισι οἶδα μαθών. Elmsl.

6. αἰδοῖ. *Præ pudore* omnes interpretes. Meliorem interpretationem suppeditabit ipse poëta Suppl. 910. Ἐκ τῶνδε μὴ θαύμαζε τῶν εἰρημένων, Θησεῦ, πρὸ πύργων τούσδε τολμῆσαι θανεῖν. Τὸ γὰρ τραφῆναι μὴ κακῶς, αἰδῶ φέρει· Αἰσχύνεται δὲ τἀγάθ' ἀσκήσας ἀνὴρ, Κακὸς κεκλῆσθαι πᾶς τις. Elmsl.

8. εἷς ἀνὴρ. *Ipse solus;* i. e. *præ ceteris.* Cf. monente Censore supra laudato, Æsch. Pers. 325. Soph. Œd. T. 1380. Trach. 460. Herod. VI. 127. Xenoph. Anab. IX. 12. 22.

11. αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας. Ridet hæc Aristophanes Eccl. 412. Elmsl.

14. Vulgo ἐξέδραμον. Ἀλλ' ἐξέδραν μιν Barnesius ex emendatione Scaligeri. Ἀλλ' ἐξέδραμεν Musgravius ex emendatione Reiskii. Tria sunt verba ἀποδιδράσκω, διαδιδράσκω, ἐκδιδράσκω, quorum futura sunt ἀποδράσομαι, διαδράσομαι, ἐκδράσομαι, aoristi ἀπέδραν, διέδραν, ἐξέδραν. Præter nostrum locum, et Soph. Aj. 167. ubi legitur ἀπέδραν pro ἀπέδρασαν, nusquam, quod sciam, hæc verba apud tragicos occurrunt. Ἐξεδίδρασκε, *effugiebàt, effugere conabatur,* habet Aristoph. Vesp. 126. ἐκδιδράσκουσιν Thucydides I. 126. VI. 7. ἐκδιδρήσκει Ionice Herodotus VI. 24. 90. IX. 88. ἐκδρᾶσα Aristoph. Eccl. 55. ἐκδράντες Herod. IV. 148. Elsml.—πολις οἴχεται. *Periit civitas, patria;* i. e. *patriam amisimus.* Musgr.

16. Pro ἐξορίζοντες suspicatur Barnesius legendum esse ἐξορισθέντες. Sed nihil opus. Ἐξορίζειν enim valet ἐξορίζειν ἑαυτόν. Sic ῥίψαι Cycl. 166. ἔπαλλε El. 433. κρύπτοντα Phœn. 1117. Musgr.

21. προτείνων. *Minaciter ostentans.* Canteri emendatio est. Confirmat προὔτεινα παιδὸς θάνατον, Androm. 429. Ed. Ald. προτιμῶν. Musgr. Nos, *holding out.* Ordo est, προτείνων φίλων, ἡμετέρων scilicet, Ἄργος οὐ σμικρὰν πόλιν. Elmsl.

22. ἔχθραν θέσθαι. Sic πόλεμον θέσθαι Or. 13. Eodem sensu dicitur ἔχθραν ξυνάπτειν infra v. 459. συμβαλὼν ἔχθραν Med. 44. Quomodo autem hæc verba cum superioribus cohæreant, haud ita facile dixerim. An recte dicitur in tragico sermone, οὐ σμικρὸς ἔχθραν θέσθαι, *potens odia exercere?* Elmsl. Optime conjecit V. D. in Censura Trim. T. IX. p. 353. locum ita legendum esse; πόλιν προτείνων Ἄργος, οὐ σμικρὰν φίλην Ἐχθράν τ' ἔσεσθαι, i. e. *Holding out to them that Argos would be no*

contemptible friend, and no contemptible foe. Cf. infra v. 155. Certum est, φίλων non cum προτείνων conjungendum esse, quod dativum postulat, ut in Æsch. Prom. 775.

32. ξύγκληρον χθόνα. Eodem sensu dicitur ξύνοικον λαὸν infra v. 81. Scenam fabulæ non temere Marathone collocavit poëta, sed in eo veterem civium suorum opinionem secutus est. Vide Sophoclis interpretem, cujus verba ad v. 80. citabo. Duo autem fuerunt Atticæ pagi, in quibus maxime vigeret Herculis cultus, Marathon scilicet, et ὁ Διομειέων δῆμος, in quo situm erat nobile gymnasium Cynosarges. Herculis fanum Marathonium memorat præter alios Herodotus VI. 108. utrumque idem, VI. 116. Heraclea Marathonia inter celeberrimas Græciæ πανηγύρεις recenset Pindarus Olymp. IX. 134. XIII. 157. Pyth. VIII. 113. Elmsl.

33. καθεζόμεσθα. *Sedemus* omnes interpretes. Rectius, *consedimus*. Ἑζόμην enim apud Atticos aoristus est. Elmsl.

34. προσωφελῆσαι. *Ut ab eis juvemur.* Brod. Dicitur ἱκέται προσωφελῆσαι, monente Musgravio, ut infra v. 345. ἱκέται εὖ πρᾶξαι πόλιν. Elmsl.

35. δισσοὺς Θ. παῖδας. Hæc de Demophonte et Acamante intelligenda; licet Pausanias, in Attic. p. 31, 31. hoc tempore ipsum Theseum, illorum patrem, regnare Athenis dicat. Barnes.

37. ἐγγύς. *Cognatus.* Sic Tragicus incertus apud Lucian. in Demosth. Encom. Ζηνὸς ἐγγύς, καὶ θεῶν ἀγχίσποροι. Genealogiam vide infra v. 207. et apud Plutarch. in Theseo. Musgr.

38. τήνδ' ἀφικόμεσθ' ὁδόν. Sensus videtur esse, *hanc profectionem, hanc migrandi vicem.* Nam si τήνδε ὁδὸν interpretaris διὰ τῆσδε τῆς ὁδοῦ, inepta erit sententia. Musgr. Ita Soph. Œd. C. 96. Ἔγνωκα μέν νυν ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν Ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλσος. Elmsl.

39. δυοῖν γερόντοιν. Infra etiam v. 648. Iolaus et Alcmena duo senes appellantur. Quod recte monet argumenti scriptor, Iolaum Herculis fratris filium fuisse, ideoque Alcmenæ nepotem, vel nescivit poëta, vel non recordatus est, vel prudens dissimulavit. Non enim pulchre inducitur decrepitus senex, cujus avia non modo adhuc vivat, verum etiam in eadem tragœdia in scenam mox prodeat. Verum multa hujusmodi apud Euripidem. Elmsl.

40. καλχαίνω. Eleganter interpretatur Suidas κατὰ βάθος μεριμνᾷν, quo sensu adhibetur et Soph. Antig. 20. Metaphoræ occasionem dedisse videtur quod *murex* (κάλχη dictus

Lycoph. V. 864. Nicand. Alex. 393.) in fundo maris natura degere solent. MUSGR. Legendum autem καλχαίνων. Vide ad Bacch. 1085.

42. ὑπηγκαλισμένη. Legitur ὑπαγκάλισμα apud Soph. Trach. 540. Eurip. Tro. 761. Hel. 243. Ion. 1336. Postremus locus ita scribendus est; Ὁρᾷς τόδ' ἄγγος χερὸς ὑπαγκάλισμ' ἐμῆς. Cum autem ὑπαγκαλίζων habeat noster Cycl. 495. nostro loco non male legeretur ὑπηγκαλισμένον vel ὑπηγκαλισμένας passivo sensu. Sed nihil temere mutandum. ELMSL.

44. κἀπιβωμιοστατεῖν. *Et collocare supplices ad aram.* PORTUS. Imo, *stare.* Monstrum vocis appellat Musgravius; qui recte monet πελάζειν intransitive accipiendum esse. Noster Phœn. 510. πρὸς δὲ τοῖσδ' αἰσχύνομαι, Ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε, καὶ πορθοῦντα γῆν, Τυχεῖν ἃ χρῄζει. Ceterum nullo sensu sæpius usurpantur αἰδεῖσθαι et αἰσχύνεσθαι, quam de feminis virorum oculos fugientibus, ut nostro loco. ELMSL.

45. οἷσι πρεσβεύει γένος. *Quibus provectior est ætas.* BARNES. Miror Musgravium non vidisse γόνος [ita enim legit] apud tragicos semper *prolem* significare. Etsi locum in promtu non habeo, ubi γένος *ætatem* significet, non dubito quin versionem recte dederit Barnesius. ELMSL.

47. πρὸς βίαν. Soph. Elect. 1489. MUSGR.

49. κήρυκα Εὐρυσθέως. Cujus nomen in ipsa fabula nusquam legitur. Copreum eum appellat præter alios Homerus Il. O. 638. ὁ δ' οἷον ἔπεφνε Μυκηναῖον Περιφήτην, Κοπρῆος φίλον υἱὸν, ὃς Εὐρυσθῆος ἀέθλων Ἀγγελίης οἴχνεσκε βίῃ Ἡρακλείῃ. Ubi vide Scholiasten, qui tradit, Eurystheum Herculi mandata dedisse, non præsentem præsenti, neque enim intra urbem admittere præ formidine ausus est, sed per Coprea hunc internuncium. Paria docet Apollod. Bibl. II. 4. ELMSL. MUSGR.

52. μῖσος. Res pro persona. Vide ad Orest. 467.

56. Vulgo καλῶς φρονῶν; Legendum cum Tyrwhitto, deleta etiam interrogationis nota, κακῶς φρονῶν. MUSGR. Ita κακῶς φρονοῦντες Med. 253. Interrogative, necne, accipiantur particulæ ἤ που, parum aut nihil refert. Anglice verte, *I suppose.* Vide Nostrum Hec. 758. Or. 425. 832. Phœn. 378. 1072. Alc. 199. Suppl. 152. 764. Iph. A. 660. Iph. T. 899. Bacch. 897. Hel. 575. 600. 791. 1465. Herc. 1145. El. 233. 635. Soph. Aj. 176. 382. 622. 850. 1008. 1229. ELMSL.

57. ὃς πάροιθ' αἱρήσεται κ. τ. λ. *Qui fractas res tuas Eurysthei potentiæ anteponat.* BROD.

60. λεύσιμος δική. Vide ad Orest. 50. Bacch. 337.

64. Vim particularum οὔτοι—γε in hoc versu melius Anglice quam Latine explicare possum. *Surely you will not take us away by force.* Elmsl. Paulo accuratius redditur in Cens. Trim. *Assuredly you shall not take us away by force.* Particulas οὔ τοι omnem dubitationem excludere recte monet V. D. conferens Phœn. 432. Med. 916. Alcest. 734. Æsch. Theb. 242. Soph. Œd. C. 176. Arist. Plut. 64.

65. Passim legitur ἦσθ' ἄρα pro ἦσθα. Cf. Nost. Or. 1662. Iph. T. 1275. Elmsl.

67. ἄπαιρ'. Hoc dicens, Iolaum violenter ab ara avellit, et humi prosternit Copreus. Elmsl.

68. νομίζων. Legendum κομίζων. Sensus est: κομίζων [αὐτοὺς] Εὐρυσθεῖ, οὗπέρ εἰσι [δοῦλοι]. Ita fere Noster El. 859. ἔρχεται δέ σοι Κάρα 'πιδείξων, οὐχὶ Γοργόνος, φέρων, Ἀλλ' ὃν στυγεῖς Αἴγισθον. Interpretare: ἀλλ' Αἰγίσθου, ὃν στυγεῖς. Elmsl. Certissima emendatio.

70. Hesychius: Ἀγοραίου Διός· βωμὸς Ἀθήνησι. Verum, nisi alius fuit Marathone Jupiter Ἀγόραιος, necesse est ut sui oblitus sit poëta, qui scenam ibi constituit v. 80. Musgr. Si ἀγορὰ Marathone fuit, veri simile est Jovis Ἀγοραίου aram ibi fuisse. Ad Ἐλέου aram Athenis supplices consedisse Herculis liberos auctor est Apollodorus; II. 8. 1. Herodotus V. 46. Οἱ γάρ μιν Σελινούσιοι ἐπαναστάντες ἀπέκτειναν καταφυγόντα ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμόν. Elmsl. Omnem δῆμον suam ἀγορὰν habuisse putat V. D. in Cens. Trim. T. IX. p. 354.

71. στέφη μιαίνεται. Vide ad v. 124.

75. Vera hujus loci scriptura unice Hesychio debetur, cujus glossa ita se habet: ἀμαλόν· ἁπαλὸν, ἀσθενῆ. Εὐριπίδης Ἡρακλείδαις δηλοῖ. Quæ verba primus, ni fallor, ad nostrum locum retulit Wesselingius Probabil. cap. 5. p. 38. ab Heathio indicatus. Ed. Ald. γέροντα μᾶλλον.

76. χύμενον. Participium veteris aoristi, qui aliquoties apud Homerum legitur. Male ἐχύμην, ἐλύμην, ἐβλήμην, ἐλέγμην, et similia, ex præterito plusquam perfecto per ἀφαίρεσιν nata esse statuunt grammatici. Tantum inter χύμενος et κεχυμένος interest, quantum inter θέμενος et τεθειμένος. Usurpat hoc participium etiam Æsch. Choëph. 399. Eum. 263. et fortasse Noster Herc. 1029. ubi vulgo κεχυμένος. Elmsl. Virg. Æn. IX. 164. *fusique per herbam Indulgent vino.* Iterumque v. 722. *fuso germanum corpore cernit.* Musgr.

80. Atticæ pars erat Tetrapolis, ex quatuor oppidis [δήμοις] constans, quorum unum erat Marathon. Strabo VIII. p. 383. [a Brodæo allegatus:] Ξοῦθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα

γήμας, ᾤκισε τὴν τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς, Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον, καὶ Τρικόρυθον. Aristophanes Lys. 285. ad pugnam Marathoniam respiciens: Μή νυν ἔτ' ἐν Τετραπόλει τοὐμὸν τροπαῖον εἴη. Commemorat quoque Diodorus Siculus IV. 57. XII. 45. ut et Scholiastes Sophoclis ad Œd. C. 701. [a Brodæo citatus:] Λακεδαιμόνιοι τὴν λοιπὴν γῆν δῃοῦντες, τῆς μὲν Τετραπόλεως ἀπέσχοντο διὰ τοὺς Ἡρακλείδας, τῶν δὲ μορίων, διὰ τὰς ἀράς. Musgr. Notam interrogationis post ὅδ' habent omnes edd. præter Aldinam et Hervagianam primam. *Hiccine* omnes interpretes. Ὅδ' nostro loco δεῦρο significat. Vide nostræ fabulæ vv. 49. 118. 924. Plura dabit Blomfieldius ad Æsch. Prom. 977. Elmsl. Tyrwhittus conjecit σὺ δ' ἐκ in not. MS. *Class. Journ.* T. XVI. p. 392.

82. ἢ πέραθεν. Ita minus recte Barnesius. Superiora verba de regionibus accipienda sunt, ex quibus terrestri itinere in Atticam veniendum erat. Sensus igitur est: *Terra marine huc advenistis?* Elmsl. Qui ἦ reposuit.

83. Εὐβοΐδ' ἀκτάν. Eubœam reliquisse eos conjicit, utpote Marathoni vicinam. Musgr. Herodotus VI. 102. Ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης. Elmsl. κατέσχετ'. *Huc appulistis.* Brod. Vide ad Cycl. 349.

84. Incertus Rhes. 697. Ἢ νησιώτην σποράδα κέκτηται βίον. Elmsl.

88. ἴστε που. *Nostis fortasse.* Brod. Minus recte interrogative Portus aliique omnes. Vide ad Supplic. 115. Elmsl.

95. τί χρέος; *Quid rei est?* Nos; *What is the matter?* Quo sensu usitatius est, τί χρῆμα; Vide ad v. 641. Sequentia verba vertunt interpretes, tamquam si pro ἢ legatur ἦ. Sed recte se habet ἢ. Sensus est: *Nisi causam adventus tui potius civitatis magistratibus quam nobis aperiendam censes.* Confer Coprei verba infra v. 116. Elmsl.

97. Vide ad v. 221.

103. ἀπολιπεῖν. Brodæi interpretationem [*despicere, contemnere,*] cum vulgata scriptura conciliare nequeo. Heathius vocativum ξένε et pronomen σ' ad Iolaum pertinere censet. Musgravius ἀπολείπειν σφ' ἔδη conjicit. Manifestum est, metro convenientius esse ἀπολιπεῖν quam ἀπολείπειν. Sed cum censeam poëtam neque ἀπολείπειν neque ἀπολιπεῖν scripsisse, vulgatam scripturam non muto. Elmsl. Vulgo ἀπολείπειν. Matthiæo præivit Seidlerus ad Troad. p. 25.

107. ἱκεσίαν. Adjectivum est, quod Barnesius non intellexisse videtur, ab ἱκέσιος, cujus exemplum vide infra v. 517.

Musgr. Major difficultas in verbis μεθεῖναι πόλει. Omnes interpretes ἄθεον cum πόλει conjungunt, vertentes: *Impium est civitatem negligere supplicem hospitum supplicationem.* Quasi vero μεθεῖναι *negligere* significet. Scilicet μεθεῖναι et παρεῖναι confundunt. Μεθεῖναι πόλει, ni magnopere fallor, nihil aliud significare potest quam *dedere* aut *tradere civitati*, Argivæ scilicet sive Mycenææ. Sed vehementer suspicor poëtam scripsisse μεθεῖναι πάλιν aut μεθεῖναί τινι. Elmsl. Qui tamen ἄθεον πόλει scribendum censet ad Med. 719.

109. καλὸν δέ γ' ἔξω κ. τ. λ. Huic simile adagium a Zenobio profertur III. 62. Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις· ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνου καθεστώτων. Æschylus Choëph. 695. Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα. Idem Prom. 263. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς Πράσσοντας. [Eurip. Hippol. 1283. Πήματος ἔξω πόδα τοὐδ' ἀνέχεις] Brod.

110. εὐβουλίας—τῆς ἀμείνονος. Exspectasses, γνώμης τῆς ἀμείνονος, vel τῆς ἀμείνονος sine substantivo. Herodotus VII. 16. Ἐπειδὴ τέτραψαι ἐπὶ τὴν ἀμείνω. Quo sensu πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς γνώμης dixit Soph. Aj. 743. Elmsl.

113. θεῶν ἀφέλκειν. Interpretare: βωμῶν ἀφέλκειν. Sic infra v. 440. dicitur, τίς γὰρ ἄστεπτος θεῶν, pro τίνος θεοῦ βωμὸς ἄστεπτος. Nostro loco non male legeretur, mutato duorum vocabulorum ordine, ἀλλὰ μὴ βίᾳ θεῶν ξένους ἀφέλκειν. Quicquid enim impie et spreta deorum religione fit, βίᾳ θεῶν fieri dicunt tragici. Exempla passim occurrunt. Elmsl.

118. καὶ μὴν ὅδ' αὐτὸς κ. τ. λ. Vide ad Orest. 713.

122. Mediam formam ἀθροίζεται alibi non reperi. Compositum ἐξαθροίζεται habet Noster Phœn. 1169. Elmsl.

124. βωμὸν καταστέψαντες. Prosæ orationis scriptor dixisset, ἱκετηρίας θέντες, *ramis supplicibus in aram depositis.* Andocides de Mysteriis p. 54. ed. Reisk. Κατηγόρησαν δέ μου καὶ περὶ τῆς ἱκετηρίας, ὡς καταθείην ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ· νόμος δὲ ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις, τεθνάναι. Et paullo post: Ἀναστὰς Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τὴν σκευὴν ἔχων, λέγει, ὅτι ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ. Audiendus Brunckius ad Soph. Œd. T. 3. Ἱκετηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι. *Non coronis erant redimiti, sed manibus ferebant ramos oleæ lana obvolutos.* Brunckii interpretationem non ex omni parte veram esse ostendit ejusdem fabulæ v. 143. ubi consurgere de sedibus jubentur supplices, ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους, *tollentes supplices ramos*, quos super aram, cui assedebant, deposuerant. Ita accipio Æschyli locum Suppl. 249. Κλάδοι γε μὲν δὴ, κατὰ νόμους ἀφικτόρων, Κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις. Confer

etiam v. 940. Κλάδους τε τούτους αἶψ' ἐν ἀγκάλαις λαβὼν, Βωμοὺς ἐπ' ἄλλους δαιμόνων ἐγχωρίων Θές. Elmsl. Vide ad Nostri Suppl. 10. 258.

129. Reiskius ὥστε μ' ἐκβαλεῖν δάκρυ. Vide Hec. 295. Iph. A. 441. 467. Hel. 1547. Ion. 924. Æoli fr. 21. Elmsl.

130. De feminino Ἕλληνα vide ad Iph. T. 331.

134. τοῦτο γὰρ θέλεις μαθεῖν. *Hoc enim unum erat, quod interrogasti. Ast ego, cur veniam et e quo,* etiam non interrogatus, *dicam.* Musgr. Confert Elmsleius Soph. Phil. 233.

137. ὦ ξένε. Arroganter pro ὦ ἄναξ. Musgr.

138. ὁμαρτῆ. *Simul.* Hesych. ὁμοῦ. Iota subscriptum habere debet, ut in Hec. 822. Legitur ἁμαρτῇ eodem sensu apud Homerum.

140. ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ. Herodotus III. 136. Ἀπιγμένου δὲ ἤδη τούτου ἐς τὴν ἑωυτοῦ, ὁ Ἀριστοφιλίδης ἔλυσε τοὺς Πέρσας. VIII. 34. Τὸ μὲν πλεῖστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ—ἐσέβαλε ἐς Βοιωτοὺς, ἐς τὴν τῶν Ὀρχομενίων. Ita recte edd. ante Wesselingium. VIII. 73. Ἓν δὲ ἔθνος τὸ Ἀχαϊκὸν, ἐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε, ἐκ μέντοι τῆς ἑωυτῶν. IX. 27. Ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. Elmsl.

141. ἐκεῖθεν. Pro ἐκεῖ. Ita Æsch. Suppl. 395. δεῖ τοί σε φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν. Elmsl.

142. δίκαιοι ἐσμέν. *Jus habemus.* Sic infra v. 771. Vide ad Suppl. 185.

144. πολλῶν δὲ κἄλλων. Notæ sunt locutiones πολλοὶ καὶ ἄλλοι, πολλὰ καὶ δεινὰ, πολλὰ καὶ κακὰ, et similes, in quibus καὶ nihil sententiæ addit. Noster Suppl. 573. πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους. Elmsl.

145. λόγοις. *Rerum statu,* vel *conditione.* Musgr.

146. Constructio est, οὐδεὶς ἐτόλμησε προσθέσθαι [αὐτοὺς,] ἴδια κακά. Musgr. Male. Thucyd. I. 78. Καὶ μὴ ἀλλοτρίαις γνώμαις καὶ ἐγκλήμασι πεισθέντες, οἰκεῖον πόνον προσθῆσθε. Ἴδια et οἰκεῖα confudit poëta, quæ proprie tantum inter sese differunt quantum κοινὰ et ἀλλότρια. Elmsl.

147. ἄλλ' εἴ τιν'. Optime Reiskius et Tyrwhittus, ἀλλ' ἤ τιν'. Εἰς σὲ pro ἐν σοί. Musgr. Imo, Ἀλλ' ἢ μωρίαν τινὰ ἐσκεμμένοι [ἐν σοὶ] δεῦρ' ἦλθον εἰς σέ. Obiter moneo, Atticos nunquam dicere σκέπτομαι, sed semper σκοπῶ aut σκοποῦμαι. Contra nunquam dicunt σκοπήσω aut σκοπήσομαι, sed semper σκέψομαι. Sic etiam ἐσκεψάμην et ἔσκεμμαι. Elmsl. Qui dedit ἀλλ' ἤ τιν'.

148. Distinguendum [cum Heathio], Δεῦρ' ἦλθον, ἐς κίνδυνον ἐξ ἀμηχάνων Ῥιπτοῦντες. Est ῥιπτοῦντες ἐς κίνδυνον, ut ῥίψαι

ἐς ἁλμὴν, Cycl. 165. Musgr. Nihil ad rem. Non enim dicitur ῥίπτειν εἰς κίνδυνον, sed ῥίπτειν (vel ἀναῤῥίπτειν) κίνδυνον. Photius: Κίνδυνον ἀναῤῥίψαι λέγουσι, μεταφέροντες ἀπὸ τῶν κύβων. Nos, To run a risk. Noster Inone fr. 6. Νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν Ῥίπτοντες. Incertus Rhes. 154. a Brodæo citatus: Ἐγὼ πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω Ῥίψας, κατόπτης ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν. Herodotus VII. 50. Νῦν δὲ κινδύνους ἀναῤῥιπτέοντες, ἐς τοῦτό σφεα προηγάγοντο. Thucydides IV. 85. Κίνδυνόν τε τοσόνδε ἀνεῤῥίψαμεν. Ibid. 95. Τοσόνδε κίνδυνον ἀναῤῥιπτοῦμεν. Ita passim. Nostro igitur loco pro ἐς κίνδυνον dedi ἢ κίνδυνον. Locum ita interpretare; *Sed vel aliqua tua stultitia observata huc ad te venerunt, vel periculum in rebus desperatis facientes, an auxilium sibi laturus esses, necne.* Verba ἐξ ἀμηχάνων leguntur etiam in El. 629. Elmsl.

152. ἀβούλους ξυμφοράς. Eodem sensu ξυμφορὰς ἀμηχάνους dixit poëta Med. 549. Ἄπορα πράγματα dicunt comici. *Inconsultas calamitates* minus recte Portus. Elmsl.

153. φέρ', ἀντίθες γὰρ, κ. τ. λ. Verte: *Age vero, comparationem institue; his in tuam terram admissis, et nobis eos abducere permissis, quid lucri habebis:* i. e. utrum hoc an illud plus commodi tibi afferet. Male in Versionibus: *hos dimittens in nostram terram.*

158. Non male legeretur, τὰ τοῦδ' οἰκτίσματα. Iolai scilicet, cui soli convenit sermonum mentio. Sed nihil obstat quo minus plurale τῶνδ' ad unum referatur. Sic infra v. 990. verba ἐμῆς ἐχθρᾶς de solo Hercule accipienda sunt. Elmsl.

161. ἀτὲρ χαλυβδικοῦ. Subaudiri σιδήρου monet Musgravius, qui comparat locutionem apud veteres comicos nostrates usitatissimam, *a Toledo*. Addere potuit, apud Nostrum El. 823. Doricum cultrum Δωρίδα, omisso μάχαιραν, appellari. Hesychius: Χαλυβδική· [χώρα] τῆς Σκυθίας, ὅπου σιδήρου μέταλλα. Ipsa gens promiscue Χάλυβες et Χάλυβοι a tragicis dicitur. Vide Æsch. Prom. 133. 714. Theb. 734. Eurip. Alc. 994. Cretensibus fr. 2. Elmsl. Vide Valck. ad Catull. Callim. p. 155.

163. Legendum Τιρυνθίας γῆς. Quæ scriptura cum extra dubitationem posita videatur, infelices doctorum virorum conjecturas memorare supersedeo. Verba πεδία γῆς infra leguntur v. 393. πεδία χθονὸς supra v. 34. Ad agri Tirynthii mentionem illustrandam satis erit monere, Herculem et Eurystheum promiscue Tirynthios et Argivos a tragicis appellari. Vide ad Alc. 499. Hercules Ephippi comici apud Athen. p. 442. E. Οὐκ οἶσθά μ' ὄντα, πρὸς θεῶν, Τιρύνθιον Ἀργεῖον, οἳ

μεθύοντες ἀεὶ τὰς μάχας Πάσας μάχονται; Respondet alter, τοιγὰρ οὖν φεύγουσ' ἀεί. ELMSL. Qui notam interrogationis post φήσεις, iterumque post ἔχειν, posuit, commate post ἀφαιρεθεὶς amoto.

165. ἤ. Recte Barnesius ἤ, quod *certe* reddidit Portus.

166. γέροντος τύμβου. Cf. Med. 1999. Arist. Lysist. 372. MUSGR.

167. τὸ μηδὲν ὄντος. Vide ad Androm. 50.

168. εἰς ἄντλον ἐμβήσεις πόδα. Apud vetustissimos scriptores Græcos ἄντλος eam navis partem significare videtur, quæ postea κοιλὴ ναῦς sive κοιλία appellata est. Ita præter Homerum Od. M. 411. O. 478. Alcæus apud Heraclidem Ponticum p. 413. ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει. Apud Atticos ἄντλος potius de aqua marina et sordibus quæ in imam navem confluunt, quam de ipso loco dicitur. Apud Nostrum Tro. 694. exhibentur nautæ in tempestate, Ὁ μὲν παρ' οἴακ', ὁ δ' ἐπὶ λαιφεσὶν βεβὼς, Ὁ δ' ἄντλον εἴργων ναός. *Sentinam hauriens* Portus, cujus versionem confirmat Cicero Catone Maj. c. 6. *Similesque sunt, ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant.* Minus recte, meo quidem judicio, *undam insultantem a navi arcens* Hemsterhusius ad Lucianum I. p. 108. Apud Æsch. Theb. 802. ἄντλον δέχεσθαι dicitur, ubi Latini *sentinam trahere* dicerent, nos *to leak* diceremus. Ἄντλον pro πέλαγος καταχρηστικῶς dixit Noster Hec. 1003. Nostro loco intellige *turbidam et fœtidam aquam.* Comparat Musgravius Æsch. Choëph. 695. Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα. ELMSL. Vulgo ἐμβήσει. Reiskius ἐμβήσεις. Sed præstat vulgata.

169. ἐρεῖς. *Dices*, civibus tuis scilicet. Suspecta habeo verba ἐλπίδ' εὑρήσειν, minime vero verba τὸ λῷστον, *at best*, pro quibus τὸ λοῖσθον scribendum putat Musgravius. ELMSL.

170. ἐνδεές. *Deterius.* Noster Phœn. 701. Πολλῷ γὰρ ἧσσον ἐνδεεῖς διαλλαγάς. Andromeda fr. 24. Τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς, Νόμῳ νοσοῦσιν. ELMSL.

175. δοὺς μηδέν. Ita etiam Dobræus ad Arist. Plut. 913. Vulgo δός. Verte post Elmsleium; *Nihil de tuo dans, sed nostra nobis reddens.*

176. φιλεῖτε. *Soletis.* BROD. Vide Schneider. ad Xenoph. *de Rep. Athen.* III. 10.

179. λόγον. Significat, ut alibi passim, *rem de qua deliberatur.* ELMSL.

181. ὑπάρχει μὲν τόδε. *Boni hoc suppetit.* Vide v. 351. Herc. F. 683. MUSGR.

182. ἐν μέρει. *Vicissim.* Vide Cycl. 253. Musgr.

183. πρόσθεν. Subintellige τοῦ ἀκοῦσαι σέ μου, nempe τὰ ἐμὰ δίκαια.

184. Legendum, ni fallor, οὐδέν ἐστιν ἐν μέσῳ. *Nihil mihi cum isto negotii est.* Ita etiam Valckenærius ad Hippol. 224. conferens Ion. 1283. Musgr. Ἐν μέρει natum videtur e v. 182. Elmsl.

186. δοκῆσαν. Vide ad Hec. 116. Suppl. 128.

187. ὡς Μυκηναίοις. Poëtæ Argos et Mycenas pro eadem civitate accipiunt. Strabo VIII. p. 377. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον, καὶ τὴν χώραν διενείμαντο [Olympiadis LXXVIII. anno primo, teste Diodoro Siculo XI. 65.]. διὰ δὲ τὴν ἐγγύτητα, τὰς δύο πόλεις ὡς μίαν οἱ τραγικοὶ συνωνύμως προσαγορεύουσι. Εὐριπίδης δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δράματι, τότε μὲν Μυκήνας καλῶν, τότε δ' Ἄργος τὴν αὐτὴν πόλιν, καθάπερ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ Ὀρέστῃ. Brod. Non est quod miremur Euripidem Argos et Mycenas confudisse, quo puerulo Mycenæ funditus sublatæ sunt, cum idem fecerit Æschylus, cujus tres fabulæ ad Agamemnonis historiam pertinentes novem tantum annis post eversas Mycenas actæ sunt. Is enim non solum Argos pro Mycenis passim nominat, verum etiam ne semel quidem in fabulis hodie superstitibus Mycenarum mentionem facit. Quæ fuerit Mycenarum conditio tempore belli Persici, ex Herodoto satis novimus, qui ex duabus civitatibus simul conjunctis, iisque olim florentissimis, Mycenis et Tirynthe, non plures quam quadringentos milites Platæis pugnasse narrat: Lib. IX. 28. Ex eodem discimus, ter mille Sicyonios totidemque Megarenses prælio Platæensi interfuisse. Ceterum longe sæpius Argos pro Mycenis nominant tragici, quam Mycenas pro Argis. Ubicunque in nostra fabula Argos memorat poëta, intelligendæ sunt Mycenæ. Mycenis enim regnavit Eurystheus. Contra in Supplicum v. 1136. male nominantur Mycenæ. Argivus enim fuit Adrastus, Argivæ mulieres chorum istius tragœdiæ complent. Utriusque fabulæ argumentum breviter et eleganter narrat Herodotus IX. 27. accurate servato duarum civitatum discrimine: Ἡρακλείδας, τῶν φασι οὗτοι [οἱ Τεγεᾶται] ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα [Ὕλλον] ἐν Ἰσθμῷ, τούτους πρότερον ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, ἐς τοὺς ἀπικοίατο φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς ΜΥΚΗΝΑΙΩΝ, μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθῆος ὕβριν κατείλομεν, σὺν κείνοισι μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον. τοῦτο δὲ, ΑΡΓΕΙΟΥΣ τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαντας, τελευτήσαντας τὸν

αἰῶνα, καὶ ἀτάφους κειμένους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκρούς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. Elmsl. De *ὡς* pro *εἰς* vide ad Phœn. 1400.

193. *Trachinis* mentionem satis illustrant Pausanias, I. 32. et Apollodorus, Bibl. II. 8. 1. Achaiam autem hic intellige Thessalicam, aliter *Φθιῶτιν* appellatam, in qua Trachinem collocat Sophocles apud Strabonem IX. p. 433. *Οὕτω καὶ Σοφοκλῆς τὴν Τραχινίαν Φθιῶτιν εἴρηκεν.* Elmsl.

197. *κρίνουσι.* Barnesius dedit *κραίνουσι,* Elmsleius longe rectius *κρανοῦσι.*

200. Emendat Tyrwhittus [cum Reiskio] *πάρος* pro *βάρος,* conferens Ion. 488. *Ἐμοὶ μὲν πλούτου τε πάρος βασιλικῶν θαλάμων τ', εἶεν τροφαὶ κήδειοι κεδνῶν τέκνων.* Neque obstat quod sic malum bono comparetur. Idem enim et infra videas v. 1007. Musgr. Soph. Œd. C. 418. *Κᾆθ' οἱ κάκιστοι τῶνδ' ἀκούσαντες, πάρος τοὐμοῦ πόθου προὔθεντο τὴν τυραννίδα;* Adde quod *αἰσχύνη* in bonam partem accipi potest, pro dedecoris vitandi studio. Quo sensu dicitur *αἰδὼς* supra v. 6. Thucydides I. 84. *Αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία.* Elmsl. Cf. Juv. Sat. VIII. 83. *Summum crede nefas animam præferre pudori.*

202. *πόλιν μὲν ἀρκεῖ.* *Quod ad civitatem attinet, satis dictum est.* Elmsl.

203. 204. Particulam *γε* solenni vitio a librariis bis additam dele. Eandem sententiam habet Noster Or. 1155. *Βάρος τι κἀν τῷδ' ἐστὶν, αἰνεῖσθαι λίαν.* Iph. A. 968. *Αἰνούμενοι γὰρ ἁγαθοὶ, τρόπον τινὰ Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἢν αἰνῶσ' ἄγαν.* Elmsl.

209. *ἄνειμι.* *Redeo* aut *repeto* omnes interpretes. Imo, *repetam.* *Εἶμι* enim semper futurum est. Mœris p. 16. *Ἄπεισιν Ἀττικῶς. ἀπελεύσεται Ἑλληνικῶς.* Ubi vide Piersonum scriptoresque ab eo laudatos. Elmsl. Vide etiam ad Phœn. 574.

211. *Πέλοπος θυγατρός.* Quam Lysidicen appellat Plutarchus Theseo p. 4. A. Anaxo Apollodorus II. 4. 5. monente Musgravio. Vide Heynium ad Apollodorum p. 129. ed. 1803. Elmsl.

212. *γεγώς.* Pro *γεγῶτε.* Elmsl.

213. *ἥκεις.* Pro *προσήκεις,* monente Porsono ad Phœn. 372. Elmsl.

216. Castiga *ὑπασπίζειν,* et *Θησῇ,* non *Θησεῖ.* Brod. Quem recte reprehendit Barnesius, quod non viderit ordinem horum verborum esse, *φημὶ γάρ ποτε σύμπλους Θησεῖ γενέσθαι, τῶνδ' ὑπασπίζων πατρί.* De hac fabula insignis Nostri locus est Herc. 405. sqq. Vide etiam Apollodorum II. 5. 9. ejusque inter-

pretem Heynium. Quare autem hanc expeditionem inter Herculis erga Theseum merita memoret Iolaus, docebit Hyginus Fab. 30. cujus verba ita dubitanter corrigo: *Hippolyten Amazonum reginam, Martis et Otreræ filiam, interfecit: cui mortuæ aureum balteum detraxit, filiam Antiopam captivam Theseo donavit.* Elmsl.

218. ἐρεμνῶν. Ita ego audacter repono pro ἐρυμνῶν. Barnes. Ἐρεμνὸς, *tenebricosus, niger*, alibi apud Euripidem non legitur. Bis apud Sophoclem, Ant. 700. Aj. 376. Elmsl.

221. Versus 221. et 222. a sciolo profecti sunt, qui putabat aliquid ad sententiam desiderari post versum 220. Sed delendi omnino sunt; nec damnum inde patietur Euripides, apud quem supra v. 97. iidem versus cum levi discrimine rectissime leguntur. Piersonus: Verisim. p. 177. Utrobique verba θεῶν τῶν σῶν cum ἀποσπασθέντες conjungunt omnes interpretes, vertentes, *a diis tuis avulsi.* Nec male. Quamquam aliter accipi possunt hi versus, verbis scilicet θεῶν τῶν σῶν ad πρὸς βίαν relatis, eo sensu quo supra v. 78. dicitur, σοὺς ἀτιμάζων θεούς. Vide omnino ad v. 113. Elmsl.

223. Abundat metrum. Vocem κακὸν ejicit Erfurdtius ad Soph. Œd. T. 1492. sed in ed. min. ejusdem fabulæ legit ἐν πόλει κακόν. Melius fortasse Elmsleius χωρὶς amovet.

225. βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον. Eadem verba in Alc. 402. Elmsl.

226. καταστέφω χεροῖν. Optime hæc verba illustrat Noster Androm. 876. στεμμάτων δ' οὐχ ἥσσονας Σοῖς προστίθημι γόνασιν ὠλένας ἐμάς. Iph. A. 1203. Ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν Τὸ σῶμα τοὐμόν. Nostro loco male post καταστέφω interpungit Musgravius, χεροῖν pro πρὸς χεροῖν accepto. Elmsl.

227. καὶ πρὸς γενείου. Quasi superiore versu præcedat, Ἀλλ' ἄντομαί σε πρὸς γονάτων. Elmsl.

228. Legendum εἰς χέρας λαβεῖν. Noster Herc. 602. οὐκ ἀτιμάσω Θεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας. Vertit Portus, *Non dedignabor primum deos domesticos salutare.* Nostri loci sensus est, *Ne dedigneris Herculis liberorum patrocinium suscipere.* Elmsl.

231. κρείσσω, πλὴν κ. τ. λ. Noster Temenidis fr. 7. Οὐκ ἔστι κρεῖσσον ἄλλο, πλὴν κρατεῖν δορί. Elmsl.

236. ὁδοί. *Argumenta ac rationes.* Vide Soph. Œd. T. 67. 311. Eurip. Hec. 727. Phœn. 910. Brod. Συμφορᾶς nostro loco τῆσδε τῆς συντυχίας significare videtur. Elmsl.

239. πανήγυριν. Numero ultra septuaginta fuisse docet Barnesius ex Apoll. Bibl. II. 7. Musgr.

240, 1. τὸ συγγενές τε κ. τ. λ. His versibus continetur secunda συμφορᾶς ὁδὸς, sanguinis scilicet conjunctio, et beneficia ab Hercule in Theseum collata. Male autem, mea sententia, hæc conjungit Demopho, quæ diserte separavit Iolaus supra v. 214. Rectius fecisset poëta, si quatuor συμφορᾶς ὁδοὺς Demophonti tribuisset. Verbum προυφείλω usurpant Noster Iph. T. 509. Aristoph. Vesp. 8. Lys. 648. Eandem significationem habere videtur cum simplici verbo ὀφείλω. ELMSL.

241. Distinguendum post τούσδε, ut χάριν sit accusativus pendens, de quo vide ad Helen. 77. MUSGR.

243. sqq. εἰ γὰρ παρήσω κ. τ. λ. His quatuor versibus explicatur tertia συμφορᾶς ὁδὸς, scilicet τὸ αἰσχρόν. Duplicem autem turpitudinem hic memorat Demopho: unam, ut deorum altaria impune ab homine peregrino violentur: alteram, ut Herculis liberis opem implorantibus perfugii locus denegetur, ubi adversus hostium injurias in tuto sint. Illud quidem libera civitate indignum censet Demopho, hoc autem vix ipsa morte tolerabilius. Nulla igitur erat causa quare hunc locum ita partim refingeret Musgravius: οὐκ ἐλεύθερον Οἰκεῖν δοκήσω γαῖαν, Ἀργείοις δ' ὄκνῳ Ἱκέτας προδοῦναι. Omnino retinendum ὀκνῶ. Verba ὀκνῶν προδοῦναι supra leguntur v. 28. προδοῦναι γὰρ ὀκνοῦσα in Alc. 180. Ubique ὀκνῶ pro αἰσχύνομαι accipiendum est. ELMSL.

246. καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας. Verte fere cum Musgravio: *Et hoc*, scilicet τὸ Ἀργείοις ἱκέτας προδοῦναι, *parum admodum a suspendio distat.* Aristoph. Ach. 125. a Brodæo citatus: τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; Noster Alc. 231. Αἶ, αἶ, ἄξια καὶ σφαγᾶς τάδε, Καὶ πλεῖον ἢ βρόχῳ δέρην Οὐρανίῳ πελάσαι. ELMSL.

249. Vulgo ἀποσπάσῃ. Sed μὴ δείσῃς ὡς (vel ὅπως), μὴ ἐλπίσῃς ὡς, et similia, futurum postulant. Ita Noster infra v. 1046. Sic etiam Soph. El. 963. 1309. 1426. Xenophon Pæd. VI. 2, 30. Στρωμάτων δὲ ἐνδεηθέντες μὴ δείσητε ὡς οὐχ ἡδέως καθευδήσετε. Adde nostræ fabulæ v. 160. ELMSL.

253. Malim [cum Heathio] ᾗ τε. MUSGR.

255. Sensus est, ἐμοὶ αἰσχρὸν τόδ' ἐστὶν, ἀλλ' οὐ σοὶ βλάβος. Adhibita interrogatione, quam primus adhibui, particula negativa locum mutare debet. Nam οὐκ οὖν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, interrogative dictum idem valet atque ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν sine interrogatione. Sic etiam idem significant ἀλλὰ σοὶ βλάβος cum interrogatione, et ἀλλ' οὐ σοὶ βλάβος sine interrogatione. Minus necessaria est igitur scriptura a Musgravio proposita, Οὔκουν ἐμοὶ τόδ' αἰσχρὸν, ἀλλ' οὐ σοὶ, βλάβος. Discrimen quod inter οὐκοῦν et οὔκουν statuunt grammatici, verissimum est, si Plu-

tarchi aut Luciani scripta pro veræ Græcitatis norma accipiantur. Apud veteres Atticos utraque particula semper propriam suam significationem servat. Ego ubique οὔκ οὖν scribo, adhibita, prout opus est, vel omissa interrogatione. Elmsl.

256. ἔμοιγ'. Supplendum, βλάβος ἐστί. Deinde μεθῶ *sinam* aut *patiar* vertunt omnes interpretes. Μεθιέναι *dimittere, tradere, dedere* significat. Sensus est, ἐὰν σοι μεθῶ τούσδε, ἵνα ἐφέλκῃ αὐτούς. *Ut tecum Argos abducat eos.* Elmsl.

264. Notam interrogationis dele. Βλάπτεσθ' enim imperativus est, secus atque ab omnibus interpretibus acceptum est. Vertit Portus, *Lædimini* ergo, *quod ego non polluam deos?* Imo, *Lædiminor, modo ego non polluam deos.* Elmsl.

270. κοὐκ ἐς ἀμβολάς. *Idque statim.* Eadem locutio est Hel. 1297. οὐκ ἐς ἀμβολὰς Εὐεργετήσω σ'. Musgr. Similia audit præco apud Æsch. Supplic. 932. Κλάοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' εἰς μακράν. Elmsl.

278. 'Αλκάθου τέρμασιν. Intellige, *Megarensium finibus*, sic dictis ab Alcathoo Pelopis filio, qui Megaris paullo ante regnavit. Musgr.

280. λαμπρός. *Vehemens, rapidus, potens.* Aristoph. Eq. 430. Ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη, καὶ μέγας καθιείς. 760. Πρὸς ταῦθ' ὅπως ἔξει πολὺς καὶ λαμπρὸς εἰς τὸν ἄνδρα. Musgr.

281. καὶ φυτοῖς. *Arboribus*, quas præcisurus erat, regionem depopulans. Brod. Δενδροτομεῖν vocant Thucydides Lib. I. Diodorus Siculus XIII. 108. Musgr. Res spectatoribus tempore belli Peloponnesii satis superque nota. Elmsl.

284. φθείρου. Id est, *In malam rem, abi in malam crucem.* Aristoph. Plut. 598. 610. Ach. 460. Brod. Rectius, *Get you gone.* Vide omnino Nostrum Androm. 699. 706.—τὸ σὸν Ἄργος. *Argos illos quos tantopere prædicas.* Noster Hippol. 112. Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. Elmsl.

286. Legendum 'Αργείων πόλιν. Ordo est, οὐ γὰρ ἔχω τήνδε πόλιν ὑπήκοον 'Αργείων. Veteres libentius dixerunt ὑπήκοός σου quam ὑπήκοός σοι. Æsch. Pers. 234. Πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν 'Ελλὰς βασιλέως ὑπήκοος. Herodotus VII. 111. Σάτραι δὲ οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο. Similia sunt ὑπήκοοι τῶν 'Ασσυρίων apud Xenoph. Pæd. IV. 2. 1. ὑπήκοοι τῶν Μοσυνοίκων Anab. V. 5. 1. et alia apud veteres passim. Dativus, quem sæpe adhibent recentiores, vulgo legitur apud Aristoph. Plut. 146. Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα. Sed hæc scriptura fortasse librariis debetur ad sui sæculi normam omnia refingentibus. Elmsl.

291. μᾶλλον ἔτ', ἢ πρίν. *Se præstabit acrem* supplet Portus. Potes etiam, ὥρα προνοεῖν. Quod si placet, verba μάλα δ' ὀξὺς Ἄρης ὁ Μυκηναίων parentheseos notis includantur. ELMSL.

292. πᾶσι γὰρ οὗτος κ. τ. λ. Μισοκήρυκα fuisse Euripidem monuerunt tum alii, tum Marklandus ad Suppl. 399. Sed ovum ovo non est similius, quam hic Noster Copreus, qui modo discessit, præconi Ægyptio apud Æschylum Supplicibus, nec facile dixeris uter eorum insolentius atque arrogantius se gerat. ELMSL.

293. πυργοῦν. Præter propriam significationem, *turribus ac mœnibus instruere, ædificare,* πυργοῦν apud tragicos sæpe μεγαλύνειν significat. Ita dicunt Latini, *in altum extollere.* Nostro loco *exaggerare* significare videtur. Verbum *exstruere* sensu non dissimili usurpat A. Gellius XIII. 24. monente Forcellino: *Crimen unum vocibus multis atque sævis exstruere.* Nisi vertere mavis, *fingere, fabricari.* Aristoph. Ran. 1004. Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνά. ELMSL.

296. διακναῖσαι. Interpretare, διολέσαι. ELMSL.

299. γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν. Ita passim loquuntur tragici. Noster Androm. 956. ὡς φίλων μὲν ἂν Γήμαιμ' ἀπ' ἀνδρῶν. Ibid. 1255. Κᾆτ' οὖν γαμεῖν δῆτ' ἔκ τε γενναίων χρεών, Δοῦναί τ' ἐς ἐσθλοὺς, ὅστις εὖ βουλεύεται. Incertus Rhes. 168. Οὐκ ἐξ ἐμαυτοῦ μειζόνων γαμεῖν θέλω. ELMSL.

300. Ordo est, κακοῖς ἐκοινώνησεν, ὥστε λιπεῖν κ. τ. λ. ELMSL. In v. 301. vulgo legitur λιπεῖν, quod in λιπὼν mutavit Matthiæ.

307. δεξιάν. Dextras et a paciscentibus, et a salutantibus, mutuo datas quis nescit? Vide Virg. Æn. I. 412. Nostrum Med. 21. MUSGR. Confert Elmsleius Soph. Œd. C. 1632. Δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις, Ὑμεῖς τε, παῖδες, τῷδε.

314. μεμνημένοι τῶνδ'. *Memores horum* beneficiorum. PORT.

317. Superscribitur in meo Aldinæ exemplari ἀντηλλάξαντο. Lego, ἐνηλλάξαντο, *nobis mutabant,* i. e. *præ nobis malebant.* Idem compositi usus Soph. Aj. 208. 1060. MUSGR. Vulgo ἀπηλλάξαντο.

320. ὅταν θάνῃς. Frigere videtur Lennepio apud Phalarid. Epist. p. 114. Itaque corrigit ὡς ἂν σθένω, quæ formula Tragicis usitata. BECK. Multo melius videtur ὅσον σθένω, quod conjicit Valck. in Præf. ad Phalarid. Epp. p. 15. Cf. Elect. 71. Dedit Elmsleius ὅταν θάνω.

321. Θησέως πέλας. *Accedens Theseo;* i. e. apud inferos. BARNES.

322. αἴρω. Præsens pro futuro: ut πάρεστιν, Soph. Œd.

T. 785. Musgr. Αἰρῶ Porsonus ad Med. 841. Dedi ἀρῶ, Porsono, ut opinor, non invito. Elmsl.

324. Optime Musgravius, cum olim plene distingueretur post verba τοῖς Ἡρακλείοις, ita locum interpunxit, ut Iolai ad Theseum sermo etiam verba εὐγενὴς δ' ἀν' Ἑλλάδα σώζεις πατρῴαν δόξαν comprehenderet. Quo nuntio nihil umbræ Thesei gratius ad aures pervenire potuit. Elmsl.

326. οὐδὲν κακίων κ. τ. λ. Aperte hic poeta optimus Homerum fontem haurit, qui Od. B. 276. ita canit: παῦροι γάρ τοι παῖδες κ. τ. λ. Brod.

344. Legendum ἑζώμεσθα δή. Contrarium vitium supra v. 33. emendavit Barnesius. Noster El. 107. Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τήνδε προσπόλων τινὰ, Πηγαῖον ἄχθος ἐγκεκαρμένῳ κάρᾳ Φέρουσαν, ἑζώμεσθα, κἀκπυθώμεθα κ. τ. λ. Ubi ἑζώμεσθα *consistamus* sive *subsistamus* significat. Nostro loco verba ἑζώμεσθα μένοντες per μείνωμεν ἥμενοι explicanda videntur. Elmsl.

345. ἱκέται μένοντες κ. τ. λ. Vertit Portus, *Supplices exspectantes hic, donec civitas rem feliciter gesserit.* Quæ interpretatio defendi potest ex Androm. 255. Ὡς τοῦτ' ἄραρε, κοὐ μενῶ πόσιν μολεῖν. Sed magis placet Musgravii versio, *Supplices, ut civitas bene rem gerat, hic manentes.* De qua vide ad v. 34. Elmsl.

361. Σθενέλου. Eurystheus Stheneli filius. Brod. Homerus Il. T. 123. Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο. Elmsl.

370. παρά γ' εὖ φρονοῦσιν. Notam interrogationis primus addidit Stiblinus, secundus Portus. Cum hoc loco conferenda verba ποῦ τάδ' ἐν χρηστοῖς πρέπει infra v. 510. Utrobique particula interrogativa ποῦ non sine indignatione negat, ut sæpe apud tragicos. Soph. Œd. T. 390. Ἐπεὶ, φέρ' εἰπὲ, ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής; Aj. 1100. Ποῦ σὺ στρατηγεῖς τοῦδε; ποῦ δὲ σοὶ λεῶν Ἔξεστ' ἀνάσσειν ὧν ὅδ' ἤγετ' οἴκοθεν; Elmsl.

373. εἰ πόλιν ἥξεις. *Hostiliter* scilicet. De hac locutione consulendus Marklandus ad Suppl. 523. Soph. Trach. 259. Στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν, ἔρχεται πόλιν Τὴν Εὐρυτείαν. Elmsl.

374. οὐχ οὕτως. Exquisita locutio, quæ omnes interpretes fugit. Sensus videtur esse, *non impune, non illæsus.* Noster Alc. 695. Ἄγαν ὑβρίζεις, καὶ νεανίας λόγους Ῥίπτων ἐς ἡμᾶς, οὐ βαλὼν οὕτως ἄπει. Herodotus I. 16. Ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως. Elmsl.

379. τὰν εὐχαρίστως ἔχουσαν. Legendum τὰν εὖ χαρίτων ἔχουσαν. Noster Hippol. 462. Πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν, Νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν. Ad quem locum

citat Valckenærius similes nonnullas locutiones. Τὴν εὖ χαρίτων ἤκουσαν dixisset Herodotus. ELMSL.

384. Ego σε pro γε dedi. Ita Noster Hec. 1008. Ψεύσει σ' ὁδοῦ τῆσδ' ἐλπίς. Æsch. Pers. 472. Ὦ στυγνὲ δαῖμον, ὡς ἄρ' ἔψευσας φρενῶν Πέρσας. Soph. Œd. C. 628. εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με. Aj. 1382. καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ. Ita passim. ELMSL.

386. Vitiosum esse ἐστὶν ex eo apparet, quod rarissime ἐστὶ in initio versus legitur, nisi in initio sententiæ, vel saltem post aliquam pausam sive distinctionem. Dedi igitur εἶσιν, *veniet*, quod miror Musgravio in mentem non venisse. Utrum vero verba εἰς τὰς Ἀθήνας cum εἶσιν conjungenda sint, an cum verbis οὐ σμικρὸν φρονῶν, non usquequaque certum est. Ego Portum et Barnesium sequor, propter illud Nostri Hippol. 6. Σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα. In verbis, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν, nonnihil hæreo. Sententia postulare videtur ut particula καὶ propriam suam vim servet. Εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν, καὶ οὐ σμικρὸν φρονῶν. Sed in καὶ μάλα, καὶ λίαν, et similibus, omnino παρέλκειν videtur καί. Incertus Rhes. 85. Καὶ μὴν ὅδ' Αἰνέας καὶ μάλα σπουδῇ ποδὸς Στείχει. ELMSL.

387. ἀλλὰ τῶν φρονημάτων κ. τ. λ. Imitatur Noster Æschylum Pers. 829. Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόπων ἄγαν Φρονημάτων ἔπεστιν, εὔθυνος βαρύς. ELMSL.

394. λεπαίαν. Barnesii emendatio est, cui magnam speciem dant Hippol. 1238. Iph. T. 314. Ed. Ald. Λεπάραν, tanquam proprium loci nomen esset. Frequentat vocem ὀφρύη Herodotus. Vide Lib. IV. 181. sqq. Ex Euripide citat Phot. Lex. MS. MUSGR. Eadem metaphora utitur Homerus: Il. Υ. 151. Sic et Virg. Georg. I. 108. Supercilio *clivosi tramitis*.

395. δόκησιν δὴ τάδ' ἂν λέγοιμί σοι. Hæc verba διὰ μέσου esse primus monuit Brodæus, qui recte vertit, *uti et suspicor*. Confert Tyrwhittus Bacch. 585. Κἀθ' ὁ Βρόμιος (ὡς ἔμοιγε φαίνεται, δόξαν λέγω) Φῶς ἐποίησεν κατ' αὐλήν. ELMSL.

396. Ex voce ἀσφαλεῖ apparet quomodo Demophon Eurysthei consilium interpretatus sit: credidisse enim non pugnæ occasionem quæri, sed tutam exercitui stationem. Hinc pro τανῦν δορὸς repono τ' ἄνευ δορὸς, *sine Marte*. Æsch. Eum. 289. κτήσεται δ' ἄνευ δορὸς Αὐτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀργεῖον λεὼν Πιστὸν δικαίως εἰς τὸ πᾶν τε σύμμαχον. MUSGR. Cujus emendationem adoptavit Elmsleius, conferens ἄτερ χαλυβδικοῦ, supra v. 161. Orellius autem ad Isocrat. *de Antidosi*, p. 389. pro δορὸς reponi χθονὶ jubet, et postea χθονὸς in δορὸς mutari. Dativum enim postulare videtur προσάξει, et δόρυ τῆσδε dictum esse, ut

alibi δόρυ τὸ Καδμεῖον, et similia. Ad ποίᾳ supplendum ὁδῷ, *qua via; qua ratione.*

398. ἄραρ'. Vide ad Orest. 1315.

400. οἷς χρὴ ταῦτα τέμνεσθαι θεῶν. Æsch. Pers. 202. σὺν θυηπόλῳ χερὶ Βωμῷ προσέστην, ἀποτροποῖσι δαίμοσι Θῦσαι θέλουσα πέλανον, ὧν τέλη τάδε. Herodotus I. 118. Σῶστρα τῆ παιδὸς γὰρ μέλλω θύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσκέεται. Elmsl.

401. 402. Horum versuum sedes immutanda est, ut vidit etiam Tyrwhittus. Musgr. Mihi quidem nihilo deterior videtur vulgatus ordo. Σφάγια v. 399. memorata tum demum sacrificanda erant, cum ad manus cum Eurysthei exercitu veniendum erat. Sed interea victimas ad omnes urbis aras immolabant haruspices, quas τροπαῖά τ' ἐχθρῶν καὶ πόλει σωτήρια recte appellari quis dubitet? Elmsl.

401. θυηπολεῖται δ' ἄστυ. Id est, μάντεις κατ' ἄστυ θυηπολοῦσι. Hoc adde exemplis ad Soph. Œd. T. 1094. allatis. Elmsl.

402. τροπαῖά τ' ἐχθρῶν. Subauditur θυηπολήματα, quod verbum *virtualiter* continetur in θυηπολεῖται. Barnes.

404. κεκρυμμένα λόγια. Oraculorum occultorum meminit Herodot. V. 91. Musgr.

407. γνῶμα. Poetica vox pro γνώμη. Barnes. γνῶμα habet etiam Soph. Trach. 593. γνώματος Æsch. Agam. 1361. Elmsl.

415. συστάσεις. Sunt κύκλοι, ὁμιλίαι, *cœtus, conventus.* Noster Androm. 1065. εἰς δὲ συστάσεις Κύκλους τ' ἐχώρει λαὸς οἰκήτωρ θεοῦ. Elmsl.

416. δίκαιον ἦν. Nostro loco ἦν, ut alibi passim, ἐστὶ significat. Subjunctivus ᾖ solœcus est. Elmsl.

417. Legendum μωρίαν ἐμοῦ. Verba accusandi genitivum personæ, ut loquuntur grammatici, accusativum autem rei postulant. Noster Or. 28. Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν; Hippol. 1054. Ἡ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη, Κατηγορεῖ σου πιστά. Ion. 931. Τί φής; τίνα λόγον Λοξίου κατηγορεῖς; Vertendum igitur nostro loco, *stultitiæ me accusantium*, non cum Porto aliisque, *stultitiam meam accusantium.* Elmsl.

418. εἰ δὲ δὴ δράσω τάδε. Vulgo legitur ἢν δὲ μὴ δ. τ. quod vertit Portus: *Nisi cavero ne cui ut filiam suam immolet auctor sim.* Si hæc interpretatio bene se habeat, verba καὶ νῦν πικρὰς—κατηγορούντων parenthetice sunt sumenda. Accepta autem Matthiæi emendatione, et τόδε ad ἱκέταις ἀρήγειν relata, omnia recte procedunt.

423. οὐ γὰρ τυραννίδ' κ. τ. λ. Atossa apud Æsch. Pers. 211. εὖ γὰρ ἴστε, παῖς ἐμὸς, Πράξας μὲν εὖ, θαυμαστὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ,

Κακῶς δὲ πράξας, ἐχ ὑπεύθυνος πόλει, Σωθεὶς δ' ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός. ELMSL.

425. ἀλλ' ἦ. *Sane* aut *profecto* plerique interpretes. *An ergo* cum interrogatione recte Musgravius. Vide Æsch. Agam. 284. Choëph. 218. 772. Suppl. 520. 920. Soph. El. 879. Eurip. Phœn. 1704. Hippol. 853. 929. Alc. 58. 833. Iph. A. 847. Iph. T. 1137. Bacch. 880. Hel. 489. Ion. 755. Herc. 1100. Rhes. 36. ELMSL.

427. ἔοιγμεν. Pro ἐοίκαμεν. Vide Cyclop. 99. MUSGR. Atticos ἔοιγμεν et εἴξασι pro ἐοίκαμεν et ἐοίκασι dixisse nemini ignotum est. Occurrit ἔοιγμεν, infra v. 676. et apud Soph. Aj. 1239. Quid pro ἐοίκατε dixerint ego quidem nescio. De εἴξασι consulendi Ruhnkenius ad Timæum p. 98. et Piersonus ad Mœrin p. 148. ELMSL.

429. Valckenærius ad Phœn. 1409. Ὡς χεῖρα γῇ συνῆψαν, *Simul ac manu terram tetigerant.* Nota est locutio εἰς χεῖρας ἰέναι τινὶ, *ad manus cum aliquo venire.* Nostro loco de terra loquitur poëta tanquam de persona. Dicitur εἰς λόγους συνάπτειν in Phœn. 702. Ὡς εἰς λόγους ξυνῆψα Πολυνείκει μολών. Nihil igitur muto. ELMSL. Nobis tamen Valckenærii emendatio, ut et Censori erudito jam sæpe laudato, omnino satisfacit.

447. ὦ δυστάλαινα κ. τ. λ. Noster Hec. 650. Τί δ', ὦ τάλαινα σῆς κακογλώσσου βοῆς. Med. 1017. Ὦ δυστάλαινα τῆς ἐμῆς αὐθαδίας. ELMSL. Constructio satis est nota, subaudito ἕνεκα. Exemplis adde Phœn. 373. ubi vide Porsonum.

451. ἀλλ' οἶσθ' ὅ μοι σύμπραξον; Vide ad Hec. 222. MUSGR. Nostro loco ἅπασα Schol. et edd. recentiores ante Musgravium, qui ex Aldina ἅπασι revocavit. Πᾶσι pro παντάπασι habet Soph. Œd. T. 40. Νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα. Œd. C. 1446. Ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν. Ἅπασα mavult Porsonus Advers. p. 268. ELMSL.

460. καὶ δίκης. Legendum, ut monet etiam Tyrwhittus, κἀτυχής τις ἂν τύχοι. MUSGR. Ald. κ᾽ τύχης. Αἰδὼς hic *clementiam* significat, ut ἀναίδεια *crudelitatem* in Herc. 162. θρασὺς, *crudelis*, infra v. 973. ELMSL.

474. Quod supra ad v. 49. de Copreo monui, idem hic de Macaria monendum est, cujus nomen in ipsa fabula nusquam obvium e scriptoribus mythologicis in indicem personarum intulerunt grammatici. Ejus historiam præter alios narrat Pausanias; I. 32. p. 79. Vide etiam Schol. ad Arist. Equit. 1148. ELMSL.

475. πρόσθητε. [*Imputate.*] Cf. Hippol. 947. Οὐκ ἂν πιθοίμην τοῖσι σοῖς κόμποις ἐγὼ Θεοῖσι προσθεὶς ἀμαθίαν φρονεῖν κακῶς.

Androm. 218. εἶτ' ἀπληστίαν λέχους Πάσαις γυναιξὶ προστιθεῖσ' ἂν ηὑρέθης. Προσβάλλειν eodem sensu usurpat Soph. El. 973. Λόγῳ γε μὴν εὔκλειαν οὐχ ὁρᾷς ὅσην Σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς, πεισθεῖσ' ἐμοί; Elmsl. De particula γὰρ, in hoc et sequente versu, vide ad Med. 140.

480. πρόσφορος. *Apta, idonea.* Subaudiendum autem πρεσβεύειν. Sic Pindarus Olymp. IX. 121. πρόσφορος ἀναγεῖσθαι. Hesychius: Πρόσφορον· ἐπιτήδειον, ἁρμόζον, οἰκεῖον. Musgr. Malim, πρόσφορος πυθέσθαι. Propior scilicet ostio templi, quam avia aut sorores. Minus recte interpungeretur, ἀλλ', εἰμὶ γὰρ κ. τ. λ. Dicere enim potuisset poëta, si per metrum licuisset, ἀλλὰ γάρ εἰμι. Ante γὰρ autem nemo unquam interpunxit. Particulæ ἀλλὰ γὰρ significant ἀλλ' ἐπεί. Elmsl.

481. κἀμαυτῆς πέρι. Sensus est, ȣ̓ μόνον περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐμαυτῆς. Ita paullo post v. 567. κἀμοὶ significat ȣ̓ μόνον σοὶ, ἀλλὰ καὶ ἐμοί. Elmsl.

482. μή. Pro εἰ, *num, an, utrum.* Noster Tro. 180. Cf. Soph. Ant. 1253. Interrogative pro μῶν idem Œd. C. 1502. 359. Elmsl.

484. οὐ νεωστὶ δή. Interpretare: πάλαι δή. Elmsl.

486. εὖ προχωρῆσαι. Id est, ni fallor, εὐτυχῆσαι. Sic εὖ βεβηκόσιν pro εὐτυχȣ̃σι Soph. El. 979. Verbum προχωρεῖν diverso sensu usurpat Noster Phœn. 1265. Οὐκ ἐν χορείαις, ȣ̓δὲ παρθενεύμασι, Νῦν σοι προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις. Elmsl.

490. [Vulgo μητρὸς ἥτις εὐγενής. Sed] supra dixerat v. 409. ἥτις ἐστὶ πατρὸς εὐγενοῦς. Paullo inferius sic quoque loquitur v. 513. πατρὸς οὖσαν εὐγενȣ̃ς. Quare hic mihi non displicuisset, Σφάξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς. Brod. Brodæi emendationem post Barnesium adoptavi. Quod ad σημαίνειν et κελεύειν attinet, primum conferendus locus e Rheso a Reiskio indicatus: v. 876. Ὑμᾶς δ' ἰόντας τοῖσιν ἐν τείχει χρεὼν Πριάμῳ τε καὶ γέρουσι σημῆναι, νεκροὺς Θάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς. Quem locum si recte cum Nostro comparavit Reiskius, verbum σημαίνειν ad oraculorum interpretes referendum est, κελεύειν ad ipsum Demophontem. Deinde σημαίνειν non *jubere*, sed *indicare* interpretari potes, hoc scilicet modo: *Oraculorum enim interpretes ait hicce non taurum aut vitulum significare, sed puellam nobilem mactare jubere.* Ita fere Portus. Elmsl.

495. μῆχαρ ἐξευρήσομεν. Vulgo legitur ἐξαμηχανήσομεν, quod verbum nusquam alibi occurrit. Quod dedit Matthiæ, satis probabiliter locum restituit.

498. Frustra in hoc loco explicando laborant viri docti. An

legendum κἀχόμεσθα, ut significet *hæremus*, vel aliquid ejusmodi? Thucydides I. 25. Ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν. Nostro loco verba ἐν τῷδε τῷ λόγῳ non male ἐν τῇδε τῇ ἀπορίᾳ interpretari potes. ELMSL. Vulgo κεὐχόμεσθα. Nec sane videmus, quin recte se habeat vulgata lectio, si modo interrogationis notam in finem proximi versus transferamus.—Macaria, verbis Iolai auditis, statim seipsum mactare statuit, dicitque: *Et hac ipsa conditione nos salvos esse speramus;* i. e. *spero.* Respondet Iolaus: *Hac conditione,* dicis? *In cæteris quidem omnia prospera habemus.* Matthiæ non male κεισόμεσθα; sed nihil opus.

504. Legendum οὕνεκ' αἴρεσθαι. Locutionis κίνδυνον αἴρεσθαι exempla vide apud Stephanum Thes. Ling. Gr. v. Κίνδυνος. Similes sunt νεῖκος ἠράμην infra v. 981. δυσμένειαν ἠράμην v. 986. κοινοὺς αἰρόμενος πόνους Ion. 197. aliæque quamplurimæ. Quoties permutentur αἴρεσθαι et αἱρεῖσθαι, vix quisquam harum literarum ita expers est ut nesciat. ELMSL.

507. De locutione ἐπεί τοι καὶ consulendus Porsonus ad Med. 672. qui e nostra fabula citat etiam v. 739. ELMSL.

511. κάλλιον οἶμαι. Ironia. BROD. Eadem significatione legitur οἶμαι infra v. 963. *Credo* dicunt Latini. ELMSL.

531. ἑκοῦσα, κοὐκ ἄκουσα. Vide ad Orest. 602.

534. Cum hac Macariæ oratione comparanda Polyxenæ oratio in Hec. 339. Iphigeniæ in Iph. A. 1347. Praxitheæ in Erechtheo. Omnes locis communibus refertæ sunt, quarum multo patientiores fuerunt Athenienses quam nostri homines. ELMSL.

535. φεῦ, φεῦ. Admirantium exclamatio. Vide infra v. 552. Soph. Œd. T. 964. Ita Aristoph. Av. 1723. ELMSL.

543. Legendum ἐνδικώτερον. Adverbia comparativi gradus plerumque in ON desinunt, superlativi in A, ut ἐνδίκως, ἐνδικώτερον, ἐνδικώτατα. Noster El. 222. Οὐκ ἔσθ' ὅτου θίγοιμ' ἂν ἐνδικώτερον. Or. 1506. Ἐνδικώτατ', εἴγε λαιμοὺς εἶχε τριπτύχους θανεῖν. Rarissime apud Atticos poëtas hæc vel illa in ΩΣ terminantur. ELMSL.

553. ἀλλ' ὑπερφέρεις κ. τ. λ. Hunc locum minime expedio. De verbo ὑπερφέρειν, *excellere*, nonnihil dixi ad Soph. Œd. T. 381. Dicitur mulier, verbi causa, πασῶν γυναικῶν ὑπερφέρειν τῷ κάλλει (vel τὸ κάλλος), *omnes feminas forma antecellere.* Herodotus VIII. 138. Οἱ δὲ ἀπικόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίας, οἴκησαν πέλας τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω, ἐν τοῖσι φύεται αὐτόματα ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. Thucydides I. 81. Τάχ' ἄν τις θαρσοίη

ὅτι τοῖς ὅπλοις αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν. Nostro loco vereor ne ad emendationem confugiendum sit. An legendum, ἀλλ' ὑπερφέρει Τόλμης τε τόλμα, κ᾽ λόγῳ χρηστῷ λόγος? Æsch. Prom. 921. Ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα, Βροντῆς δ' ὑπερβάλλοντα (eodem sensu ὑπερφέροντα dicere potuit poëta) καρτερὸν κτύπον. ELMSL.

557. σοφῶς κελεύεις. *Prudenter, caute jubes.* Causa cavendi erat, ne, si aperte jussisset, ipse in societatem piaculi veniret. MUSGR.

558. θάνω. Subjunctivus est, ut alibi passim. Si puella dixisset, ἀλλ' ἐλευθέρως θάνωμεν, nemo de significatione dubitasset. Subjunctivi primam personam pluralem eo sensu quo Anglice dicitur *let us die* passim occurrere nemo nescit. Rarius, nec tamen valde raro, adhibetur prima persona singularis ea significatione qua dicunt nostrates *let me die.* Pluraliter Soph. Phil. 539. Ἐπίσχετον, μάθωμεν. Singulariter Noster Hippol. 567. Ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω. Ibid. 1314. Σχὲς, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω. Herc. 1035. Σῖγα, πνοὰς μάθω, φέρε πρὸς οὖς βάλω. Plerumque præmittitur φέρε aut ἄγε, ut apud Soph. Phil. 1452. Φέρε νυν στείχων χώραν καλέσω. Ubi subjunctivum καλέσω pro futuro, quod Atticis est καλῶ, accipiunt omnes interpretes. Dicitur etiam μὴ θάνω, *ne sinas me mori.* Exempla dant Soph. Œd. C. 174. Trach. 801. Eurip. Tro. 171. Herc. 1371. Ceterum solennis est locutio ἐλευθέρως θανεῖν, *mori ut liberum decet.* Noster Or. 1162. ὃν οὐ καταισχυνῶ, Δοῦλον παρασχὼν θάνατον, ἀλλ' ἐλευθέρως Ψυχὴν ἀφήσω. Archelao fr. 4. Ἓν δέ σοι μόνον προφωνῶ, μὴ 'πὶ δουλείας ποτὲ Ζῶν ἑκὼν ἔλθῃς, παρόν σοι κατθανεῖν ἐλευθέρως. ELMSL. Vide Dobræum ad Arist. Plut. 965.

561. σφαγῆς πρὸς τὸ δεινὸν εἶμ' ἐγώ. Noster Med. 398. Κτενῶ σφε· τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ καρτερόν. ELMSL.

563. οὐκ ἂν δυναίμην. Nos, *I cannot bear.* Noster Bacch. 791. οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν. ELMSL.

564. σὺ δ' ἀλλά. Vim particulæ ἀλλὰ in hac locutione non debent negligere tirones. Significat, εἰ μὴ τοῦτο δρᾶν θέλεις. Anglice verte, *then.* Vide Nostrum Hec. 388. Phœn. 1667. Med. 931. Rhes. 167. Aristoph. Ach. 191. 1033. Nub. 1364. 1369. Pac. 660. Lys. 904. ELMSL. τῷδε χρῇζε. *Ab hoc,* Demophonte scilicet, *pete.* HEATH.

566. Optime hanc ῥῆσιν Demophonti tribuit Tyrwhittus. MUSGR. Sic et Elmsleius, præeunte etiam Heathio.

569. τλημονεστάτην. *Miserrimam* plerique interpretes: *fortissimam* recte Musgravius. Sic etiam Polyxena Hec. 557,

Ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον. Hunc scilicet: Ἰδού, τόδ' εἰ μὲν στέρνον, ὦ νεανία, Παίειν προθυμεῖ, παῖσον· εἰ δ' ὑπ' αὐχένα Χρῄζεις, πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε. Elmsl.

572. Abundare potest μοι, [monente Heathio,] ut sæpe apud Euripidem. Vide ad Herc. Fur. 95. Non inepte tamen Tyrwhittus προσφθέγμα σόν. Musgr. Pro μοι, quod e v. sequente natum videtur, dedi δή. Noster Hec. 410. Τέλος δέχει δὴ τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων. Soph. Aj. 856. Σὲ δ', ὦ φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας, Καὶ τὸν διφρευτὴν ἥλιον προσεννέπω, Πανύστατον δή, κοὔποτ' αὖθις ὕστερον. Elmsl.

574. De locutione δίδασκε σοφοὺς, *redde sapientes*, consulendi in primis Bentleius Epist. ad Millium p. 18. et Valckenærius Diatrib. p. 205. Ordo verborum paullo intricatior est, et ita fortasse explicandus: καὶ δίδασκέ μοι τούσδε παῖδας, τοιούτους σοφοὺς εἰς τὸ πᾶν ὥσπερ σύ. Vel post παῖδας cum Musgravio interpungendum, quasi τοιούτους *tales quales dicam* significet. Elmsl.

575. μηδὲν μᾶλλον· κ. τ. λ. Ita verte: *Nihil amplius; ut* eos scil. doceas, opus erit: *satis enim erunt instructi.* Heath.

581. γένοιθ' ὑμῖν, κ. τ. λ. *Ac ea vobis contingant omnia, quorum causa morior.* Brod.

599. ἅζομαι. Vide ad Orest. 1109.

604. ἥδομαι πεπραγμένοις. De re futura loquitur tanquam de præterita. Ita Soph. Œd. T. 838. Πεφασμένου δὲ, τίς ποθ' ἡ προθυμία; Incertus Rhes. 477. Οὐκ οὖν κτανόντες τούσδε, πάντ' εἰργάσμεθα; Elmsl.

607. οὔτινά φημι κ. τ. λ. Theognis v. 165. a Brodæo allegatus: Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος, οὔτε πενιχρὸς, Οὔτε κακὸς, νόσφιν δαίμονος, οὔτ' ἀγαθός. Elmsl.

609. βεβάναι εὐτυχίᾳ. [Pro εὐτυχεῖν]. Sic μοίρᾳ μὲν οὐκ ἐν ἐσθλᾷ βεβῶσαν, Soph. El. 1093. Musgr.

611. διώκει. *Properat.* Vide ad Herc. Fur. 1055. Musgr. Cum verbis παρὰ δ' ἄλλον ἄλλα μοῖρα διώκει conferendus Noster Alc. 915. Συμφορὰ δ' ἑτέρους ἑτέρα Πιέζει φανεῖσα θνατῶν. Or. 964. Ἰὼ, ἰὼ, πανδάκρυτ' ἐφαμέρων Ἔθνη πολύπονα, λεύσσεθ' ὡς παρ' ἐλπίδας Μοῖρα βαίνει. Ἕτερα δ' ἕτερος ἀμείβεται Πήματ' ἐν χρόνῳ μακρῷ. Βροτῶν δ' ὁ πᾶς ἀστάθμητος αἰών. Hippol. 1104. Ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται. Μετὰ δ' ἵσταται ἀνδράσιν αἰὼν Πολυπλάνητος ἀεί. Æsch. Prom. 275. Ταῦτά τοι πλανωμένη Πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει. Elmsl. Qui ἄλλον corrigit.

612. ἀφ' ὑψηλῶν. Id est, ὑψόθεν. Noster Inone fr. 16. καὶ μί' ἡμέρα Τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω. D. Lucas Evang. I. 52. Καθεῖλε δυναστὰς ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. Elmsl.

614. οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται. Recte vertit Portus: *Nulla sapientia quis fatum a se repellet.* ELMSL.

615. ὁ πρόθυμος. *Qui vim ipsius fati tollere conabitur.* BROD. Ὁ βυλόμενος ἀπώσασθαι. ELMSL.

616. Legendum μὴ προπίτνων τὰ θεῶν φέρε. Vix opus est monere τὰ θεῶν esse τὰς ἐκ θεῶν τύχας δοθείσας, ut cum Sophocle loquar Phil. 1314. Ita Noster Phœn. 382. Ἀτὰρ τί ταῦτα; δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν. Τὰ θεῖα dixit Soph. Tereo fr. 11. Ceterum verba μὴ προπίτνων ita accipio, *Erecto corpore atque animo.* Iolaum humi jacentem surgere jubet Chorus. Nihil hic viderunt interpretes. ELMSL.

619. Notandum πρό τ' ἀδελφῶν pro πρὸ ἀδελφῶν τε. Ita Æsch. Theb. 30. Ἀλλ' εἴς τ' ἐπάλξεις καὶ πύλας πυργωμάτων Ὁρμᾶσθε πάντες. Suppl. 982. Ξύν τ' εὐκλείᾳ καὶ ἀμηνίτῳ Βάξει λαῶν * ἐν χώρῳ Τάσσεσθε. Noster Hippol. 203. Ῥᾷον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας Καὶ γενναίυ λήματος οἴσεις. Herodotus. I. 106. Ὑπό τε ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης. Ibid. 154. Ἀπό τε Ταβάλου καὶ Κύρου. V. 5. Ὑπό τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Thucydides I. 49. Ὑπό τε πλήθους καὶ ὄχλου τῶν νεῶν. Ibid. 54. Ὑπό τε τοῦ ῥοῦ καὶ ἀνέμυ. Ibid. 56. Ὑπό τε Περδίκκου πειθόμενοι καὶ Κορινθίων. Ibid. 118. Πρός τε ἀλλήλυς καὶ τὸν βάρβαρον. Plura exempla indicavi ad Iph. A. 498. ELMSL.

622. ἁ δ' ἀρετὰ κ. τ. λ. Hesiodus Op. 289. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι. BROD.

634. πενέστης. *Servus.* Thessalorum proprie mancipia *Penestæ* dicti sunt. Consule Athenæum VI. p. 264. A. Poëtæ vocabulum hoc pro *famulo* usurpant. Theocritus Idyll. XVI. 35. Ἁρμαλιὴν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται. BROD. De Thessalorum Penestis loquitur Theocritus. Citat Athenæus ex Euripidis Phryxo, Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρχαίων δόμων. ELMSL. Vide Rhunken. ad Timæum; p. 212.

636. τὰ νῦν τάδε. Noster Iph. A. 527. Ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε. Herc. 242. οὐχ ὁ κατθανὼν Κρατεῖ χθονὸς τῆσδ', ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε. ELMSL.

639. Ordo est, Πάλαι γὰρ ὠδίνουσα ψυχὴν ἐτήκου, εἰ νόστος τῶν ἀφιγμένων γενήσεται. Vel, quod magis placet, Πάλαι γὰρ ὠδίνουσα [περὶ] τῶν ἀφιγμένων, ψυχὴν ἐτήκου, εἰ νόστος [αὐτῶν] γενήσεται. Inepte Portus, *Jampridem enim graviter dolens* propter *illos, qui* hinc *abierunt, animo tabescebas,* dubitans *an reditus* huc ipsis *esset futurus.* Quasi vero in Atticam redire potuerint Hyllus et fratres ejus, qui nunquam antea in eam pedem tulissent. Νόστος *adventum* significat, ut sexcenties apud tragicos; ἀφικνεῖσθαι *advenire,* ut semper apud omnes

Græcos scriptores. In eundem fere cum Porto errorem incidit Theocritus nostras, Ambrosius Philips, qui verba αἶψα δ' ἐξίκοντο in Sapphûs hymno ad Venerem ita Anglice reddit: (*Spectator*, N. 223.) *The birds dismist (while you remain) Bore back their empty car again.* Quam interpretationem vero verborum sensui prorsus contrariam, ita post Annam Fabri commendat Addisonus: *Madame Dacier observes, there is something very pretty in that circumstance of this ode, wherein Venus is described as sending away her chariot upon her arrival at Sappho's lodgings, to denote that it was not a short transient visit that she intended to make her.* Elmsl.

641. Notam interrogationis vel post τί χρῆμα vel in fine versus collocari posse monet Reiskius, qui citat Cycl. 99. Τί χρῆμα; Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν. Idem significat τί χρέος supra v. 95. Nostro loco melior videtur altera interpungendi ratio, quam adhibuerunt Piersonus et in versione Latina Musgravius. Elmsl. Vide ad Hec. 956.

647. μήτηρ ἔτ'. Supplendum, εἰ ἄξεις τούσδε. Male verba εἴ γε τῶνδε προσθίξεις χερὶ, sic enim legit, ad superiora refert Valckenærius ad Hippol. 480. Elmsl.

652. σε. [Id est, καλῶν.] Noster Hel. 546. Σὲ τὴν ὄρεγμα δεινὸν ἡμιλλημένην Τύμβου 'πὶ κρηπῖδ' ἐμπύρους τ' ὀρθοστάτας, Μεῖνον, τί φεύγεις; Soph. Ant. 441. Σὲ δὴ, σὲ τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα, Φῂς, ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε; Idem σὲ pro σοὶ habet Trach. 65. Σὲ, πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου, Τὸ μὴ πυθέσθαι ποῦ 'στιν, αἰσχύνην φέρει. Elmsl. τοῦδ' cum πέλας construendum. Πέλας τοῦδε, *prope hunc virum.* Musgr.

653. οὐκ ᾔσμεν ἡμεῖς ταῦτα. *Nescio quid dicas.* Elmsl.

656. Ita post Reiskium interpungit Musgravius; ἀτὰρ τί; χώρᾳ τῇδε προσβαλὼν πόδα, Ποῦ νῦν ἄπεστι. Optime, modo Græcum sit ἀτὰρ τί ita adhibitum. Cujus locutionis exempla apud tragicos frustra quæsivi. Unum, quod erat in Hec. 660. aliter interpungendo sustulit Porsonus. Non absurda esset lectio, παῖς νῦν ἄπεστι. Noster Iph. A. 1339. ΑΧ. 'Αλλ' ὀνήσομεν σέ. ΚΛ. παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται. Elmsl.

660. τοῦδ' οὐκ ἔθ' ἡμῖν κ. τ. λ. Hæc quasi in ædem reditura ait Alcmena. Verte, *Nihil est amplius in hoc colloquio quod ad me pertineat.* Notam interrogationis primus delevit Musgravius. Elmsl.

663. πόσον τι πλῆθος κ. τ. λ. Æsch. Pers. 334. Πόσον τι πλῆθος ἦν νεῶν 'Ελληνίδων; Elmsl.

666. λαιὸν ἕστηκεν κέρας. Nam videntur Athenienses in dextro

fuisse. Brod. Subauditur autem κατὰ, ut in Suppl. 659. Καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ, δεξιὸν τεταγμένους Κέρας, παλαιοὺς Κεκροπίας οἰκήτορας. Thucydides V. 67. Δεξιὸν μὲν κέρας Μαντινῆς εἶχον, ὅτι ἐν τῇ ἐκείνων τὸ ἔργον ἐγίγνετο. Elmsl.

676. ὡς ἔοιγμεν. Notat *pro posse nostro, et ut nos decet.* Reisk. Ὡς ἔοικε Barnesius in margine, *ut convenit* in interpretatione. Qua significatione ὡς εἰκός ἐστι, ni fallor, vel aliquid ejusmodi, dixisset Euripides. Homericum enim ἔοικε, *decet, convenit*, ab Attico sermone alienum est. Rectius igitur interpretatur Portus, *ut videmur.* Similia sunt ὡς ἔοικας Med. 341. Iph. T. 577. Hel. 793. ὡς εἴξασι Iph. A. 837. Hel. 497. Elmsl.

677. Hunc versum alii aliter distinguunt et interpretantur. Post σοῦ plene distinguunt plerique, post ἥκιστα minus plene Barnesius. Sed rectissime Canterus Nov. Lect. VII. 29. ita interpretatur, omni distinctione sublata, *Minime decebat stulta te verba eloqui.* Quam interpretationem adoptat Musgravius in versione Latina. Πρὸς σοῦ ἦν, *te decebat.* Noster Herc. 579. Πρὸς σοῦ μὲν, ὦ παῖ, τοῖς φίλοις τ' εἶναι φίλον Τά τ' ἐχθρὰ μισεῖν. Elmsl.

678. Frustra hæc verba sollicitant viri eruditi. Vulgata scriptura, modo deleatur nota interrogationis, sanissima est. Sensus est, Καὶ ἥκιστα πρὸς ἐμοῦ ἐστι μὴ μετασχεῖν ἀλκίμου μάχης φίλοις. Id quod verissime dicere poterat Iolaus. Noster Alc. 40. ΑΠ. Ξύνηθες ἀεὶ ταῦτα βαστάζειν ἐμοί. ΘΑ. Καὶ τοῖσδέ γ' οἴκοις ἐκδίκως προσωφελεῖν. Supple, ξύνηθές ἐστί σοι. Iph. A. 726. ΚΛ. Καλὸν τεκοῦσαν τἀμά γ' ἐκδοῦναι τέκνα. ΑΓ. Καὶ τάς γ' ἐν οἴκῳ μὴ μόνας εἶναι κόρας. Καλόν ἐστι scilicet. Elmsl.

679. Hunc versum et 683. transponendos esse censet Musgravius. Elmsl.

684. ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ' κ. τ. λ. Sensus nostri loci, qui tamen minime obscurus est, omnes interpretes fugit. Dicit Iolaus, deficientibus corporis viribus, animum tamen non deficere, neque se cum minori hostium numero pugnare paratum esse, quam olim in juventute. Eandem locutionem, οὐκ ἐλάσσοσι μαχούμεθα, usurpat Thucydides I. 143. Elmsl. Cujus emendatio est ἀλλ' οὖν μαχοῦμαί γ'. Vulgo legitur ἀλλ' οὖν μαχοῦμ' ἀριθμόν. In eandem autem emendationem inciderat Erfurdt. ad Soph. Aj. p. 516. minus recte interpretans: *pugnabo tamen cum hostibus numero non inferioribus;* sc. quam nos sumus; ita ut auxilium meum non temere sit repudiandum.

685. σήκωμα. *Pondus.* Polybius XVIII. 7. 5. προσλαβόντες

οἱονεὶ σήκωμα. Citatur et ex Hyperide apud Pollucem IV. 172. Musgr.

688. μενοῦντα. Accusativus absolutus est, pro μενοῦντος. Ita Noster Phœn. 1461. Ion. 965. Rhes. 145. Soph. Œd. T. 101. Œd. C. 380. ubi αἷμα et Ἄργος accusativi sunt. Inter genitivum et accusativum absolutum hoc fere interesse videtur, quod genitivus ipsam rem, accusativus alicujus de ea sententiam exprimit. Æschines in Timarchum p. 48. ed. Reisk. Ἀπὸ σωφροσύνης πρῶτον ἤρξατο [ὁ νομοθέτης], ὡς ὅπου πλείστη εὐκοσμία ἐστὶ, ταύτην ἄριστα τὴν πόλιν οἰκησομένην. Ubi verba ὡς —οἰκησομένην significant ὡς—οἰκήσεσθαι δοκῶν. Soph. El. 881. Μὰ τὴν πατρῴαν ἑστίαν, ἀλλ' οὐχ ὕβρει Λέγω τάδ', ἀλλ' ἐκεῖνον ὡς παρόντα νῷν. Supple εἰδυῖα, ὁρῶσα, vel tale quiddam. Elmsl. Qui, post Alcestidis locum v. 1128. emendatum et explicatum, de litera ι in fine dativi singularis apud Tragicos elisione eruditissime, si non certissime, disseruit.

690. ἔστ' ἐν δόμοισιν κ. τ. λ. Sic Hercules κατέσπασεν ἐκ τῶν ναῶν τὰς προσηλωμένας πανοπλίας, teste Diodoro Siculo IV. 10. Musgr.

701. γνωσιμαχεῖν. *Infirmitatem suam nosse*. Brod. Glossographus ad Herod. III. 25. Γνωσιμαχεῖν· τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτȣ̃ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν. Ter apud Herodotum occurrit. Vide VII. 130. VIII. 29. Bis tantum apud Atticos poëtas. Alter locus est Aristoph. Av. 555. Κἂν μὲν μὴ φῇ, μηδ' ἐθελήσῃ, μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ. Idem valent verba γίγνωσκε δ' ἀλκὴν apud Nostrum Hec. 224. Plura dabunt viri docti ad Thomam Magistrum pp. 193. 194. Elmsl.

708. μελήσει. Subauditur σου. Elmsl.

709. χρήσωνται τύχῃ. *Utantur* adversa *fortuna*. Id est, χρήσωνται ἀτυχίᾳ vel ξυμφορᾷ. Vide Antiphontem pp. 664. 690. 700. Satis notus est hic usus verbi χρῆσθαι. Illud apud Nostrum Iph. A. 88. ἀπλοίᾳ χρώμενοι, attingit Ciceroniana locutio, *Cum sane adversis ventis usi essemus*, Ep. ad Div. XIV. 5. Elmsl.

716. Noster Iph. T. 235. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα Οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη. Tro. 460. Οὐκέτ' ἂν φθάνοις ἂν αὔραν ἱστίοις καραδοκῶν. Aristoph. Eccl. 118. Οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν περιδουμένη. Quæ loca sufficient, opinor, ad vulgatam nostri loci scripturam confirmandam. [Barnesius ἂν in ἐν mutavit.] De locutione οὐκ ἂν φθάνοις multa habet Hermannus ad Vigerum p. 746. Versus noster, ut recte monet Brunckius ad Plut. 1133. significat, ταχέως τοῖσδε σύγκρυπτε δέμας. Latine, *Oportet te quam primum ea induere*. Anglice,

You have no time to lose in putting on the armour. Vel, si mavis, *You cannot make too much haste.* Verborum οὐκ ἂν φθάνοις verus est sensus, ni fallor, *non prævenies occasionem.* Dicitur οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύπτων, ut οὐκ ἂν κάμοιμι εὐεργετῶν et similia. Pro eo autem quod dixit poëta, οὐκ ἂν φθάνοις ἂν συγκρύπτων, solœcum, ni fallor, esset οὐκ ἂν φθάνοις συγκρύψας. Nam participium præsentis temporis semper adhibitum reperio. Ita ἀπαλλασσόμενοι καὶ ἀγγέλλοντες apud Herod. VII. 162. θνήσκοντες apud Eurip. Or. 925. θνήσκων ibid. 929. συμπεραίνοντες ibid. 1546. φυτεύων Alc. 676. πράττοντε apud Aristoph. Plut. 485. ἰὼν ibid. 874. ἀποτρέχων ibid. 1153. Consulendus Piersonus ad Herodianum p. 452. ELMSL.

722. ὀξύην. Per λόγχην ὀξυΐνην recte explicat Brodæus. Homericum ἔγχεϊ ὀξυόεντι respexit poëta. Quænam autem fuerit arbor ὀξύη, cujus multa mentio apud Theophrastum, inter hujus rei peritos parum convenit. ELMSL. Totum locum sic intellige. Jubet famulum Iolaus hastam in manum dextram sibi tradere, ipsum a læva incedere, cubitumque domini sustentare. MUSGR.

725. ὄρνιθος οὕνεκ'. *Boni ominis gratia.* Nam pedis offensio mali quidpiam portendebat. BROD.

727. λειφθεὶς μάχης. *Nisi pugnæ interfuero.* BROD.

734. εἰ δή ποθ' ἥξομέν γε. *Siquidem omnino perveniemus.* MUSGR. Confert Elmsleius Elect. 261.

737. Σπάρτην ἐπόρθεις. Citat Barnesius Schol. ad Orest. 447. Pausan. III. 15. p. 96, 42. Apollod. II. 7. 3. Quibus adde Diod. Sic. IV. 33. Acute vero judicat Barnesius, Euripidem præ odio Lacedæmoniorum hujus calamitatis mentionem injecisse. MUSGR.

738. οἷος, *Solus.* Ita recte Barnesius. Elmsleius οἷος revocavit; sed interpretationem suam quæ sequentibus minus convenit, exemplis illustrare nequit.

745. Annon legendum φαεσιμβρότου? Confer tamen Suppl. 207. [469. Med. 356.] MUSGR. Satis constat solem haud raro absolute θεὸν appellari. Neque eo nomine improbanda est vulgata scriptura, quod θεοῦ nullum, αὐγαὶ vero geminum habet epitheton. Ita enim passim loquuntur tragici. Soph. Aj. 134. Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου. ELMSL.

748. Vocabulum ἀρχέτας, quod ἅπαξ ἁπλῶς λεγόμενον vocat Barnesius, legitur etiam in El. 1153. monente Musgravio. Dicitur θρόνον ἀρχέταν ut τύραννον δῶμα Hippol. 837. τύραννον ἑστίαν Androm. 3. ELMSL.

749. γλαυκᾶς ἐν Ἀθάναις. Scil. οἴκῳ. Ita fere post Schæfer. ad Greg. Cor. p. 46. correxit Matthiæ. Vulgo γλαυκᾷ τ' ἐν Ἀθάνᾳ. Ubi ἐν, ut et in v. 510. superfluere dicit Brodæus, per *apud* vertit Elmsleius.

752. Minime silentio prætereundum ὑποδεχθεὶς activo sensu pro ὑποδεξάμενος adhibitum. Satis scio haud raro permutari κοσμησάμενος et κοσμηθεὶς, στεφανωσάμενος et στεφανωθεὶς, et similia. Sed in verbis hujus generis nihil inter mediam, quam vocant, et passivam formam interest, nisi quod στεφανωσάμενος, verbi causa, *a se coronatus*, στεφανωθεὶς *ab alio coronatus* plerumque significat. Longe rarius permutantur aoristi verborum quorum aoristus activus nullus sit, medius autem sensum habeat vere activum. Passivum est εἰσδεχθέντες apud Demosthenem adv. Bœotum p. 1012. ed. Reisk. Passiva sunt etiam ἐδωρήθη apud Soph. Aj. 1029. χειρωθεὶς Œd. C. 903. Trach. 1059. κτηθεῖσα apud Eurip. Hec. 446. ἐκτήθη apud Thucyd. I. 123. II. 36. θεαθὲν apud Thucydidem III. 38. βιασθῇ ibid. 47. βιασθεὶς IV. 19. βιασθέντες VII. 11. 43. 45. ὀλοφυρθεὶς VI. 78. Elmsl.

753. κίνδυνον τεμεῖν. Hanc locutionem alibi non reperi. Elmsl.

757. κεύθειν. *In animo habere;* ut infra v. 874. Sic etiam in Suppl. 293. Ἀλλ' εἰς ὄκνον μοι μῦθος, ὃν κεύθω, φέρει. Elmsl.

760. κελεύσμασιν Ἄργους. Ita Musgravius, ex conjectura Reiskii. Vulgo legitur καὶ λεύσιμον Ἄργος, quod nihili est. Pro Ἄργος Elmsleius ἄλγος, sed neque hoc sententiam expedit.

761. Ζεύς μοι ξύμμαχος, κ. τ. λ. Ita David: Psalm xxvii. 1. Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; Barnes.

763. οὔ ποτε θνατῶν κ. τ. λ. Ad sanandam loci corruptelam variæ sunt a criticis propositæ conjecturæ, quarum nulla ab omni parte satisfacit. Ac nos quoque dubitanter rescripsimus ποτ' ἄνευ γ' ἐμοῦ φανοῦνται, hoc sensu: *nunquam mortalibus inferiores erunt, nisi ego quoque vincar:* quam rationem ita demum certam putaremus esse, si, quo modo particulæ negativæ aut pronomina personalia passim a scriptoribus Græcis repetuntur, eodem voculam ποτὲ ab Euripide repeti potuisse constaret. Erfurdt. Elmsleius locum intactum reliquit, monito tantum lectore, mendum latere in vocibus ποτ' ἂν, εἶτ' ἐμοῦ, pro quibus Stephani conjecturam οὔτ' ἐμοῦ admisit Matthiæ. Sed ita etiam particula ἂν, cum futuro φανοῦνται conjuncta, solœcismum efficit. An legendum ἥσσονες πολέμῳ θεοὶ φανοῦνται?

770. οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ κ. τ. λ. Recte Portus, *Haud enim ob meam virtutem æquum est me expelli ex* mearum ædium *atriis*. Cum dativo ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ confer vv. 474. 655. 784. De locutione ab Herodoto aliisque frequentata, δίκαιός εἰμι, *æquum est me*, quæ supra legitur v. 142. consulendus Marklandus ad Suppl. 185. Ἐγὼ δίκαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε. ELMSL.

773. λήθει. *Obliviscitur*. Ita MS. E. Sed retinenda Aldina κεύθει, quod pro κεύθεται ponitur. Vide Æsch. Theb. 594. Soph. Aj. 634. El. 868. Œd. T. 968. Ant. 911. MUSGR. Κεύθεται non est Græcum. Hujus enim verbi sola activa forma usurpatur. Nostro loco verba οὐδὲ κεύθει *neque latet* significant, i. e. *neque celebratione caret*. ELMSL. Apud Atticos certe non reperitur κεύθομαι; in Homero tamen et Epicis Poëtis frequenter occurrit.

774. Hesychius a Musgravio allegatus: Φθινὰς ἁμέρα· τὴν ἱσταμένου τρίτην τριμήνιον λέγει. Num legendum, τὴν ἱσταμένου τρίτῃ ἱερομηνίαν λέγει? Absurda quidem est hæc interpretatio, nec tamen auctore suo indigna. Ultimum mensis diem, τὴν ἕνην καὶ νέαν, nostro loco intelligi censent Brodæus aliique plerique. Quam interpretationem libentius amplecterer, si constaret ultimum mensis diem, haud secus atque primum, religioso cultu apud Athenienses celebratum esse. Nec video quid obstet quo minus ad mentem Musgravii νουμηνίαν sive kalendas hic intelligamus. Nullus enim dies majori jure φθινὰς ἡμέρα appellari potest, quam is in quo fit solis et lunæ coitus. Quem *interlunii diem* appellat Plinius XVI. 39. νεμηνίαν κατὰ σελήνην Thucydides II. 28. qui monet solem eo solo die deficere. Verba autem κατὰ σελήνην addidit Thucydides, propterea quod νουμηνία πολιτικὴ cycli Metonici non semper in veram νεμηνίαν incidebat. ELMSL.

775. ναῶν. An νέων, *juvenum* vel *puellarum?* BARNES. Cujus conjecturam recte admisit Elmsleius.

776. ἀνεμόεντι ὄχθῳ. *In ventoso colle*. In Acropoli scilicet, quæ Παλλάδος ὄχθος appellatur Ion. 12. monente Musgravio; ἐλαιοφόρος ὄχθος Herc. 1150. ELMSL. Vulgo γ' ἐπ' ὄχθῳ, contra metrum.

777. ὀλολύγματα. *Festi ululatus*, feminarum tamen. Pollux I. 28. Τὸ γὰρ ὀλολύξαι καὶ ὀλολυγῇ χρήσασθαι, ἐπὶ γυναικῶν. MUSGR. Ita intelligendus Soph. Trach. 205. Xenoph. Anab. IV. 3. 19. allegatus a Blomfieldio ad Æsch. Theb. 254. Interdum καταχρηστικῶς de viris dicitur ὀλολύζειν. Vide Æsch. Agam. 604. Aristoph. Eq. 616. 1327. Pac. 97. Hoc autem differunt ὀλολύζειν et *ululare*, quod ὀλολύζειν semper, si bene

memini, de re læta dicitur. Æsch. Theb. 831. Eurip. Med. 1166. El. 696. Vide tamen Soph. El. 749. Trach. 785. Utrobique insigne καταχρήσεως exemplum. Ordo est, ὀλολύγματα ἰαχεῖ ὑπὸ παννυχίοις κρότοισι παρθένων ποδῶν. *Resonant ululatus ad nocturnos plausus virgineorum pedum.* Παρθένων ποδῶν ut παρθένῳ χερὶ, Phœn. 838. Cum hoc loco confer omnino Tro. 549. παρθένοι δ' Ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν Βοὰν ἔμελπον εὔφρον'. Elmsl.

779. Diversus, ni fallor, est hic Θεράπων a superiore. Ille enim Hylli, hic Alcmenæ servus est. Contra nuntius, qui v. 923. Eurystheum captivum ad Alcmenam ducit, fortasse eadem est persona, quæ hic Θεράπων appellatur. Nonnihil de hac quæstione habet Beckius III. p. 1081. Elmsl.

780. Pro frigido illo τῷδε dedi de meo τοῦσδε. Ordo videtur esse, μύθους τοῦσδε καλλίστους φέρω, σοί τε συντομωτάτους κλύειν, ἐμοί τε [συντομωτάτους λέγειν]. Vide Soph. Œd. T. 1234. Vel, μύθους τοῦσδε φέρω, σοί τε συντομωτάτους κλύειν, ἐμοί τε καλλίστους [λέγειν]. Elmsl.

783. Nescio quid significet διήλασεν, cujus loco διήνυσεν reponendum censet Reiskius. Paullo melius esset διήγαγεν. Soph. El. 781. ἀλλ' ὁ προστατῶν Χρόνος διῆγέ μ' αἰὲν ὡς θανουμένην. Elmsl.

788. Cum certum sit Iolaum post v. 742. non amplius in scenam prodire, non video quid significet ὅδε in fine versus. Vertit Musgravius, deleto interrogationis signo: *At ille certe non vivit, Iolaus ille quem hic vidisti.* Quam interpretationem ne auctori quidem suo magnopere placuisse credo. Legendum videtur, Ὁ μὲν γέρων οὖν ἔστιν Ἰόλεως ἔτι; Ita Noster Iph. T. 523. Θέτιδος δὲ τῆς Νηρῆδος ἔστι παῖς ἔτι; Οὐκ et οὖν sæpe permutari nemo nescit. Bis in una fabula, Soph. Œd. C. 587. 1199. Elmsl.

796. κατὰ στόμα. *Face to face.* Incertus Rhes. 406. Θρῃκῶν ἀρίστοις ἐμπεσὼν κατὰ στόμα. Sic etiam vv. 487. 507. Legendum autem ἐκτείνοντας, *productos.* Ἐκτείνοντες e verbo ἀντετάξαμεν natum est. Ἐκτείνειν hic intransitivum est, ut in Suppl. 656. Τευχεσφόρον μὲν λαὸν ἐκτείνοντ' ἄνω Ἰσμήνιον πρὸς ὄχθον. Nostro loco nemini, opinor, durum videbitur στρατὸν ἐκτείνοντας. Ita Noster Hec. 38. Κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν, Πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην. Ubi consulendus Porsonus. Soph. Phil. 356. καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν Τὸν οὐκέτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν. Adde Æsch. Prom. 803. Elmsl.

797. ἐκβὰς πόδα. Vide ad Orest. 1411.

800. Si sententiam meam circa locum plane conclamatum proferre liceat, versum unum saltem, forsan etiam et plures, qui hunc proxime sequebantur, excidisse existimo. HEATH.

802. ἀνδρός. Pro ἑνὸς ἀνδρός. Noster Androm. 891. Κακόν γ' ἔλεξας, ἄνδρα (ἕν' ἄνδρα Aldus) δίσσ' ἔχειν λέχη. ELMSL.

803. ἄγου. *Abduc*, omnes interpretes. Imo, *tecum abduc.* Tantum enim interest inter activam et mediam formam, quantum inter *filium in Hispaniam duxit*, et *filium in Hispaniam secum duxit.* Leve quidem discrimen, minime tamen negligendum. Cum ἄγεσθαι *uxorem ducere* significat, εἰς δόμους vel aliquid ejusmodi plerumque addunt tragici. Interdum vero nudum verbum adhibent, ut Noster Iph. A. 423. Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεανίδα, Αὐλίδος ἀνάσσῃ. τίς νιν ἄξεταί ποτε; ELMSL.

812. δουλώσων. Pro δουλωσόμενος. Noster Suppl. 492. Πολέμους ἀναιρούμεσθα, καὶ τὸν ἥσσονα Δουλούμεθ' ἄνδρες ἄνδρα, καὶ πόλεις πόλιν. Iph. A. 1256. Οὐ Μενέλεώς με καταδεδούλωται, τέκνον. Activa forma *in servitutem redigere*, media *sibi in servitutem redigere* significat. Incertus Rhes. 407. σοὶ δὲ δουλώσας λεὼν Παρέσχον. *Tibi in servitutem tradidi.* Ubi solœcum esset δουλωσάμενος. Namque in hujusmodi verbis activa forma pro media interdum usurpatur, nequaquam autem media pro activa. ELMSL.

817. λαιμῶν βροτείων. De Macariæ sacrificio hic loquitur poëta. Parcit autem illius descriptioni, ne Alcmenæ dolorem pariat. BARNES. Hujusmodi monita subtiliora sunt quam veriora. Non recordatus est Barnesius, Polyxenæ cædem quinque et sexaginta versibus matri delatam esse. Nisi forte putavit hoc inter Hecubam et Alcmenam interesse, quod illam quinquaginta liberis orbatam ad novum dolorem de quinquagesimo primo obduruisse necesse esset. Ceterum eandem locutionem habet Noster Iph. A. 1071. Βρότειον αἱμάσσοντες λαιμόν.—Οὔριον φόνον. *Secundum sanguinem.* Faustum scilicet et salutarem, ut recte interpretes. Cicero de Divinat. I. 15. *Auspicia quæ alicui secunda evenerunt.* Noster Hel. 1587. αἵματος δ' ἀποῤῥοαὶ Εἰς οἶδμ' ἐσηκόντιζον οὔριοι ξένῳ. ELMSL.

818. Post ἀσπίδων interpungit Heathius, ita vertens: *Hi vero sub clypeis, lateribus latera tegebant.* Ceteri omnes, *sub clypeorum lateribus.* Legendum autem πλευροῖς. Suspicor vocabula πλευραί, πλευραῖς et πλευράς in tragicorum scriptis ubique vitiosa esse. Vide omnino Porsonum ad Hec. 809. Or. 213. qui alteram formam a librariis obliteratam in nonnullis locis restituit. ELMSL.

822. καὶ τῇ τεκούσῃ. Se enim *Autochthones* esse gloriabantur Athenienses. Unde Eurip. Ion. 29. λαὸν εἰς αὐτόχθονα Κλεινῶν Ἀθηνῶν. In quem locum plura dicam. BARNES.

823. μὴ καταισχῦναι θέλων. Interpretor, *ne quis volens dedecoraret;* ut θέλων sit per enallagen casus pro θέλοντα. Alioqui pronum est emendare θέλειν. MUSGR. Loca scriptorum quæ ad interpretationem suam defendendam attulit vir eruditus, cum diversissima sint a nostro loco, memorare supersedeo. Participium θέλων et verbum ἐλίσσετο separari nequeunt. Legendum igitur, μὴ καταισχῦναι θέλειν, id est, μὴ καταισχύνειν. Ita Noster El. 1353. Οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω. Vide Marklandum ad Suppl. 883. Si recte se haberet participium, scribendum esset, οὐ καταισχῦναι θέλων. Noster Ion. 1117. Τὸ μὴ δίκαιον τῆς δίκης ἡσσωμένον Ἐξηῦρεν ὁ θεὸς, οὐ μιανθῆναι θέλων. ELMSL.

824. ἐλίσσετο. *Supplicabat.* Verbum minime imperatorium ex industria adhibuisse videtur poëta, quo melius Eurysthei timiditatem exprimeret. Alioqui προὐτρέψατο, *hortatus est*, aut aliquid ejusmodi dixisset. ELMSL.

825. ἐσήμηνε. Impersonaliter accipiendum est. Cujus constructionis exempla attulit H. Stephanus v. Σημαίνω. Vide Xenophontem Pæd. V. 3. 52. Anab. II. 2. 4. III. 4. 4. In his locis ὁ σαλπιγκτὴς subaudiri monent interpretes. Suppleri potest etiam ὁ στρατηγός. Noster Tro. 1260. Χωρεῖτε, Τρώων παῖδες, ὀρθίαν ὅτ' ἂν Σάλπιγγος ἠχὼ δῶσιν ἀρχηγοὶ στρατοῦ. Sed eandem rationem in hac locutione obtinere existimo, quam in ὕει, νίφει et similibus, in quibus male ὁ θεὸς supplent grammatici.—ὄρθιον. *Magno sonitu.* Citat Barnesius Æsch. Pers. 389. ὄρθιον δ' ἅμα Ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας Ἠχώ. Præconis ὀρθίων κηρυγμάτων meminit Soph. El. 683. De Tyrrhenica tuba vide Barnesium ad Phœn. 1377. et interpretes ad Soph. Aj. 17. ELMSL.

827. αὐχεῖς. *Existimas.* BROD. Vide vv. 333. 926. Exempla passim occurrunt. Sic etiam ἐλπίζειν de re præterita dicitur. ELMSL.

829. πίτυλος. *Impressio, simul ab omnibus facta.* Vide ad Iph. T. 297. BARNES.

831. ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ, κ. τ. λ. Homerus Il. N. 130. Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ, Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Virgil. Æn. X. 361. *Concurrunt, hæret pede pes, densusque viro vir.* BROD. Virgiliana locutio, *hæret pede pes*, Euripideam ποὺς ἐπαλλαχθεὶς ποδὶ, *pes cum pede alternatus*, vix attingit. ELMSL. Censor eruditus in

Quart. Rev. T. IX. cui et notæ sequentis auctarium debetur, exemplis a Brodæo citatis, addit Tyrtæi frag. ap. Stob. I. p. 189. Καὶ πόδα πὰρ ποδὶ θεὶς, κ̀ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας.

832. Legendum ἐκαρτέρει μάχη. Μάχη ἦν καρτερὰ dicunt prosæ orationis scriptores. Herodotus I. 76. Μάχης δὲ καρτερῆς γενομένης, καὶ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος οὐδέτεροι νικήσαντες διέστησαν, νυκτὸς γενομένης. Thucydides I. 49. Ἦν τε ἡ ναυμαχία καρτερά. IV. 43. Καὶ ἦν ἡ μάχη καρτερά. Constructio est ut apud Soph. Ant. 259. Λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοὶ, Φύλαξ ἐλέγχων φύλακα. Elmsl. Vide ad Phœn. 283. Exemplis adde Thucyd. IV. 96. τὸ δὲ ἄλλο στρατόπεδον καρτερᾷ μάχῃ καὶ ὠθισμῷ ἀσπίδων συνειστήκει.

833. τῇ κελεύσματος. *Formula;* scilicet.

834. ὦ τὰς Ἀθήνας. Supplendum οἰκοῦντες. Nam σπείροντες non convenit. Non est quod miremur γύην cum articulo masculino conjunctum. Sic enim [monente Barnesio] poëta incertus (Simonides, opinor) apud Platonem Epist. I. p. 310. A. γόνιμοι βρίθοντες αὐτάρκεις γύαι. Sophocles in Phœnice apud Athenæum p. 70. A. Κύναρος ἄκανθα πάντα πληθύει γύην. Lycophron v. 252. Κεῖται, πέφρικαν δ' ὥστε λῃίου γύαι Λόγχαις ἀποστίλβοντες. Musgr. Adde Æsch. Prom. 369. Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας. Ita recte Robortellus. Apud Soph. Œd. C. 58. meliores libri, οἱ δὲ πλησίοι γύαι, deteriores ex emendatione, αἱ δὲ πλησίον γύαι. Contra in Ant. 569. ubi in melioribus legitur, Ἀρώσιμαι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι, recte ἀρώσιμοι præbent libri deteriores. Apud Nostrum Bacch. 13. ubi vulgo legitur, Λιπὼν δὲ Λυδῶν τὰς πολυχρύσους γύας, potius τῶν πολυχρύσων quam τοὺς πολυχρύσους legendum videtur. Qui femininum γύη Atticis ignotum fuisse mecum arbitrantur, legent proculdubio in Hel. 89. Τί δῆτα Νείλου τούσδ' ἐπιστρέφει γύας; Elmsl.

835. ἀρήξετε. *Arcebitis;* pro ἀπαμυνεῖτε. Noster Med. 1265. Παρέλθω δόμους. ἀρῆξαι φόνον Δοκεῖ μοι τέκνοις. Vide ad Œd. T. 892. 893. Elmsl. Adde Æsch. Theb. 121. ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν.

840. Noster habet ὄχημ' ἵππειον Hippol. 1345. ἵππιον ἅρμα Hel. 1495. utrumque metro postulante, neutrum in senario. Ante Barnesium utrobique ἵππειον legebatur, et in El. 829. Δισσοὺς διαύλους ἱππείους διήνυσε. Ἱππίου θεοῦ primus reposuit Valckenærius in Phœn. 1707. *Quod hoc solo nomine rectius est,* inquit Porsonus, *quod iambum pro spondeo præbeat,* in quinta scilicet sede. Nostro loco non refragabor quo minus ἵππιον δίφρον legatur. Quamquam multo libentius retinerem

ἵππειον δίφρον quam ἵππειον θεὸν, ἵππειον Ἄργος, ἵππειον Ποσειδῶ et similia. ELMSL.

842. ἐπεῖχε. *Instabat.* Noster Bacch. 1083. Αὐτονόη τ' ὄχλος τε πᾶς Ἐπεῖχε Βακχῶν. ELMSL. Vide locum.

844. Παλληνίδος. Quæ in vico Atticæ colitur, cui Pallene nomen. Ἔστι δὲ, ait Stephanus, καὶ δῆμος Ἀττικὸς τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, οὕτω λεγόμενος. Herod. I. 62. Ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρόν. BROD. Ex Herodoto patet vicum hunc inter Athenas et Marathonem situm esse. MUSGR. Nomen non Παλλήνη sed Πάλληνον fuisse suspicor ex adverbio Παλλήναδε, cujus loco Βαλλήναδε per jocum dixit Aristoph. Ach. 234. ELMSL.

847. κἀποτίσασθαι δίκην. Sic etiam mox v. 877. μὴ ἀποτίσασθαι δίκην. In Med. 264. Πόσιν δίκῃ τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν. Sic etiam Bacch. 324. Τῆς σῆς ἀνοίας τόνδε τὸν διδάσκαλον Δίκῃ μέτειμι. Malim utrobique δίκην. Ita Æsch. Agam. 1271. Ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον, Ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον. Choëph. 986. Ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐν δίκῃ μόρον Σῆς μητρός. Eum. 230. Ἐγὼ δ', ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον, δίκας Μέτειμι τόνδε φῶτα [καὶ κυνηγέτις]. Ita interpungendum. Noster Bacch. 489. ἀτάρ τοι τῶνδ' ἄποιν' ὑβρισμάτων Μέτεισι Διόνυσός σ'. In his locutionibus adhibetur duplex accusativus eodem fere modo ut in αἰτῶ σε ἀργυρίον et similibus. Dum de hac re agitur, duas observationes ad usitatissimam locutionem δοῦναι δίκην pertinentes hic subjiciam. Prima est, eadem significatione interdum dici λαβεῖν δίκην, quamvis *pœnas dare* et *pœnas sumere* apud Latinos non minus inter se differant quam τίσαι δίκην et τίσασθαι δίκην. Noster Bacch. 1265. Πόλει τε τάρβος ἦσθα· τὸν γέροντα δὲ Οὐδεὶς ὑβρίζειν ἤθελ', εἰσορῶν τὸ σὸν Κάρα· δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβανεν. Lego, ἀξίαν ἂν ἔλαβεν ἄν. Herodotus I. 115. Οὗτος δὲ ἀνηκουστεέ τε καὶ λόγον εἶχε οὐδένα, ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην. Altera observatio spectat ad Or. 602. Ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν, Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ λεύσιμον δοῦναι δίκην. Δοῦναι δίκην, inquit Porsonus, *quod alibi fere sonat* pœnas pendere, judicium subire, *hic rarissimo usu ponitur pro eodem prope, quod Latine dicitur* jus dare *vel* reddere. Hæc ille, cui fraudi fuit distinctio loco non suo posita. Ita interpungendum: Ἑκοῦσαν, οὐκ ἄκουσαν ἐπισείσω πόλιν Σοὶ σῇ τ' ἀδελφῇ, [ὥστε ὑμᾶς] λεύσιμον δοῦναι δίκην. Similis constructio verbi ἐπισείειν v. 245. ELMSL.

849. δισσὼ γὰρ ἀστέρ' κ. τ. λ. Phænomenon, quod ob oculos ponere voluit Euripides, hujusmodi est: Cecidisse de cœlo in currum Iolai duas stellas, et, earum lumine extincto, cur-

rum tenebris involutum fuisse. Quod narrat Nuntius, divos duos insedisse currui, non est phænomenon; neque enim divos hosce a quoquam conspectos fuisse tradit; sed phænomeni tantum interpretamentum. Musgr.

855. Eurystheum ad Scironides rupes non solum captum, sed etiam interfectum esse narrat Apollodorus II. 8. 1. cujus verba vice alterius argumenti fabulæ præmisit Barnesius. Cum Apollodoro consentit Pausanias, I. 44. p. 109. Scironidas rupes describit Strabo IX. p. 391. Post Strabonis ætatem, viam latiorem et meliorem reddidit Hadrianus Cæsar, teste Pausania p. 107. E recentioribus consulendus in primis Wheelerus, *Travels in Greece*, p. 436. Elmsl.

860. τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα κ. τ. λ. Similes tragicorum sententias indicavi ad Soph. Œd. T. 1528. Elmsl. Vide ad Androm. 100.

872. πατρῴοις. Id est, ἐγχωρίοις, ut nonnunquam vocantur. Vide Æsch. Agam. 819. Non inepte etiam Barnesius confert 1 Sam. xxvi. 19. Musgr.

879. κρατοῦντα. *Victum*. Port. Attice vox activa pro passiva. Barnes. In eorum gratiam qui κρατοῦντα passivo sensu accipiunt, et *victum* interpretantur, moneo νικῶντα pro νικώμενον in Suppl. 696. occurrere, ubi εἴκοντα Valckenærii conjecturam probat Marklandus. Virorum doctorum ad nostrum locum conjecturæ Sardi sunt venales, alius alio nequior. Sub κρατοῦντα latere videtur verbum quod ζῶντα significet. Quo sensu non male legeretur βλέποντα, si propius ad receptam scripturam accederet. Vide Nostrum Hec. 308. Alc. 142. Iph. T. 701. Tro. 636. Hel. 1011. Phryxo fr. 15. Soph. Aj. 1067. Elmsl. Orellius non male conjecit κλαίοντα, in Append. ad Isocrat. Antid. p. 330.

881. ἔζευξ' ἀνάγκῃ. Vide Marklandum ad Suppl. 219. Ita Æsch. Prom. 107. θνητοῖς γὰρ γέρα Πορὼν, ἀνάγκαις ταῖσδ' ἐνέζευγμαι τάλας. Idem ζεύξω βαρείαις dixit Agam. 1468. subaudito, ut videtur, ἀνάγκαις, ἄταις, πημοναῖς, aut tali quodam vocabulo. Elmsl.

883. καὶ μέμνησό μοι. Ita Reiskius. Recte Porsonus Advers. p. 274. καὶ μέμνησ' ὁμοῦ. Elmsl.

885. Porsonus ibid. ἐλευθερώσειν μ'. Ita legendum ipse videram. Elmsl.

887. ἐμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς. Supplendum est εἴη e v. 889. Quamquam ἐστὶ sententiæ convenientius esset quam εἴη. Non enim optantium sed affirmantium sermo est. Elmsl. εἰ λίγεια λωτοῦ χάρις. *Si fistulæ adsit jucunditas.* Brod.

888. Notandum ἐνὶ, quod raro hac significatione apud tragicos legitur. Ἐνὶ ναυσὶν Noster Iph. T. 1078. An legendum utrobique ἐπί? Ἐπὶ ναυσὶν Eurip. Hel. 1135. Thucydides II. 80. IV. 10. Elmsl. Probante censore in *Quart. Rev.* T. IX. qui confert etiam Med. 196. Hel. 177. ἐπὶ δακρυσὶ, *inter lacrimas.*

889. Epitheton εὔχαρις, quod bis tantum usurpat Euripides, utrobique Veneri tribuitur. Alter locus est Med. 629. Elmsl.

892. τῶν πάρος οὐ δοκούντων. *Qui nullo antea in numero habebantur.* Οἱ δοκοῦντες, ἔντιμοι καὶ ἔνδοξοι dicuntur. Brod. Confert Musgravius Hec. 292. Troad. 617.

894. τελεσσιδώτειρα. Analogiæ repugnare videtur hæc vox per Ω scripta. Quamvis enim δωτῆρες ἑάων et δῶτορ ἑάων dixerit Homerus, Attici, ni fallor, in derivatis a δίδωμι semper O adhibent, præterquam in δωσίπυγος, προδωσέταιρος, et similibus, quorum diversa est ratio. Ὀλβοδότειρα legitur in Bacch. 395. ὑπνοδότειρα in Or. 171. Elmsl. Adde βαρυδότειρα, Æsch. Theb. 977.

895. Αἰών τε Κρόνου παῖς. *Et Æon Saturni filius.* Musgr. Qui nonnulla de deo Æone collegit. Jovem hic intelligi parum dubito, licet eum ita appellatum alibi non repererim. Sed philosophari videtur noster. Passim conjunguntur Μοῖρα, *fatum*, et Jupiter. Noster El. 1248. τἀντεῦθεν δὲ χρὴ Πράσσειν, ἃ μοῖρα Ζεύς τ' ἔκρανε σοῦ πέρι. Elmsl. Hunc *Æonem* Poetis antiquioribus ignotum esse judicat censor jam sæpe laudatus, et hic loci a librario quodam e Procli et Platonicorum operibus insertum. Exempla Musgravii ad ætatem seriorem omnia spectant. Conjicit igitur V. D. Euripidem scripsisse ἀεὶ ὤν τε K. παῖς. Cf. Hom. Il. A. 209. Callim. H. Jov. 9.

897. ἀφελέσθαι. *Tolli*, quasi passivum sit, reddit Portus, *amittere* Musgravius. Imo, *tollere*, *delere*. Noster Androm. 514. Καὶ φόβον οἴκων ἀφελέσθαι. Elmsl. Distinguendum δίκαιον—οὐ χρή ποτε τόδ' ἀφελέσθαι—τιμᾶν θεούς. *Famam habes meritam, Deos colendi. Hoc nunquam dimittere oportet. Qui vero aliter dicit, &c.* Musgr.

898. ὁ δὲ μή σε φάσκων. Nempe, δεῖν τιμᾶν θεοὺς, insanit. Brod.

899. ἐγγὺς μανιᾶν ἐλαύνει. Similis locutio in Bacch. 808. Ἔξω δ' ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν. Plurale μανίαι ab Atticis frequentari monuerunt alii. Satis exemplorum præbebit index Beckianus. Ita Aristoph. Pac. 65. Τὸ γὰρ παράδειγμα τῶν μανιῶν ἀκούετε. Elmsl.

903. παραιρῶν φρονήματος. *Resecans superbiam.* PORTUS. Rectius, *minuens, partem aliquam ab ea auferens.* Noster Hippol. 1101. Λύπας παραιρεῖ. Ubi λύπας genitivus esse videtur. Omnibus satis notum est, in hujusmodi locutionibus genitivum pendere a subaudito μέρος τι. Multum interest, verbi causa, inter tres locutiones, ἔτεμον τῆς γῆς τὴν πολλὴν, τῆς γῆς ἔτεμον καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ἔτεμον, quas usurpat Thucydides II. 56. 57. Verba ejusdem III. 89. ϗ τοῦ τε φρουρίου τῶν Ἀθηναίων παρεῖλε, ita recte interpretatur Valla: *Quæ ab Atheniensium castello partem abstraxit.* ELMSL.

906. τεὸς γόνος. *Filius tuus.* BROD. Τεοῖσι pro σοῖσι Æsch. Prom. 162. τεὰν Soph. Ant. 604. ELMSL. Adde Æsch. Theb. 101.

907. φεύγει λόγον. *Aspernatur sermonem illum.* HEATH. Legendum φεύγω λόγον. *Rejicio sermonem illum.* ELMSL.

909. δαισθείς. *Combustus* aut *crematus* recte omnes interpretes. Radix est δαίω, *uro.* Δαϊχθεὶς autem, quod legitur in Iph. T. 848. formatur a δαΐζω, *interficio.* ELMSL.

910. χροΐζει. Hesychius: χροϊζόμενον· λαμπρυνόμενον. Scilicet χροιὰν, *colorem,* et χρόα, *cutem,* confuderunt grammatici. *Contrectat* recte Musgravius. Usitatiorem formam χρώζειν habent Noster Phœn. 1625. Med. 494. Ad Hesychii glossam allegatur a Jensio Theocritus X. 18. Μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐζεται ἁ καλαμαία. Schol. Γράφεται καὶ χροϊξεῖται, ἀντὶ τοῦ συγχρωτισθήσεται ϗ συγκοιμηθήσεται. ELMSL.

912. δισσοὺς παῖδας Διός. Herculem et Heben recte Barnesius, qui monet Heben Παῖδα Διὸς μεγάλοιο ϗ Ἥρης χρυσοπεδίλου ab Homero appellari Od. Λ. 603. ELMSL.

913. ἠξίωσας. *Honorasti, amplificasti.* Sic ἀξιωθεὶς Or. 1161. Ἀξιοῦν pro τιμᾶν exstat Hec. 316. Or. 1203. MUSGR.

914. ξυμφέρεται τὰ πολλὰ πολλοῖς. *Conducunt* vertit Portus, *concurrunt* Barnesius, *congruunt* recte Musgravius, *multa multis* omnes. Noster El. 523. Ἔπειτα χαίτης πῶς ξυνοίσεται πλόκος; *Congruet* recte interpretes, quo sensu activam formam usurpat Soph. Aj. 430. Αἶ αἶ, τίς ἂν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; Συμφέρειν *consentire* significat apud Nostrum Med. 13. Sic etiam συμφέρεσθαι apud Soph. Œd. C. 640. Ubi mox sequitur eodem sensu v. 645. οὐ γὰρ ἀντιστήσομαι. Nostro loco vocabulum πολλοῖς de Hercule ejusque liberis accipiendum est. Quanto studio πολλὰ πολλοῖς similesque vocabulorum geminationes prosecuti sint tragici, nihil attinet dicere. Noster Med. 576. Ἦ πολλὰ πολλοῖς εἰμι διάφορος βροτῶν. Ubi obiter notandum πολλοῖς διάφορος

pro πολλῶν διάφορος. Ion. 384. Πολλαί γε πολλοῖς εἰσι συμφοραὶ βροτῶν. Æsch. Suppl. 459. Δεῖ κάρτα θύειν, καὶ πεσεῖν χρηστήρια Θεοῖσι πολλοῖς πολλὰ, πημονῆς ἄκη. ELMSL.

915. πατρὶ τῶνδ' Ἀθάναν κ. τ. λ. Palladem Herculis in omnibus fere laboribus adjutricem fuisse satis docebit vel unus Homerus: Il. Θ. 362. MUSGR.

920. Vulgo πρὸ δίκας, quæ locutio alibi non occurrit, monente Elmsleio: qui et βίαιος post Musgravium recepit. Sensum loci ita Anglice expressit V. D. in Censura Trimestri; *To whom the gratification of his anger was of more account than justice.* Plato Crit. 16. μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ, μήτε τὸ ζῆν, μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ δικαίου.

927. Vulgo πολυπόνων σὺν ἀσπίσιν. Elmsleius πολυπόνοις, quod Matthiæi lectioni fortasse præstat.

928. Ordo est, ἔστειχε πέρσων Ἀθήνας. Sic ἔβα πέρσων Phœn. 153. πέρσων ἦλθε ibid. 1628. ELMSL.

931. βρέτας Διὸς τροπαίου. Cf. Phœn. 1250. 1473. MUSGR.

938. προσβλέπειν ἐναντίον. In hac locutione ἐναντίον adverbium est. Ita Noster Hec. 953. αἴτιόν τι καὶ νόμος, Γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον. Med. 466. Οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν, οὐδ' εὐτολμία, Φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν. ELMSL.

954. κερδανεῖς ἅπαντα. Noster Med. 451. Πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένη φυγῇ. Κέρδος in re simili usurpat Soph. Ant. 461. εἰ δὲ τοῦ χρόνου Πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὔτ' ἐγὼ λέγω. ELMSL.

956. Legendum οὐκ ἔστιν ὅσιον. Noster Iph. T. 1013. ΟΡ. Σὺ δ' ἤ τις ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας; ΙΦ. Ἐγώ· θιγεῖν γὰρ ὅσιόν ἐστ' ἐμοὶ μόνῃ. ELMSL. Cf. v. 1006.

963. An scribendum [cum Reiskio] ἀπειστῆσαι? MUSGR. Sic etiam ad v. 1019. Fuerunt scilicet qui ἀπειστεῖν, *non obedire*, ἀπιστεῖν, *non credere*, scribendum censerent. Vide Marklandum ad Suppl. 389. Cum autem πείθεσθαι *parere* et *credere* promiscue significet, non video quibus rationibus nitatur ea sententia. Eo sensu quo nostro loco legitur ἀπιστῆσαι, utrumque ἀπιθῆσαι et ἀπειθῆσαι usurpant tragici. Soph. Phil. 1447. Οὐκ ἀπιθήσω τοῖς σοῖς μύθοις. Eurip. Or. 31. Ὅμως δ' ἀπέκτειν', οὐκ ἀπειθήσας θεῷ. ELMSL.

965. ἠδικήθη. Explicandum cum Barnesio, *injuste absolutus est.* Ἠδικήθη, ὅτι δίκης οὐκ ἔτυχε. *Tunc primum injuste cum eo actum est, quod non interfectus sit.* MUSGR. Quæ interpretatio parum mihi satisfacit, quamvis meliorem afferre nequeam. Non video quomodo qui pœnas sceleris non det, ἀδικεῖσθαι dici possit. Τότε, *in ipsa acie*, Brodæus ad v. 1004. ELMSL.

982. ἤδη γε σοὶ κ. τ. λ. Legendum οὐ δῆτα· κ. τ. λ. *No in-*

deed. Vide Nostrum supra v. 507. Hec. 364. Hippol. 1079. Alc. 573. Androm. 409. Æsch. Prom. 347.—αὐτανέψιος. Ab utraque parte ἀνέψιοι erant Eurystheus et Alcmena. Utriusque enim avus paternus fuit Perseus, maternus Pelops. Persei filios fuisse Sthenelum Eurysthei patrem et Electryonem Alcmenæ patrem nemini ignotum est. Alcmenæ matrem Pelopis filiam appellat Noster supra v. 211. Eurysthei quoque matrem Pelopis filiam fuisse constat ex Thucydide, I. 9. ubi Pelopis filius Atreus Eurysthei avunculus (μητρὸς ἀδελφὸς) vocatur. ELMSL.

989. Vulgo συνθακών. Legendum συνθακῶν. Nullum aoristum secundum hoc verbum habere recte suspicatur Barnesius. Addo, neque primum. Θακῶν pro θακὼν sensu postulante dedit Brunckius apud Soph. Trach. 23. προσθακὼν male retinuit in Œd. C. 1166. Θακεῖς Noster supra v. 239. θακεῖ Soph. Œd. T. 20. Aj. 106. 325. θακοῦσιν Œd. C. 340. θάκει imperativum Aj. 1173. ELMSL.

990. διώσας. Vulgo δηώσας, cujus primam corripit Noster, auctorem fortasse secutus Æschylum Προμηθεῖ Λυομένῳ, cujus verba debemus Straboni IV. p. 183. Βάλλων δηώσεις ῥᾳδίως Λίγυν στρατόν. Archilochus apud Stobæum CXI. p. 580. Ἐνάλιον, καί σφιν θαλάσσης ἠχήεντα κύματα. Simonides Amorginus apud eundem LXXIII. p. 435. Τὴν δ' ἵππος ἁβρὴ χαιτήεσσ' ἐγείνατο. ELMSL. Vide Seidl. de vers. dochm. p. 102. Nihil igitur opus Matthiæi emendatione.

992. οὐκ ἀριθμόν. *Non unum e multis.* Erasmus in Proverb. *Numerus.* BROD. Citat Barnesius Tro. 477. Κἀνταῦθ' ἀριστεύοντ' ἐγεινάμην τέκνα, Οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν. Aristoph. Nub. 1203. Ἀριθμὸς, πρόβατ' ἄλλως, ἀμφορῆς νενησμένοι. Ubi gl. apud Brunckium, ματαιὸν πλῆθος. Hoc peculiare habet noster locus, quod in eo unus Hercules οὐκ ἀριθμὸς dicitur. Ἀριθμὸς λόγων, *mere words*, Soph. Œd. C. 382. ELMSL.

997. πάντα κινῆσαι πέτρον. Sensus hujus proverbii obvius est. De origine vide Suidam in voce; cui paria fere habet Photius; Lex. MS. MUSGR. Confert Elmsleius proverbium apud nostrates etiam familiare: *To leave no stone unturned.*

998. κτείνοντα. *Interficere conantem,* ut alibi passim. Vide Soph. Œd. C. 993. Eurip. Phœn. 1601. Androm. 794. Iph. T. 27. Ion. 1224. 1299. 1307. 1325. 1327. Quam significationem non agnoscit Teucer apud Soph. Aj. 1126. ΜΕ. Δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν, κτείναντά με; ΤΕΥ. Κτείναντα; δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών. Κτείνοντα dicere debebat Menelaus.

Aoristus enim ejusque participium hanc significationem respuunt. Corrigendus igitur Noster Ion. 1290. Ἔκτεινα δ' ὄντα πολέμιον δόμοις ἐμοῖς. Malim, Ἔκτεινον ὄντα. ELMSL.

1000. οὔκουν σύ γ', κ. τ. λ. Simili argumento sævitiam suam defendit Menelaus Androm. 659. Κἀκεινό νυν ἄθρησον, εἰ σὺ παῖδα σὴν Δοὺς τῳ πολιτῶν, εἶτ' ἔπασχε τοιάδε, Σιγῇ κάθησ' ἄν; οὐ δοκῶ. Ubi verba οὐ δοκῶ idem significant quod οὔτιν' ἂν πίθοις. ELMSL.

1004. τότε. Vide supra ad v. 965.

1005. πρόθυμον ὄντα. Id est, ἕτοιμον, *mori paratum*. ELMSL.

1009. Legendum προσεῖπας, ἀντήκουσας. Siquis autem deleta præpositione legere malit, ἅ γ' εἶπας, ἀντήκουσας, equidem non vehementer repugnabo. ELMSL.

1010. Sensum horum verborum minime assecuti sunt interpretes. Quorum conjecturis omissis, meam interpretationem proponam. Plerumque solent homines, qui aliquid ab ætate, sexu aut conditione sua alienum faciunt, ipsi sui accusatores fieri, ne in ἀναισθησίας suspicionem incurrant, et ex ignorantia peccare videantur. Ita Macaria v. 474. Alcmena v. 973. et hoc loco Eurystheus. Verte, *Nunc autem licet supplicem et timidum me vocare.* Cicero pro Milone c. 34. *Timidos et supplices, et, ut vivere liceat, obsecrantes.* Scilicet non diffitetur se abjectum et timidum vocari posse, qui sævitiam suam in Herculem ejusque liberos excusando mortem detrectare conatus sit. Huc enim spectavit tota ejus oratio. Nulla difficultas est in voce προστρόπαιον, quæ ἱκέτην significat apud Soph. Aj. 1173. Phil. 930. Major in altero vocabulo γενναῖον, *fortem, animosum,* quod cum mea interpretatione conciliari nequit, nisi per ironiam. ELMSL.

1022. κατῃδέσθη κτανεῖν. *Religioni habuit interficere.* Noster Ion. 178. Κτείνειν δ' ὑμᾶς αἰδοῦμαι, Τοὺς θεῶν ἀγγέλλοντας φήμας Θνατοῖς. Æsch. Choëph. 899. Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν; Pers. 811. Οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη Ἠιδοῦντο συλᾶν, οὐδὲ πιμπράναι νεώς. ELMSL.

1025. με θάψεθ'. De sepultura Eurysthei audiendus Strabo VIII. p. 377. De Tricorytho, Atticæ pago Marathoni vicino, vide ad v. 81. Plura de morte Eurysthei dedi ad v. 855. ELMSL.

1030. ὅτ' ἂν μόλωσι δεῦρο. Quod fecerunt Lacedæmonii, Heraclidarum posteri, plus semel belli Peloponnesiaci tempore. MUSGR.

1033. Vulgo ἠρόμην θεοῦ. Legendum, ni fallor, ᾐδούμην. MUSGR. Insolens locutio χρησμὸν αἰδεῖσθαι, pro χρησμοῦ ἐντρέ-

πεσθαι. Ita tamen scripsisse videtur poëta. Æsch. Agam. 946. Μή νυν τὸ ἀνθρώπειον αἰδεσθῇς ψόγον. Suppl. 487. Ὅμως δ' ἀνάγκη Ζηνὸς αἰδεῖσθαι κότον Ἱκτῆρος· ὕψιστος γὰρ ἐν βροτοῖς φόβος. Elmsl.

1034. Ἥραν νομίζων κ. τ. λ. Interrogationi suæ respondet Eurystheus, ut Helena Hel. 56. Τί δῆτ' ἔτι ζῶ; θεοῦ τόδ' εἰσήκουσ' ἔπος Ἑρμοῦ, κ. τ. λ. Vide etiam Soph. Œd. C. 1308. Ant. 908. Elmsl.

1035. κοὐκ ἂν προδοῦναί μ'. Id est, Καί μ' οὐ προδώσειν. Ad μήτε μοι χοὰς supplendum δῷς, σπείσῃς, aut aliquid ejusmodi. Nam χοὰς ἐᾶν στάξαι nemo unquam dixit. Elmsl.

1036. Vox τόκον nullam, quod sciam, hujus loci sententiæ idoneam significationem habet. Poëtam scripsisse τάφον omnino mihi persuasum est. Heath. Probante Elmsleio.

1045. κυσὶν δοῦναι. Quomodo igitur sepeliri potuit, ut supra dicit v. 1025.? Verum multa hujusmodi apud Euripidem peccata. Musgr.

1049. τὰ γὰρ ἐξ ἡμῶν. *Quod enim ad nos attinet.* Barnes. Sic τἀπὸ σοῦ apud Soph. Œd. C. 1628. Sensus est, *Eurysthei cædes civitatem nostram piaculo non obstringet,* quæ scilicet eum dimittere voluerit. Elmsl.

FINIS NOTARUM IN HERACLIDAS.

NOTÆ

IN

HELENAM.

NOTÆ IN HELENAM.

Helena, utrum in Trojam a Paride deducta sit, an vero in Ægypto Trojani belli tempus transegerit, unde postea a Menelao revecta est, inter mythologos non convenit, nec ulla spes est, litem post tot secula componi posse. Mihi tamen in mentem venit, Helenam, postquam in gratiam cum Menelao redierat, cum Sacerdotibus Ægyptiis (quorum maxime testimonio defendit eam Herodotus II. 112. ad 120.) cum iis igitur agere potuisse, ut fabulam de spectro Helenæ Paridem comitante concinnarent, quæ, militum primo credulitate devorata, eorum postea ope Græciæ in se odium universæ placaret. Talis certe fallacia nec fœminæ, qualis Helena erat, nec Sacerdotum Ethnicorum ingenio, indigna erat. Quicquid hujus sit, Euripides certe historiam non ipse primus confinxit, exornatam quippe antea a Stesichoro. Vide Aristid. περὶ Ῥητορικῆς. Tzetzen in Lycophron. v. 113. Isocratem in Helenæ Encomio. Dicerem et a Stesichoro prolatam, nisi eam Herodotus l. c. Sacerdotum Ægyptiorum testimonio muniisset. Musgr.

Vers. 1. Νείλου μὲν αἵδε κ. τ. λ. Quod ad sententiam priorum hujus Tragœdiæ versuum attinet, sequutus est Euripides autorem Anaxagoram. Vide Diodor. Sicul. I. 38, 46. Ἀναξαγόρας ὁ φυσικὸς ἀπεφήνατο τῆς ἀναβάσεως αἰτίαν εἶναι τὴν τηκομένην χιόνα κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν· ᾧ καὶ ὁ ποιητὴς Εὐριπίδης μαθητὴς ὢν ἠκολούθηκε. ubi præterea hic ex Helena locus laudatur. Docte de hac Anaxagoræ opinione disputantem vide Valckenærium in Diatribe, p. 30. A. B.—καλλιπάρθενοι ῥοαί. Dictum videtur ut καλλίχοροι πάγαι, in Ion. 1075. *ubi formosæ puellæ choros instituunt.* Vide Coluthum de R. H. 1. seqq. et ibi Lennep. Aristophanis tamen Scholiastes ad Thesmoph. 802. ubi hic Euripidis versus intexitur, ita accepisse videtur, ut καλλιπάρθενοι ῥοαὶ dictæ sint pro παρθενίαις, *puris et limpidis aquis.* Λαμπραὶ, inquit, αἱ ῥοαὶ τοῦ Νείλου. De hac significatione vo-

cis παρθένιος cf. D. Rhunkenium ad Hymn. in Cerer. v. 99. JACOBS.

2. πέδον. Emendabat Scaliger πέδων, credo, quia πέδον, sequente γύας, otiosum et incommodum putabat. Sed tales pleonasmi apud Euripidem non ignoti. Vide Herac. 488. Ion. 16. MUSGR. Vel denique κατὰ potest intelligi, ut sit: Αἰγύπτου πέδον ὑγραίνει, γύας δηλονότι, ἢ κατὰ γύας. BARNES.

3. De Nili incremento videndi Herodotus, II. 22. Diodor. Sic. I. 37. Scholiastes Apollon. Rhod. ad IV. 269. Lucan. Pharsal. X. 220. denique Strabo, XV. 696. ne omnes enumerando lectori tædium creem. MUSGR.

4. Πρωτεύς. De eo vide Herodotum, II. 114. unde sua depromsit Eustathius ad Odyss. IV. 469. MUSGR.

5. Φάρον μὲν οἰκῶν νῆσον. Hæc ab Homero sumsit Euripides. Vide Odyss. Δ. 354. Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ Αἰγύπτου προπάροιθε· Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι, κ. τ. λ. Hic Ægyptii reges quondam habitasse dicuntur. BARNES.

7. Vulgo Αἰόλου. Legendum Αἰακοῦ, cui invita concubuit Psamathe, Nerei filia, teste Apollodoro III. 11. confer Hesiod. Theog. 1004. Pindar. Nem. V. Epod. I. De Æolo, qui Enareten matrimonio duxit (Apol. I. 7.) nihil tale traditur. MUSGR.

11. τὸ μητρὸς ἀγλάϊσμ'. Hesychius: ἀγλάϊσμα· καλλονὴ, κόσμος. Æsch. Choëph. 191. Εἶναι τόδ' ἀγλάϊσμά μου τοῦ φιλτάτου Βροτῶν 'Ορέστου. Vide Abresch. Lectt. in Æsch. II. 421. Eodem verbo Helena utitur de filia Hermione loquens, versu 282. hujus Tragœdiæ. De voce ἄγαλμα hoc sensu usurpata (πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. Suidas.) vide Dorville ad Charit. I. p. 13. Musgrav. ad Suppl. 367. Miscell. Obs. Vol. III. p. 267. Valcken. in Ammon. p. 169.—Post hunc versum unum intercidisse jam diu est quod videram. JACOBS. Forte hujusmodi erat, qui intercidit, versus: κεκλημένην πρὸς πατρὸς Εἰδοθέαν ἀεί. MUSGR. Lacunæ suspicionem amovet Matthiæ legendo, Εἰδώ, quo nomine Protei filiam a nonnullis appellatam fuisse conjicere licet.

12. ὡραίαν γάμων. Reiskii emendatio est. Sic Herac. 578. εἰς ὥραν γάμων. Vulgo ὡραίων.

14. τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα πάντ' ἠπίστατο. In eo enim vatis munus continebatur. Sequitur Noster Homerum, Il. A. 69. Κάλχας Θεστορίδης, οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος, Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. Virgil. Georg. IV. 392. *Novit namque omnia Vates Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.* JACOBS.

15. Νηρέως παρά. De Nereo vate videndi Noster Orest. 354. Hesiod. Theog. 233. Horat. I. 15. Musgr. Hoc sensu verbum τιμὰς legimus in Elect. 996. Herc. F. 825.—Vide Valckenærium de hac voce disputantem ad Hipp. p. 778. T. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 285. Jacobs. Vide ad Alcest. 30.

19. κύκνου μορφώματ' ὄρνιθος. Mihi satisfacit vulgata lectio, quam Reiskius in μόρφωμ' ἄπ' ὄρνιθος mutatam voluit. Illum pluralis numerus in μορφώματα offendisse videtur. Haud satis idonea de causa cum istud et aliis poëtis et Euripidi perquam familiare sit, ut plurali pro singulari utantur numero. Jacobs. Vide ad Orest. 467. 1046.

20. ὑπό. Pertinet ad φεύγων, i. e. ὑποφεύγων δίωγμα. Reisk. De historia sic Brodæus: "Jupiter in olorem mutatus, Venerem, quam in aquilam transformari jusserat, fugere simulabat, ut hoc prætextu in Ledæ gremium convolans, ejus amore potiretur." Ex Hygini Astron. Poët. II. 8. Musgr.

21. εἰ λόγος σαφής. *Si vera est et sincera hæc narratio.* Schol. Sophocl. in Œdipo C. 623. Εἰ ὁ Διὸς φοῖβος σαφής· ἀντὶ τοῦ ἀληθής. Vide Vauvillier. ad h. l. et Abresch. Dilucid. Thucyd. Auct. p. 349. Jacobs.

23. ἦλθον τρεῖς θεαὶ κάλλους πέρι. De judicio Paridis vide ad Androm. 285. et Iphig. A. 1273. et Luciani Κρίσιν θεῶν, Natal. Com. Mytholog. VI. 23. Euripides etiam sæpe hujus rei meminit, præsertim Troad. 919. Barnes.

24. Ἰδαῖον εἰς κευθμῶνα. De antro, ad Idam fere mediam, ubi Paris Dearum litem diremisse dicebatur, vide T. Hemsterhuis. ad Lucian. I. 252. Diodor. Sicul. XVI. p. 565. C. Jacobs.

29. Ἰδαῖος Πάρις. Paris erat Idæus dictus ab Ida monte, in quo de tribus deabus judicium tulit. Vide Iphigen. A. 1273. Barnes.

33. δίδωσι δ' οὐκ ἔμ', κ. τ. λ. Commode citat Brodæus Philostratum vit. Apollon. IV. 5. Vide et ad hujus fabulæ initium. Musgr.

40. κουφίσειε. Idem de Jovis consilio affirmat Orest. 1636. Musgr.

41. τὸν κράτιστον Ἑλλάδος. *Achillem ;* scilicet.

50. ἀναρπαγάς. Proprie ἀναρπάζεσθαι dicuntur, qui improviso abripiuntur. Vide v. 247. Hinc retinendum ἀναρπαγάς. Musgr.

52. ψυχαὶ δὲ πολλαὶ κ. τ. λ. Hom. Il. A. 3. πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν Ἡρώων.

56. τί δῆτ' ἔτι ζῶ; κ. τ. λ. Vide ad Herac. 1034.

58. γνόντος. Genitivus absolute positus, et supplendum αὐτοῦ. BECK.

59. ἵνα μὴ λέκτρ'. Id est: hoc me præmonuit Hermes, quo pertinacius castitatem meam tuerer. MUSGR.

60. ἕως μὲν οὖν κ. τ. λ. Notandum est, hic Euripidem ab Homero dissentire, qui Proteum immortalem vocat, et etiam ipsi Menelao visum, et arte quadam coactum ad oracula proferenda, Odyss. Δ. Cum e contra hoc in loco Proteus inducitur mortalis, et fato succubuisse, ante Menelai in Ægyptum adventum. Quod tamen Euripidi nequaquam vitio vertendum; quia semper omnibus poëtis licuit semperque licebit, quarumvis fabularum Œconomiam in rem suam salvo decoro variare; ut nos alibi observavimus. BARNES.

63. θηρᾷ γαμεῖν με. Sic iterum v. 545. Ὅς με θηρᾶται λαβεῖν. Frequentius accusativo sequente verbum θηρᾷν usurpant. Conf. Dorville in Charit. p. 539. ed. Lips. JACOBS.

68. δωμάτων. De Theoclymeni regia loquitur, cui patris sepulcrum contiguum erat, ipso testante infra v. 1165. MUSGR.

76. τῷδ' ἂν εὐστόχῳ πέτρῳ. Inde χεὶρ εὔστοχος, *manus quæ telum in scopum recte dirigit,* in Hercul. Fur. 192. Ὅσοι δὲ τόξοις χεῖρ' ἔχουσιν εὔστοχον. Eodem sensu usurpat verbum εὔσκοπος, Æschyl. in Choëph. 692. Τόξοις πρόσωθεν εὐσκόποις χειρουμένη. Conf. Abresch. in Æsch. II. 457. De translata significatione verbi εὔστοχος, vide Dorville ad Char. p. 408. Lips. JACOBS.

77. Vulgo ἀπώλλυσ' ἵν' εἰκοῦς. Omnino legendum cum Reiskio: ἀπόλαυσιν εἰκοῦς, ut ἀπόλαυσιν sit accusativus pendens, quemadmodum ὑπόνοιαν, Phœn. 1133. κενεὰν χάριν, in Epigrammate Meleagri Antholog. H. Steph. p. 228. MUSGR.

86. Porsonus corrigit, τίνος τ'; αὐδᾷν σὲ χρὴ, ut vitetur anapæstus in quarta sede.

95. στερεὶς. *Privatus.* Sic στερέντες, Hec. 618. MUSGR.

99. μνηστὴρ Ἑλένης. Non commemoratur in catalogo procorum Helenæ, quem dedit Apollodorus, III. 9. Sed de hoc non constans erat Mythologorum traditio. Vide Pausan. p. 108. MUSGR.

102. ἄλλου λαβόντος ὅπλ', ἀπηλλάχθη βίου. De Ajacis insania et morte, ex dolore, quem indignans habuit, eo quod Græci Achillis arma non illi, sed Ulyssi, judicarant, deque illo judicio, videsis Ovid. Metamorph. XIII. 1. Sophoclis Ajac. Mastigoph. Hom. Odyss. Λ. 542. BARNES.

114. σελήνας. Id est, *menses.* Cf. Alcest. 445.

119. σκοπεῖτε, μὴ δόκησιν εἴχετ' ἐκ θεῶν. Similiter dubitans

Admetus in Alcest. 1137. inquit, Ὅρα γε, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ. In verbis: Αὐτοῖς γὰρ ὅσσοις εἰδόμην καὶ νοῦς ὁρᾷ, Poeta respexit nobilissimam Epicharmi sententiam: Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει. de qua vide L. Kuster. ad Aristophan. Plut. 48. et T. Hemsterh. ibid. p. 27. Comparat Abresch. in Animadd. in Æsch. II. 494. Æschyleum: οὔτοι φρένα κλέψειαν ὠμματωμένην. Eodem redit hoc Sophoclis in Œdipo T. 389. Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ. JACOBS.

125. κακὸν τόδ' εἶπας, οἷς κακὸν λέγεις. Animadvertendum, posteriora verba, οἷς κακὸν λέγεις, ab Helena ea mente adjici, ut ne se Teucro luctu suo prodat.—In proximo versu particula ὡς male vertitur, *quia*, cum potius ex Atticorum usu abundare videatur. Vide T. H. ad Lucian. T. I. p. 394. JACOBS.

129. ποίοισιν ἐν νώτοισιν. Sic Homerus νῶτα θαλάσσης vocat. BROD.

135. κλέος. Verbum ambiguæ significationis, quod sæpius apud Nostrum recurrit; unde καλὸν κλέος, in Hec. 1201. Photius in Lexico MSS. ad Hesychium laudatus V. Κλέος. Τὴν φαύλην δόξαν. Ἀριστοφάνης. Eustath. in Homeri Od. A. p. 56. 28. Κλέος γὰρ παρ' Ὁμήρῳ ἡ φήμη. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἡ τιμὴ, ἐὰν προσθήκην ὁ λόγος λάβῃ τινα· οἷον κλέος ἐσθλόν. JACOBS.

140. ἄστροις. Hyginus de Geminis: *Hos complures Astrologi Castorem et Pollucem esse dixerunt.* Astron. Poët. II. 22. Communis sententia non in astris fratres hosce collocat, sed in duplici quodam fulgore, de quo Plinius Histor. Nat. II. 37. Senec. Nat. Quæst. I. 1. MUSGR.

142. σφαγαῖς. Alteram hanc historiam alibi, quam in Euripide, non inveni. Homerus enim Il. Γ. 243. tantum mortuos fuisse tradit. MUSGR.

146. Legendum, ni fallor, σὺ προξένησον. *Tu me ad illam ducas.* Προξενεῖν enim proprie de iis dicebatur, qui civitatis nomine peregrinos hospitio excipiebant; inter quos maxime memorabiles sunt πρόξενοι, qui Delphis hospitibus excipiendis publice constituti erant: vide Barnesium ad Ion. 1039. Deinde hoc verbum ad eos transfertur, qui quamlibet rem aliorum nomine agunt et procurant. Docte de hac et aliis affinis significationis vocibus disputavit Valcken. ad Ammon. p. 202. et Gisb. Kœn. in Gregor. de Dial. p. 259. Spanheim. in Aristoph. Ran. 460. Interpp. Hesychii. V. JACOBS.

147. πτερόν. *Velum.* Vide Hesiod. Op. et D. 628. MUSGR. Vide D'Orvill. ad Chariton. p. 262.

148. οὗ μ' ἐθέσπισεν Οἰκεῖν Ἀπόλλων. Ita Horatius Carmin. I. 7. *Certus enim promisit Apollo Ambiguam tellure nova Sa-*

lamina futuram. Juxta hoc vaticinium Teucer urbem in Cypro condidit, cui Salaminis nomen inditum. Strabo XIV. Εἶτ' Ἀχαιῶν ἀκτὴ, ὅπȣ Τεῦκρος προσωρμίσθη πρῶτον Σαλαμῖνα κτίσας ἐν Κύπρῳ, ἐκβληθεὶς, ὥς φασιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος. BARNES.

150. τῆς ἐκεῖ χάριν πάτρας. Videl. Salaminis insulæ, patriæ ejus. BARNES.

162. μηδ' ἐπ' Εὐρώτα ῥοάς. Nec ad *Eurotam*, i. e. in patriam, redeas. Eurotas enim est fluvius Laconiæ; hinc Virgil. Æn. I. 502. *Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi, Exercet Diana choros,* &c. Est et alius ejusdem nominis Thessaliæ fluvius. Vide quæ nos ad Andromach. 782. BARNES.

164. ὦ μεγάλων ἀχέων κ. τ. λ. Varie tentarunt Musgravius et Reiskius hunc locum, qui mihi quidem minime sollicitandus videtur. Καταβάλλεσθαι usurpatur ut ἀναβάλλεσθαι de eo, qui cantui præludit. Vide Valcken. ad Theocrit. VI. 20. T. Hemsterh. ad Thom. M. p. 65. Interpp. Hesych. V. ἀνεβάλλετο. Callimachus ap. Schol. Pind. Nem. II. 5. Ἀρσινόης, ὦ ξεῖνε, γάμον καταβάλλομ' ἀείδειν. Mox ποῖον ἁμιλλαθῶ γόον esse videtur, *quod lamentationum genus adgrediar?* pro, εἰς ποῖον γόον ἁ. quasi *magno nisu in luctum lamentationemque contendere.* Vide Abresch. in Auct. Diluc. Thuc. p. 356. JACOBS.

168. Non inusitatum erat veteribus, mortuorum cippos Sirenum simulacris ornare. Vide Mnasalcam Anthol. H. Steph. p. 263. Erinn. Anthol. Reisk. Ep. 674. Mitto enim, quod Sophoclis et Isocratis sepulcris, aliam forte ob causam, imposita sunt. Talia simulacra ob oculos, puto, habuit Helena, Protei sepulcro assistens: ne quis miretur, Sirenas potissimum ab ea in luctus societatem advocari.—πτεροφόροι. Sirenas aligeras fuisse tradunt Brodæo citati, Porphyrius περὶ ἀποχῆς, Lib. III. Stephanus de Urbibus et Suidas: uterque in voce ἄπτερα. Quibus adde Scholiasten ad Hom. Odyss. M. 39. Tzetzen ad Lycophron. 715. MUSGR.

169. χθονὸς κόραι. Acheloi et Terpsichores filias facit Tzetzes, ubi supra, præeunte Apollonio Rhodio, IV. Alii, inter quos Apollodorus I. 7. Acheloi et Steropes cujusdam. Sed videtur Euripides aliam hic fabulam sequi Theoni Sophistæ commemoratam, unde hæc nobis citat Brodæus: καὶ Ἡρακλῆς ἐνίκα παλαίων, τὸ κέρας ἀνασπάσας τοῦ ποταμοῦ καὶ τὸ αἷμα ἔῤῥει, ἀφ' οὗ Σειρῆνες ἐγένοντο. Meminit et Libro περὶ ὀρχήσεως Lucianus: καὶ ποταμοῦ καὶ Ἡρακλέος πάλην καὶ Σειρήνων γένεσιν. Sirenes ex Acheloi sanguine in terram decidente natæ, hanc ob causam Euripidi χθονὸς κόραι audire potuerunt. MUSGR.

170. εἴθ' ἐμοῖς γόοις κ. τ. λ. Hæc ita vertenda censeo: *O Sirenes, utinam adveniatis canticis meis luctuosis concinentem habentes aut Libycam fistulam, aut arundinem. Mittat Proserpina infortuniis meis lacrymas consentientes: calamitatibus affectus, carminibus carmina, et cantus funestos, funestos lamentationibus meis consonos, ut vicissim pro mercede cum lacrymis a me etiam, sub nigram aulam, hymnos exstinctis accipiat.* HEATH.

171. Λίβυν λωτόν. Sic Troad. 548. Λίβυς τε λωτὸς ἐκτύπει. In quem locum vide quæ nos. BARNES.

175. μουσεῖα. Vide infra ad v. 1112.

177. χάριτας ἐπὶ δάκρυσι. *Gratiæ*, i. e. elegantiæ, *aliquid luctui adjunctum.* Confer Æschyl. Choëph. 318. MUSGR. Vide ad Herac. 888.

178. παιᾶνας νέκυσιν. Pæan catachrestice dicitur lugubris nænia, ut Æschyl. Sept. Theb. 875. Alcest. 438. Nam verus Pæan inferorum regi invisus erat, Iphig. in Taur. 175. MUSGR. De constructione etiam vide ad Iph. T. 175.

182. φοίνικας πέπλους. *Purpureas vestes.* Has enim Soli exponere mos erat ad renovandum tincturæ splendorem. Pollux, Lib. I. sect. 49. χαίρει δὲ ἡλίῳ ὁμιλοῦσα τῆς πορφύρας ἡ βαφὴ, καὶ ἡ ἀκτὶς αὐτὴν ἀναπυρσεύει, καὶ πλείω ποιεῖ καὶ φαιδροτέραν τὴν αὐγήν. Vide et Hippol. 125. et seq. MUSGR.

185. ἔνθεν οἰκτρὸν ἀναβόασεν, κ. τ. λ. Locus sane difficillimus, et conjecturis interpretum minime expeditus. Verbum ἀναβόασεν ad nominativum νύμφα referimus, v. 186. in parenthesi incluso; et comma, post στένουσα amotum, post τις ponimus. In sequentibus, quæ Jacobsius in nota ad v. 191. recte explicavit, non ita recte emendavit, νόμον pro γάμον probabiliter dedit Matthiæ; adeo ut φυγάδα, quæ ad Naïs proprie refert, mutata constructione cum νόμον jungitur. In v. 191. γάμους *maritum* significat.

186. ἄλυρον, ἔλεγον. Eadem locutio Iphig. in Taur. 145. MUSGR.

190. Est γύαλον *quæcunque cavitas:* ut *antrum* ap. Sophocl. in Phil. 1078. Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον. Delphi, in convallibus positi, γύαλα φοίβου vocantur in Phœn. 237. et Ion. 248. Panis autem et Nympharum plurima antra fuerunt, (vide ad Ion. 495.) quorum nobilissimum *antrum Corycium;* de quo vide Pausan. X. p. 878. JACOBS.

191. Πανός. Unde pendeat dubitatur. Si enim antiquas editiones et Reiskium audimus, γάμους Πανὸς jungenda sunt, quam rationem poëtarum usus ni fallor respuit: Panem enim

fugere, non advocare solent Nymphæ. Barnesii igitur interpretationem sequimur, qui γύαλα Πανὸς, *montes*, sive *antra Panis* explicat. Tota autem imago a Naide ducta videtur, quæ maritum per montes et sylvas quæritat, easque illius nomen resonare docet; quomodo Daphnidis uxor, quæ et ipsa Nympha fuit, fecisse vulgo apud pastores tradebatur. Jacobs.

198. μέλουσαν. Conjectura est H. Stephani. Sic ῥανίσι μελόμενον αἱμακταῖς, Iphig. Taur. 630. Ed. Ald. μέλλουσαν. Pro Ἰδαίῳ lege δαΐῳ. Musgr.

208. ἱππόκροτα λέλοιπε δάπεδα. Hippodromos intelligit, quos Laconica juventus frequentabat, ut verbum Γυμνάσια confirmat; Castor autem et Pollux præcipue equis delectabantur, et principes erant juventutis: Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. Homer. Il. Γ. 237. Barnes.

229. Χαλκίοικον. Minervam, cujus templum æreum erat Spartæ: vide infra v. 246. et confer Barnesio citatos, Pausaniam, p. 99. et p. 321. Ed. Sylb. Livium, XXXV. 36. Musgr.

230. τίς ἦν. *Phereclum* fuisse docet Homerus Il. E. 59. Musgr.

243. In ὑπαγκάλισμα est abstractum pro concreto. Vide Casaub. ad Athen. I. 9. Musgrav. ad Iphig. Taur. 384. Brunck. ad Philoct. 927. Troad. 761. ὦ νέον ὑπαγκάλισμα μητρὶ φίλτατον. Eadem loquendi forma Atridæ fratres σύμφυτος ἀλκὰ vocantur apud Æschylum in Agamemn. 104. Jacobs.

246. ὡς Ἀθάναν μόλοιμ'. Nempe sertorum offerendorum causa. Vide Hippol. 1133. Ovid. Metam. IX. 337. Musgr.

252. μαψίδιον ἔχει φάτιν. Cum longo itineris spatio Troja absim, nec, nisi nomine tenus et fama, quæ ideo inanis est, ibi unquam præsens fuerim. Barnes.

258. τεῦχος νεοσσῶν λευκὸν ἐκλοχεύεται. *Fœtum includens vasculum*, i. e. ovum, *parit*. Tractat hæc Athenæus Deipnosophist. II. ubi γυναῖκας ᾠοτοκεῖν ostendit. Brodæus. Nihil autem ego tale apud illum auctorem reperio, excepto, quod de mulieribus nescio quibus, in Luna habitantibus, id dicat Herodotus. Barnes.

262. εἴθ' ἐξαλειφθεῖσ', ὡς ἄγαλμ'. Euripides in Peleo. ap. Stob. S. XCIII. p. 377. Grot. Τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς Ὅν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον ἢ γράφει θεός. De translata verbi ἐξαλείφειν significatione disputarunt Wesseling. ad Diod. Sicul. I. 207. Abresch. in Animadvers. in Æsch. II. 438. Hesych. ἐξαλείφθησαν· ἀπώλοντο. Jacobs. Recte Brodæus vocem ἄγαλμα in hoc loco *statuam*, male Musgravius *picturam* reddit.

Huic enim significationi usus Euripidis plane repugnat, observante V. D. in Censura Trimestri, T. XV. p. 124. qui porro docet, ut veteres statuas suas pingere solebant. Cf. Platon. de Republ. IV. p. 480. C. Plinii N. H. XXXV. 10. Virg. Æn. I. 593. XII. 67. Hom. Il. Δ. 41. Pausan. VII. 26. In sequenti versu καλοῦ 'λαβον corrigit Porsonus; quod confirmant verba ἐπελάθοντο et ἔσωζον, vv. 265. 266. De constructione particulæ εἴθε vide ad Alcest. 1082.

265. Notandum ἐπελάθοντο cum accusativo, quod rarum, licet non desint exempla. Vide ad Alcest. 198. Musgr.

266. Verbum σώζουσι non vertatur *servant*, sed *recordantur, in memoria tenent*, ut opponatur superiori ἐπελάθοντο, quæ hujus verbi vis non infrequens. Ita etiam Sophocles verbo διόλλυμι usus est in Œdipo R. 318. et Plato in Criton. p. 172. Faehse.

272. κέκτηται. Cf. Hippol. 696. Iph. T. 659. infra v. 1097. Musgr.

276. τὰ βαρβάρων γὰρ δοῦλα πάντα, πλὴν ἑνός. H. Grotius vertit: *Nemo, nisi unus, liber est in Barbaris.* In Heracl. 423. Οὐ γὰρ Τυραννίδ', ὥστε βαρβάρων, ἔχω. Barnes.

277. Mihi extra omnem dubitationem posita videtur Scaligeri correctio: ἄγκυρα δ' ἡ μου τ. τ. ο. μ.—Eandem imaginem habemus in Hec. 75. Jacobs.

280. μήτηρ δ' ὄλωλε, κ. τ. λ. *Periit mater mea et ego illam interfeci; injuste quidem: verum hæc injustitia mea est.* Quis est, qui hæc ferenda et ab Euripide profecta existimet? et quis non intelligit, Helenam, Mercurii dolo Menelai ædibus ereptam et in Ægypto collocatam, matrem interfecisse, ne per tropum quidem posse dici? Hoc potius dicat necesse est: *Existimationem* hanc esse hominum vana rerum specie deceptorum: eamque existimationem *injustam* videri debere ei, qui ipsam rem non ignoret? Hinc suspicor Euripidem scripsisse: μήτηρ δ' ὄλωλε καὶ φονεὺς αὐτῆς δοκῶ, 'Αδίκως μὲν, ἀλλὰ τἄδικον τοῦτ' οἰστέον. *Injuste quidem et falso sic existimant; nihilominus tamen falsi hujus criminis onus sustinendum est mihi.* Paulo ante v. 268. βαρὺ μὲν, οἰστέον δ' ὅμως. Ion. 1259. οἰστέον δὲ τὴν τύχην. Jacobs.

286. Vanum mihi videtur discrimen, quod inter πράγματα et ἔργα ponit Musgravius. Τοῖς πράγμασι τεθνηκέναι dicuntur ii, qui omnibus perditis ita vivunt, ut eorum vita ne vita quidem esse videatur, differantque parum ab iis, qui humanam conditionem penitus exuerunt. Ejusmodi tamen homines revera mortuos dicere ineptum esset. Vide igitur an Tragicus

scripserit: Τοῖς πράγμασιν τέθνηκα, τοῖς λόγοισι δ' οὔ. *Quod vitæ meæ rationem attinet, tanta sunt infortunia, tantæ calamitates meæ, ut mortua videri possim; viva tamen adhuc feror hominum sermonibus.* Λόγοι et ἔργα sive πράγματα sibi invicem opponuntur. Cf. Bergler. ad Alciphr. I. IX. 37. JACOBS. Recte; ni fallimur. Similia vide ad Phœn. 502.

289. δοκοῦντες. Syntaxeos enallage est, ut vere Barnesius, conferens Phœniss. 283. Iphig. in Taur. 678. Cyclop. 330. Ion. 927. MUSGR.

291. εἰς ξύμβολ' ἐλθόντες. Id est, σήματα. De conjugalibus his symbolis constat ex Homero, ubi Penelope, loquens de quibusdam certis signis, quorum mutua collatione certior de Ulysse fieret, Odyss. Ψ. 109. ait: ἔστι γὰρ ἡμῖν Σήμαθ', ἃ δὴ καὶ νῶϊ κεκρυμμένα ἴδμεν ἀπ' ἄλλων. BARNES.

292. οὔτε μὴ σωθῇ ποτε. An legendum? οὔτ' ἐμοὶ σωθήσεται. Scil. *Menelaus.*

299. ἀσχήμονες. Vide Hom. Odyss. X. 462. BECK.

302. Interpretor: *parvi momenti est tempus, nunc me ex vita discedere;* i. e. quod nunc potius discedam, quam aliquot abhinc annis. Est ἀπαλλάξαι βίου ut ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν in Axiocho. Tyrwhitto placebat: εὐγενές τι καὶ καλὸν, Πικρὸν δ'· ὁ καιρὸς ἄρτ' ἀπαλλάξαι βίου. Sed hoc esset mortem quodammodo formidantis, Helenæque spiritu indignum. MUSGR.

309. διὰ ψευδῶν. Id est, ψευδῶς. Vide ad Bacch. 414.

310. Forsitan legendum: Καὶ τἄμπαλίν γε πόλλ' ἀληθῆ καὶ σαφῆ. Πολλὰ mihi quidem ad virtutem orationis augendam plane necessarium esse videtur. *Contra autem multa vere et sincere narrantur.* JACOBS.

311. φέρει. *Ferris; es propensa.* Quæ nempe, quicquid malum est, illico verum putas; sicubi vero aliquid se ingerat boni, respuis, ut falsum. Pronior itaque es ad calamitatibus credendum, quam lætiori fortunæ. BARNES.

315. ὃ δρᾶσον. Vide ad Hec. 222.

324. σύμμιξον κόρῃ. *Convenias* Latine reddidi; ita enim Plato: Θεαιτήτῳ συνέμιξα διὰ λόγων. Hinc σύμμιξις· ὁμιλία. BARNES.

325. φράσαι. Hic loci *cognoscendi* sensum habere videtur. Vix alibi active usurpatum invenies.

346. εἰς τὸ φέρτερον κ. τ. λ. *Omne venturum meliore semper parte reponas.* BARNES.

349. ὑδρόεντα. *Multa aqua fluentem.* MUSGR.

353. ὀρέξομαι. *Aggrediar; irruam.* Idem, quod ὁρμήσομαι. Hesychius: ὄρεγμα· ὅρμημα. MUSGR.

351. ἢ ξιφοκτόνον δίωγμα κ. τ. λ. Post locum a Matthiæo ita optime emendatum, varias Criticorum conjecturas enumerare supervacaneum est. Latine vertas: *Aut cædem per collum factam, gladioque letifero perpetratam, impetum* scilicet *propria manu intus adactum, aggrediar; adeo ut piaculum fierem tribus Deabus, et Priamidæ* Paridi *fistulam juxta bovilia in Ida colenti.*

363. τὰ δ' ἐμὰ δῶρα κ. τ. λ. Locus undique obseptus et impeditus. In τὰ ἐμὰ Interpres intellexit διὰ, quam præpositionem nonnunquam a poëtis omitti minime ignoro, an in hoc loco omiserit Euripides, dubito. Deinde ἔλαβε non habet quo referatur; nam quod subjectum Interpres adjecit, (scil. *Ilium*) illud ex sua penu deprompsit. Qualis tandem oratio ex tam crebra subjectorum permutatione existit, cum primum Troja appelletur, mox Venus, et tandem ad Trojam recurratur? Certe ἔτεκε non tentandum cum Reiskio. Τίκτειν αἷμα ut μέλη τίκτειν, in Suppl. 179. ubi Marklandus contulit Arist. Ran. 1091. Videsis an legendum δι' ἄδωρα δῶρα Κύπρις κ. τ. λ. et in v. 365. ἔβαλ' ἐπάχθεα. Ut poëta verbis δι' ἔργ' ἄνεργα ὄλλυσαι raptum indicat, quem Paris sibi fecisse videbatur, ita imaginem, (εἴδωλον ἔμπνουν, v. 34.) quam idem pro vera Helena dono acceperat, δῶρον ἄδωρον vocare potest, quandoquidem Venus isto tam pernicioso dono, cum ipsi Paridi tum omnibus Trojanis infortunium paraverat. Ἄδωρα δῶρα Ajax vocat *hostium dona, quæ eis qui accipiunt, malum inferre solent,* in Tragœdia, nomine ejus inscripta, v. 674. Simili oxymoro Helena, v. 690. nuptias suas γάμον ἄγαμον appellat; et v. 882. ψευδονύμφευτον γάμον. Quæ sequuntur: ἔβαλ' ἐπάχθεα proxime a vulgata lectione absunt. Sexcenties enim in Codd. verba λαβεῖν et βαλεῖν permutantur. Vide Dorville ad Char. p. 318. Lips. Nostram conjecturam firmat præterea Sophocles in Phil. 67. λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς. JACOBS.

372. ἐπὶ δὲ κρατὶ χέρας ἔθηκεν. Quibus partim caput contudit, partim capillos evulsit. BROD. Erat autem mos antiquis, ubi dolebant, capiti manus imponere, ut 2 Samuel xiii. 19. Καὶ ἔλαβε Θημὰρ σποδὸν, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ τὸν χιτῶνα τὸν καρπωτὸν τὸν ἐπ' αὐτῆς διέῤῥηξε, καὶ ἐπέθηκε τὰς χεῖρας αὐτῆς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ ἐπορεύθη πορευομένη καὶ κράζουσα. BARNES.

374. Pro πλαγαῖς, Cl. Jacobs. Spec. Em. p. 62. eleganter conjicit legendum esse φοινίαισι παγαῖς. Sic in Æsch. Prom. 401. νοτίοις παγαῖς. Soph. Trach. 852. ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων. BECK.

376. λεχέων ἐπέβας. Sic Virg. Æn. XII. 144. *Jovis adscendere cubile.* De fabula Callistûs videndi Ovidius Metam. II. Pausanias, p. 328. Hyginus Astron. Poët. I. 1. MUSGR.

378. ἃ μορφᾷ θηρῶν, κ. τ. λ. Helena, cum a Teucro audivisset, Ledam, filiæ dedecus ægre ferentem, mortem suapte manu intulisse sibi, (v. 134.) eam omnium mulierum miserrimam prædicat et ipsa Callisto infeliciorem, quæ, in ursam mutata, dolorem simul cum præteritarum rerum memoria exuerit. In verbis autem, quibus ista exponuntur, primum hoc nos tenet, quod Callisto in leænam mutata dicitur, cum omnes eam mythographi ursæ speciem induisse ferant. Vide locos supra excitatos et a Heynio, V. Ill. in notis ad Apollodor. Vol. II. p. 667. sq. Leænam autem pro ursa positam esse parum verisimiliter a Barnesio conjicitur.—Deinde verba, σχῆμα λεαίνης ἐξαλλάξασα, quam significationem habere possunt, nisi hanc: *Tu quæ mutasti speciem leænæ?* An ἐξαλλάττειν forsitan *mutatione accipere, aliam speciem induere* audit? Equidem hujus significationis exempla desidero. Et unde tandem verba ἄχεα λύπης pendere dicamus? Fortasse igitur legendum ἄμορφα θηρίων λάχνᾳ γυίων Ὄμματί τ' ἄρκτου πῆμ' ἀλεείνεις Ἐξαλλάξασ' ἄχεα λυπηρά. Sensus, quem poëta reddere voluit, hic est: In ursam mutata mala devitas tua tristesque dolores depulisti. Hoc lyrice extulit: *Deformata villis ferinorum membrorum sub ursæ specie,* &c. Ut hic ἀμορφὰ λάχνῃ, sic in Hec. 236. de Ulysse, Οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος Δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος. Λάχνη de ursi villis proprie dicitur. Oppian. Cyneg. II. 139. Ἄρκτοι—λάχνην μὲν πυκινὴν δυσπαίπαλον ἀμφιέσαντο. Eustath. in Il. B. p. 252. 14. λάχνη γὰρ ἡ τρίχωσις, ὡς ἐπὶ ἀρκτῶν καὶ ἀλοπέκων καὶ τῶν τοιούτων. Ὄμματι ἄρκτου vero est *sub specie ursæ;* quo sensu V. ὄμμα periphrasi sæpissime inservit. Sic ὄμμα πελείας ap. Sophocl. in Aj. 139. Cf. Trach. 233. Eurip. Orest. 1371. Πῆμα ἀλεείνειν vero ut θυμὸν ἀλεείνειν ap. Homer. Od. N. 148. i. e. ἐκφεύγειν, ut interpretatur Eustathius in Il. Π. p. 1055. 48. et κῆρα ἀλύσκων, in Odyss. X. 363. Recte tandem conjunximus Ἐξαλλάξασ' ἄχεα ut Λύπαν ἐξαλλάξετε, v. 1344. hujus Tragœdiæ. JACOBS.

381. ἄν τε. Hujus fabulæ nulla, quod sciam, clara enarratio apud veteres exstat. Illud vero vel hic ipse locus docebit, filiam hanc Meropis choris a Diana exclusam, et in cervam mutatam fuisse. Gravem aliquam calamitatem perpessam fuisse ex eo etiam intelligas, quod infortunia ejus, ut et Callistûs, præ Ledæ miseriis eleventur. MUSGR.

382. Τιτανίδα κούραν. Causam, cur sic dicatur, docet Stephanus de Urbibus: Κῶς δε, ἀπὸ Κῶ τῆς (l. ἥτις) Μέροπος γηγενοῦς θυγάτηρ. De Merope hoc, et Meropibus, multa dabit Spanhemius ad Callimach. Del. 160. inter quæ præcipua sunt, quæ præbet Hyginus Astronom. Poët. II. 16. Adde Scholiasten ad Theocrit. Idyll. VII. 5. et Hesychium V. Μέροπες, quosque præterea citat Barnesius: Suid. V. Μέροπες. Eustathium, p. 97. et p. 315. Etymologus quoque V. Κεῖος et V. Κλειτὴ quædam de Meropis filiabus habet. MUSGR.

386. ὢ τὰς τεθρίππους Οἰνομάου Πίσαν κάτα. Vide Euripid. in Iphig. Taur. ad v. 808. item vide Diodor. Sicul. V. et Natal. Com. Mytholog. VII. 17. ubi totam habes Pelopis Historiam; præcipue de hoc certamine inter Pelopem et Œnomaum, regem Elidis et Pisæ, pro Hippodamia. BARNES.

388. ἔρανον. Recte interpres: *convivium*. Non illud quidem ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον, ut interpretatur Scholiastes ad Hom. Odyss. A. 226. sed simpliciter δεῖπνον. Pindarus de eadem re Olymp. I. Stroph. 2. ἐκάλεσε πατὴρ τὸν εὐνομώτατον ἐς ἔρανον. MUSGR. Quomodo autem Pelops a patre Tantalo in deorum convivio edendus proponebatur, supra attigimus ad Iphig. Taur. 378. BARNES.

391. Ἀερόπης. De ea vide Soph. Ajac. 1317. MUSGR.

392. κλεινὸν ζυγόν. Sic par filiorum Œdipi ξυνωρὶς vocatur in Phœniss. 1618. ἀλλ' εὔτεκνος ξυνωρίς. Vide Wessel. Obss. I. XXVII. Valck. in Phœn. p. 115. Ζεῦγος de duabus puellis dixit Cercides ap. Athenæum, XII. 554. E. Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις. Dorville in Charit. VII. 597. JACOBS.

394. διορίσαι. Ita MS. E. ut jam emendari voluit Canterus. Ed. Ald. διορίσας, quod cum οἶδα recte conjungi posset: οἶδα διορίσας, οἶμαι διορίσαι. MUSGR. Cf. v. 448. Schol. διορίσαι· ἀγαγεῖν.

400. ἐγὼ δ' ἐπ' οἶδμα. Menelai errores ipsum narrantem hic habes, et Homer. Odyss. Δ. BARNES.

406. οὔριον. Subaudi πνεῦμα. BARNES.

420. σῖτος. Eustathius, p. 726. (Barnesio citatus) affirmat, σῖτος masculini generis *frumentum* proprie significare, σῖτον vero, neutrius, *panem*. Sed merito distinctionem hanc in suspicionem vocant alii, citantes Hom. Odyss. Π. 83. Mihi verisimillimum videtur, σῖτον nominativo singulari Græcis ignotum esse; dixisse eos in singulari σῖτος, in plurali σῖτα, ut δίφρος, δίφρα, λύχνος, λύχνα, βόστρυχος, βόστρυχα. MUSGR. Vide ad Med. 491.

428. νοστῶ. Vide ad v. 474.

438. αὐλείοις πύλαις. Theocrit. XXIX. 39. Eustath. Il. X.

1353. 29. Pollux. IX. 5. 50. Valcken. in Adoniaz. 43. Dorville in Char. p. 217.—Ὄχλον παρέξεις. *Importunus eris.* Cf. Pierson. in Mœr. Att. p. 290. Jacobs.

440. ἐπιστροφαί. Legendum, ni fallor, ἀποστροφαὶ, *quibus nullum effugium.* Vide Med. 600. et 794. Vulgatum Abresch. ad Æsch. I. p. 130. explicat ita, ut sit *hospitium, commorandi locus.* Musgr.

441. Hæc Menelai verba leviter corrupta videntur. Certe ad ancillæ verba parum quadrat, quod Menelaus respondet: ὦ γραῖα, ταῦτα πάντ' ἔπη καλῶς λέγεις. Fortasse: κακῶς λέγεις. Sed ne certi quid pronuntiemus vetat proximi versus obscuritas. Jacobs.

442. ἄνες λόγον. *Permitte sermonem, sermonis facultatem da.* Musgr.

445. πρόσειε. Vulgo προσείλα. Musgravius πρόσελλε, *extende,* conjicit.

449. ξένος, ἀσύλητον γένος. Hospites Jovi Hospitali curæ erant, secundum illud Homeri Odyss. Z. 207. Πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες Ξεῖνοί τε πτωχοί τε. Item Ξ. 56. Ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἐστ', οὐδ', εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι, Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες Ξεῖνοί τε πτωχοί τε. Barnes.

474. δεῦρο νοστήσασα. Verum est quod ait Barnesius ex hoc loco usum τοῦ νοστεῖν pro ἔρχεσθαι manifestum esse. Supra v. 428. μόνος δὲ νοστῶ. Aristophan. Acharn. 29. Et νόστος pro *via,* ut in Sophocl. Philoct. 43. Ἐπὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν. ubi Scholiast. Ἐπὶ φορβῆς ὁδοῦ. Cf. Brunck. V. Cl. Jacobs.

478. τύραννος δόμος. *Familia regia.* Sic τύραννον σχῆμ', Soph. Antig. 1183. τύραννον ἑστίαν, Androm. 3. Musgr.

479. Vulgo οὐδέν. Malim οὐδέν', i. e. οὐδένα. Similem phrasin vide Soph. Ajac. 34. Musgr.

481. οὐχ ὅσον. *Non quale ex verbis conjicias; Amica enim quum sim, dura tibi cogor loqui, ne duriora hic inventus patiaris.* Barnes.

490. ἀλλ' ἦ. Vide ad Herac. 425.

497. εἴξασι. Vide ad Herac. 427. 676.

508. ἐνδιδῶ τι μαλθακόν. *Humanum se mitemque vel minus asperum et ferocem præbere,* ut explicat L. Küster. ad Aristoph. Plut. 488. Desumpta metaphora a musicis, qui post asperum sonum leniter tibias inflant; quo sensu hæc locutio passim ap. Plutarchum occurrit. Jacobs.

514. δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον. Zenobius in parœmia: Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχυρώτερον. Et Erasmus: *adversum necessitatem ne Dii quidem resistunt.* Memoratur et Thale-

tis apophthegma: Ἰσχυρότατον Ἀνάγκη. Brod. Adde illud vulgare: *Necessitas non habet legem.* Barnes.

516. χρήζουσ'. *Vaticinans.* Erudite defendit Barnesius ex Æschyl. Choëph. 338. ubi Scholiastes: χρήζων· ὁ χρησμωδῶν, Ἀπόλλων. citans etiam etymologum, qui sic: χρήζω, ὅτε σημαίνει τὸ χρησμωδῶ, ἐστιν ἄνευ τοῦ ἰῶτα. Musgr.

524. ἄφιλος φίλων. Vide ad Phœn. 324.

530. ἐν φάει. Legendum esse ἐμφανῶς probabiliter conjecit Jacobsius. Vulgata, sequente φέγγος, tautologa est.

534. ἥξειν. *Adventurum.* Hoc enim prædixisse Theonoën, ex versu sequenti liquet.—πημάτων λάβῃ τέλος. *Omni labore exantlato.* Sic solent vaticinia certum aliquod tempus, vel certam rem, præfinire, unde indicium postea capiant consultantes, se ad finem ærumnarum pervenisse. Vide Soph. Œd. Col. 89. et seq. Trachin. 80. Musgr.

541. οὔτι που κρυπτεύομαι. Ad hunc locum respexisse videtur Hesychius: κρυπτεύομαι· ἐνεδρεύομαι. Vide Abresch. in Obss. Misc. Nov. T. I. p. 87.

542. ἀσέπτου παιδός. *Impii filii.* Sophocl. Œd. T. 890. καὶ τῶν ἀσέπτων ἔρξεται Ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματάζων. Antig. 1350. χρὴ δὲ τάγ' ἐς θεοὺς Μηδὲν ἀσεπτεῖν. Hesych. ἄσεπτον· ἀσεβές. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτοις.

543. οὐχ ὡς δρομαία πῶλος, ἢ βάκχη θεοῦ. *Velocissime.* Optimam hanc Musgravii explicationem confirmat Homer. Il. X. 460. μεγάροιο διέσσυτο μαινάδι ἴση. et Hymnus in Cer. 386. ἡ δὲ ἰδοῦσα Ἤϊξ' ἠΰτε μαινὰς ὄρος κατὰ δάσκιον ὕλης. ubi vide doctam Mitscherlichii V. Cl. notam, p. 201. sqq. Jacobs.

546. Diu est quod videram ὄρεγμα pro ὄρυγμα legendum esse. Musgravii Codd. hanc emendationem confirmant. Ὄρεγμα δεινὸν ἁμιλλᾶσθαι dictum fere ut in Hecuba 66. σπεύσω βραδύπουν Ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα. Jacobs. Hesychius: ὄρεγμα· ὅρμημα. Nicias in Antholog. H. Steph. p. 328. ἀγροτέρου κοῦφον ὄρεγμα πόδος. Vide et Aristot. Histor. Animal. X. 9.—Pendet accusativus σὲ, subaudito καλῶ, *voco.* Sed sic solent Græci. Vide Bacch. 870. Soph. Antigon. 447. Musgr.

547. ἐμπύρους τ' ὀρθοστάτας. *Et placentas in ignem conjectas.* Pollux, IV. 73. ὁ δὲ ὀρθοστάτης, ἱεροῦ ἄρτου τι εἶδος. Hesychius: ὀρθοστάδη· εἶδος πέμματος. Sed major Pollucis auctoritas, quam spernere, stabilitam præsertim Euripidis MSS. non debuit Barnesius. Ex placentis super cippum crematis intelligitur, qua reverentia Proteum liberi et populares ejus prosecuti sint, siquidem hoc perpetuo fieri curaverint. De

cultu sepulcrorum in genere vide Feithii Antiquit. Homer. I. 12. Musgr.

554. στολὴν ἄμορφον. Monet Barnesius, Euripidem non raro a comicis derisum esse, quod heroas male vestitos in scenam produxerit, citans Scholiasten Aristoph. ad Acharn. 441. Musgr.

555. Valck. φόβον μεθεῖσα reponit ad Phœn. 522. Beck.

560. θεὸς—τὸ γινώσκειν φίλους. Audax locutio, cui geminum est Plinii: *Deus est mortali juvare mortalem;* Hist. Nat. II. 7. Sensus est: *Divinum quiddam est amicorum agnitio.* Ovidius: *magni mihi numinis instar Germanam vidisse dabis;* Metam. IV. 443. Musgr.

561. Ἑλληνὶς εἶ τις, ἢ 'πιχωρία γυνή. Exstat in Aristophanis Thesmophor. 914. ubi eum detexit felicissima Marklandi sagacitas, citatum cum sequentibus et parte præcedentium, ne quis dubitet, vere hoc loco Euripidi redditum esse. Musgr.

569. ὦ φωσφόρ' Ἑκάτη. Lucifera dicta Hecate, quia et Luna putatur. Beck.

570. Ἐνοδίας. Vide ad Ion. 1048. Musgr.

613. πατέρ' ἐς οὐρανόν. In aërem, ex quo prognata sum; quod paulo ante docuit poëta, v. 584. Αἰθήρ, ὅθεν σὺ θεοπόνητ' ἔχεις λέχη. Brod.

619. οὐκ ἐῶ σε κερτομεῖν. Cæterum ego deinceps tibi non permittam nobis exprobrare, quod tot labores marito tuo et sociis ad Ilium frustra creasti. Barnes.

629. ἐν μακρᾷ φλογὶ φαεσφόρῳ. Id est, *post longum tempus.* Phrasim intactam relinquunt Interpretes.

633. ἀνεπτέρωκα. Id est, μετεώρους ἐποίησα. Esset regulariter ἀναπεπτέρωκα, sed Attice tollitur litera reduplicationis; ut Iphig. Aulid. 584. ἐβλαστήκασι pro βεβλαστήκασι. et ἐβλαστηκὼς pro βεβλαστηκώς. Barnes.

639. ἂν ὑπὸ λαμπάδων κόροι. Quam cum lampadibus nuptiali pompa persecuti sunt, auspicii ergo, Castor et Pollux fratres. De more autem lampadas gestandi in nuptiis, quod dicebatur λαμπαδηφορεῖν et δᾳδουχεῖν, quod a matribus et aliis sponsæ propinquis fieri solebat, vide quæ nos ad Iphigen. in Aul. 722. et Phœniss. 345. Barnes.

640. λεύκιπποι, ξυνομαίμονες. Sc. Castor et Pollux, Helenæ fratres. Vide Cicer. de Natura Deor. II. 2. Pindar. Pyth. I. Stroph. 4. Musgr.

643. τὸ κακὸν δ' ἀγαθόν. *Malum bonum;* i. e. *bonum e malo ortum.*

648. φίλαι. Chorum alloquitur Helena. Barnes.

653. Constructio est: διελθὼν ἡλίους μυρίους, μόγις ᾐσθόμην τὰ τῆς θεοῦ. *Soles innumeros cum transegissem, ægre tandem Deæ fraudes sensi.* MUSGR.

668. πετομένου δ' ἔρωτος. Hæc ita abrupta sunt ut Euripidis sermonem et elegantiam vix agnoscas. Verbum desideramus, quod ex præcedentibus nullum elici potest. Mihi in mentem venit: οὐκ ἐπὶ λέκτρον βαρβάρου νεανία Πετόμενας κώπας στείλαμεν δι' ἔρωτος ἀδίκων γάμων. *Nunquam ad barbari juvenis torum, cupidine infamis conjugii ducta, volantes direxi remos.* Helen. 147. Ὅπη νεὼς στείλαιμ' ἂν οὔριον πτέρον. Troad. 182. Ἢ κατὰ πρύμνας ἤδη ναῦται Στέλλονται κινεῖν κώπας. In Codd. suis ἀδίκων pro ἀθλίων invenit Musgravius. Utrumque fortasse ortum ex ἀθίκτων γάμων, *conjugium illicitum, quod inire nefas;* ut χῶρος ἄθικτος apud Sophoclem in Œd. C. 39. *de loco sacro, quem accedere religio est:* λέκτρα ἄθικτα in Hippol. 647. JACOBS.

679. Hujus versus impedita admodum constructio est; Lego: τί δ' εἰς κρίσιν σοι τήνδ' ἔθηκ' Ἥρα κακόν; *Cur Juno, propter hoc judicium, malum tibi conscivit?* MUSGR.

680. Vulgo Κύπρις. Barnesius, auctore Cantero, Κύπριν, male, et contra MSS. fidem. Constructio est: ὥς μ' ἀφέλοιτο Πάριν, ᾧ Κύπρις μ' ἐπένευσε. MUSGR. Voces horum versuum initiales transposuit jam Reisk. Πάριν ὥς μ' ἀφέλοιτο—Κύπρις ᾧ μ' ἐπένευσε. BECK.

687. δι' ἐμέ. Duportus legit ἐμὰν, ut referatur ad δύσγαμον αἰσχύναν, sed ἐμὲ stabit, si καὶ intelligas, vel per appositionem cætera adjicias. BARNES.

691. ὦ πᾶν κατ' ἄκρας. Sic Homer. Iliad. N. 772. Νῦν ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης Ἴλιος αἰπεινή. In quem locum vide Eustathium, p. 959, 38. Legitur et unico verbo κατάκρας. BARNES.

696. Repetendum ἀραίαν a priore parte sententiæ: ἀραίαν, ὅτι ἔλιπον, *diris devotam, quod reliqueram.* MUSGR.

699. πρὸς τὰ πρόσθεν ἀρκέσειεν ἄν. Interpres: *hoc ad priora mala compensanda sufficiet.* Malim: *satis vel ex prioribus malis perpessi fueritis.* MUSGR.

730. τοὔνομ' οὐκ ἔχων ἐλεύθερον, κ. τ. λ. Sophocles apud Stob. S. XL. p. 384. Εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος. Eurip. in Phryxo ap. Stob. LXII. Πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρὸν, ἡ δὲ φρὴν Τῶν οὐχὶ δούλων ἔσθ' ἐλευθερωτέρα. Comparavit hæc loca Villoison. V. Cl. ad Longum. p. 271. Ἐγὼ δὲ σώματος μὲν ἐρῶ δούλου, κάλλους δὲ ἐλευθέρου. Ut autem servi quidam moris et indolis nobilitate ingenuis hominibus nihil cedunt, ita contra multi, a liberis parentibus nati, servorum indolem referunt.

Euripid. in Alex. ap. Stob. Tit. LXII. Ὦ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ Ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ φύσει κεκτημένοι. Ita hunc locum emendavimus. JACOBS.

733. Distinguendum: ἄλλων τ' ἀκούειν, δοῦλον ὄντα —. Sic τίνος κλύοντες, *cuinam obedientes?* Cyclop. 119. Vide et v. 120. MUSGR.

740. Legendum: οἵ μένουσί μ', ὡς ἐλπίζομεν· *qui me, ut opinamur, manent.* MUSGR.

744. τὰ μάντεων κ. τ. λ. Cf. Hippol. 1055. Iph. T. 560. Rhes. 68. MUSGR. De variis autem vaticinandi modis, vide Æsch. Prom. 493. sqq.

751. οὐδὲν γάρ· ἀλλὰ κ. τ. λ. Illud Matthiæi γὰρ nihilo vulgatæ lectioni γε præstat. Optime quidem et certissime locum emendavit Porsonus, teste Maltbeio, legens; οὐδ' Ἕλενος· ἀλλὰ πόλις κ. τ. λ.

765. Vulgo ἐν ὀλίγῳ. Eleganter Piersonus ἑνὶ λόγῳ, conferens Aristænet. I. 18. Nostri Herc. Fur. 1383. ubi citat Brodæus Amphidem apud Athenæum, p. 224. E. Demosthenem Olynthiac. III. Vide Verisim. p. 181. MUSGR.

767. τὰ Ναυπλίου τ' Εὐβοϊκὰ πυρπολήματα. Datum Græcis, ab irato ob filii Palamedis necem Nauplio, vicini portus signum incendio; quo decepti Græci miserrime ad Caphareum, Eubœæ montem, periere; unde Virg. Æn. XI. 260. *Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.* De hac re vide Euripidis Scholiasten ad Orest. 426. et infra v. 1128. BARNES.

769. σκοπιάς τε Περσέως. Speculas Persei vocant occiduas Africæ regiones, ubi Perseus Gorgonas expugnavit, Medusamque, earum reginam, obtruncavit. Vide Ovid. Metamorph. IV. 16. et Diodorum Siculum IV. BARNES. Meminit Herodotus, II. 15. MUSGR.

774. πόντου 'πὶ νώτοις. Sic Hom. νῶτα θαλάσσης. Sic infra v. 842. Τύμβου 'πὶ νώτῳ. BARNES.

775. ἐνιαύσιον. Emendat Tyrwhittus ἐξαίσιον. Hesychius: ἐξαίσια· ὑπέρμετρα. Facilius viro doctissimo assentiar, mutata distinctione et deleta ex proximo versu particula δ'. Ἐξαίσιον πρὸς τοῖσιν ἐν Τροίᾳ δέκα Ἔτεσι διῆλθον· ἑπτὰ περιδρομὰς ἐτῶν. MUSGR. Legendum fortasse, cum Faehsio, ἐνιαυσίους, deleta post ἔτεσι interpunctione, necnon particula δέ.

788. τόδ' ἐστ' ἐκεῖν' αἴνιγμ'. Ita pro αἴαγμα restituo, Cantero et Scaligero præeunte, sensuque adeo ipso postulante: nam anus illa Menelao dixerat hæc omnia, sed, ut tum videbatur, ænigmatice; nihil enim ille aperte intellexerat. BARNES.

789. ποίοις κ. τ. λ. Quia Menelaus colloquii cum vetula

habiti famula meminit, et tales mulieres ad fores cubare solebant, colligit inde Helena, maritum ad fores quasdam accessisse. Musgr.

793. ὡς ἔοικας. Vide ad Herac. 676.

799. ἱκετεύομεν. Hic esse imperfectum, *obtestabamur*, monet Heath. Beck.

805. καταιδοῦ. Intellige φεύγειν: i. e. μὴ νῦν καταιδοῦ φεύγειν. Musgr.

814. δρῶντας γὰρ, κ. τ. λ. Male hunc versum interrogative accipiunt. Vertendum: *jucundius est facinus aliquod edentes mori, quam non edentes.* Musgr.

818. ἐρεῖ δὲ τίς μ'; κ. τ. λ. *Quis vero me prodet? Nemo utique sciet, qui sim ego?* Barnes.

820. φήμη. Vox divina, sine ullo interprete, aut propheta, verum prænuncians. Vide Virg. Æn. III. 93. Statius Theb. V. 646. *Voxque ex adytis accepta profundis.* Confer et Senec. Thyest. 679. Musgr.

822. χρηστήριον μὲν τοὔνομ'. Scil. Θεονόην, quasi τὰ περὶ Θεοῦ νοοῦσαν ἐτυμολογεῖ. Idem fere supra v. 13. Καλοῦσιν αὐτὴν Θεονόην, τὰ θεῖα γὰρ, Τά τ' ὄντα, καὶ μέλλοντα, πάντ' ἠπίστατο. Barnes.

828. διορίσαιμεν. Vide supra v. 394. et quæ citavi ad Med. 431. Musgr.

830. γυναικὶ πρόσφορον γυνή. Plutarch. Op. Mor. p. 89. Ed. Steph. Ἀρχὴν δὲ φιλίας ἔφαμεν εἶναι τοῖς πλείστοις, τὴν ταὐτὰ μὲν ἐπιεικῶ ἀσπαζομένην ἔθη καὶ ἤθη, τοῖς δὲ αὐτοῖς χαίρουσαν ἐπιτηδεύμασι, καὶ πράγμασι, καὶ διατριβαῖς, ὁμοιοπαθῆ διάθεσίν τε καὶ φύσιν· ἐφ' οἷς καὶ ταῦτα εἴρηται· Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει, Παῖς παιδί· καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή· Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι· καὶ δυσπραξίᾳ Ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ. Quo ex loco discimus, etiam Euripidem verba illa, γυναικὶ πρόσφορον γυνὴ, ex proverbiali versu sumsisse. Pertinent autem hi versus a Plutarcho citati ad proverbium, quo dicitur simile gaudere simili. Stephanus. Nec tamen tam constat, Euripidem hæc sumsisse ex proverbiali versu, quam probabile est, illum proverbialem versum ex illo mutuatum. Huic loco affine est illud Terentii: *mulier mulieri magis congruum.* Vide Erasmum in Adagio: *Simile simili gaudet,* &c. Barnes.

831. Est ἄχρωστος proprie *non tinctus;* hic *intactus,* ut sæpe apud hunc poëtam, χρώζω pro ἅπτομαι. Barnes. Vide ad Herac. 910.

838. ἐπὶ τοῖσδε. Sic Aristophanes: ἐπὶ τούτοις λάμβανε, *hac conditione accipe.* Sic dixit poëta, Alcest. 387. Ἐπὶ τοῖσδε παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου. Barnes.

849. Θησέως. Vere judicabat Brodæus, Antilochi mortem hic in animo habuisse poëtam. Quod reponebat, Νέστορος, nisi longius paullo a MSS. vestigiis recederet, facile omnium suffragia ferret. Rem fortasse levior mutatio expediat: τὸν Νηλέως τε, παῖδα· διὰ δὲ κ. τ. λ. i. e. τὸν Νηλέως τε, παῖδα ἐστέρησα. Non sine exemplo est, ultro citroque sic variari constructionem: vide ad Orest. 497. et seq. MUSGR.

853. κούφη καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί. Sic supra Alcest. 477. Κοῦφα σοι χθὼν ἐπάνω πέσειε, γύναι. Et Suidas: Κούφη γῆ τοῦτον καλύπτοι. Plura in hanc rem videsis apud Johann. Kirchmannum de Funerib. Romanor. III. 9. BARNES.

858. διαπεπράγμεθ'. *Actum est de nobis.* BARNES.

865. ἡγοῦ σύ μοι, κ. τ. λ. Tradit Plutarchus, sacerdotes Ægyptios, ut aëra purum haurirent, summam curam adhibuisse; mane igitur surgentes resinam suffumigasse, sub meridiem vero, myrrham. De Iside et Osiride, p. 682. Edit. Henr. Stephan. Hinc patet, Euripidem in egressu Theonoës depingendo ab historiæ fide non discessisse. An huc pertinent faces circa Hecaten: Apollon. Rhod. III. 1215. MUSGR.

866. θεῖον δὲ σεμνοῦ θεσμόν. Tentabat Reiskius: θεῖόν τε, σεμνῶν θυσμὸν αἰθέρος μυχῶν, *et sulphur, suffumigatorem recessuum venerandorum aëris.* Vocis θυσμὸς nullum, pro more, auctorem citat, nec inveniri posse puto. Sed neque θεῖον *sulphur* hic significaverit, quippe arctissime cum θεσμὸν connectendum, quater ita adhibente Juliano Orat. V. σεμνοῦν θεσμὸν debet esse *ritum aliquem solenniter et justa gravitate peragere.* Verbum σεμνοῦν exstat Herodot. III. 16. MUSGR.

868. σὺ δ' αὖ κέλευθον. *Si quis,* hoc est, *ne quis forte profanus,* aut *scelerosus, viam sacræ Virgini calcandam impiaverit, igne sacro sufflaminatam lustrari jubet.* Proclus: Καὶ τῷ πάντα καθαίροντι πυρὶ παρήγγελσαι χρῆσθαι, μὴ ἐξ ἀκαθάρτου οἰκίας ληφθέντι. BARNES.

870. κροῦσον δὲ πεύκην. De Ægyptiorum hoc more suffitus odoratus faciendi, piceisque tædis utendi, vide Cœlium Rhodigin. Antiq. Lection. XXIV. 23. BARNES.

871. τὸν ἐμόν. An significat auctor, hos ritus a Theonoa inventos fuisse? MUSGR.

873. Distinguo: Ἑλένη τί τἀμὰ, πῶς ἔχει, θεσπίσματα; ut sit duplex interrogatio, plane, ut Cyclop. 121. MUSGR.

875. μιμήματος. *Imaginis;* ut supra v. 73.

885. πριαμένη τὸ κάλλος. *Emisse pulchritudinem,* i. e. palmam pulchritudinis. Sic εὐμορφίᾳ πραθεῖσα, Troad. 931. MUSGR.

886. ἀνητοῖς. Optime Piersonus ἀνονήτοις. Vere Paridi ἀνονήτοις, quod tota hæc Tragœdia docet, ne singula excitare opus sit. [Cf. Orest. 1494.] MUSGR.

887. τέλος δ' ἐφ' ἡμῖν. Subaudi ἔστιν. BARNES.

891. νοστήσας. Vide ad v. 474.

897. ἐπ' ἀκμῆς εἰμί. In articulo discriminis. Proverbiale loquendi genus. BARNES. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Choëph. 860.

904. ἐς ἁρπαγάς. Pro καθ' ἁρπαγάς. Sic ἐς ταὐτὸ νόμισμα, Iphig. in Taur. 1437. ἐς ἀμβολὰς, Heraclid. 270. hujus fab. 1297. MUSGR.

905. ἄδικος ὥς τις ὤν. Ita Porsonus. Vulgo deest ὥς.

917. πλέον Νέμειν. Sic ἧσσον νέμουσ', Suppl. 378. πλέον νεῖμαι τῷ πονηρῷ, Plut. Op. Mor. p. 249. MUSGR.

919. ἡγουμένη. *Gubernans, ordinans.* Sic τὰς τύχας ἡγούμενος, Suppl. 225. Vide supra ad v. 871. MUSGR.

921. δώσεις δίκην. Optime Reiskius δώσεις χάριν, ut et Tyrwhittus, confirmans ex Theonoës responso, v. 1000. οὐδὲ συγγόνῳ χάριν Δοίην ἄν, ἐξ ἧς δυσκλεὴς φανήσομαι. MUSGR.

923. δίκαια εἰδέναι. *Justitiam colere. Scire* enim Græcis non raro idem valet, quod *exercere.* Hom. Odyss. Φ. 26. μεγάλων ἐπιίστορα ἔργων. Soph. Electr. 610. τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις. Idem Antigon. 307. καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι. Simonides apud Plutarchum de Herodoti malign. παντοίης ἀρετῆς ἴδριες ἐν πολέμῳ. MUSGR.

936. ἐν πυρᾷ. MS. E. εἰς πυράν. Sed εἰς πυρὰν σφάζεσθαι captivorum plerumque sors erat. Plato: ζωγρηθέντων σφαγὰς εἰς τὴν πυρὰν, p. 612. Ed. Ficin. De hoc autem Helena non videtur cogitasse. Non dubito, quin vere correxerit Reiskius: ἐν πυρᾷ κατεστάλη. *In rogo compositus fuisset.* MUSGR.

943. τοὺς τρόπους. Malim τοῦ τρόπου. MUSGR. Recte; nisi subaudiatur κατά.

950. ὡς πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς. Scil. ἐστι, *viro convenit.* Aristophan. in Plut. 355. τόδ' ἂν δεδοικέναι Πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιές ἐστ' εἰργασμένου. Egerunt de hac virtute præpositionis πρὸς, quæ *officium* indicat, Brunck. V. Ill. in Indice Sophocl. et Abresch. Animad. in Æsch. II. 319. JACOBS.

953. αἰρήσομαι τοπρόσθε. Redundat τὸ, ut apud Arrianum ὑποστρέψας τὸ ἔμπαλιν, p. 7. Ed. Gronov. τὸ πρόσω ἐλθεῖν, p. 302. In voce εὐδαιμονίας latet aliquid, quod Menelaus malle se profitetur, præ lacrymis et mollitie. Placet a Tyrwhitto monstratum εὐψυχίας, quod primo in εὐτυχίας transiisse putat, deinde illud in εὐδαιμονίας. *At honestum hoc, modo lacrymæ*

honesti aliquid habeant, non sectabor præ fortitudine. MUSGR. Jacobsius mavult εὐανδρίας.

961. λέξω τόδ' ἀμφὶ κ. τ. λ. Ita Tyrwhittus. Vulgo legitur τάδ', ut ad ἃ referat, v. 959. Pro πόθῳ, quod valde friget, Reiskius σποδῷ, Heathius πιτνῶν, conjicit. An legendum? λέξω τάδ' ἀμφὶ μνῆμα τοῦ πατρὸς τόδε. Cf. v. 1008.

1002. ἔνεστι δ' ἱερὸν κ. τ. λ. Magnum enim *mihi templum Justitiæ in natura* mea erigitur. Divinus hic noster poëta nunc iterum divinioribus nostris literis aliquid commune loquitur; ita enim D. Apostolus, 1 Corinth. vi. 19. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν; BARNES. Hanc sententiam sæpius sibi in scena auditam Demosthenes in usum suum transtulit. In Aristog. I. p. 487. Καὶ Δίκης γε καὶ Αἰδοῦς εἴσιν ἅπασιν ἀνθρώποις βωμοὶ, οἱ μὲν κάλλιστοι καὶ ἁγνώτατοι ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου καὶ τῇ φύσει. JACOBS. Plutarchus de Amore fraterno: ἐν νῷ πώποτε τὴν φύσιν, ὡς ἁγιώτατον καὶ μέγιστον ἱερὸν λαβόντος. Statius III. 247. *mentis sacraria nostræ Testor.* MUSGR.

1003. καὶ τοῦτο Νηρέως πάρα Ἔχουσα. De Nerei veracitate vide supra ad v. 15. BARNES.

1006. ἡ Κύπρις. Ita verissime Canterus. Ed. Ald. ἡ Χάρις, quod Venerem significare posse contendit, sed frustra, Barnesius. Lucianus Dialog. Deorum: Ἥφαιστον τὰς καλλίστας γεγαμηκέναι, τήν τε Ἀφροδίτην καὶ τὴν Χάριν. MUSGR.

1014. ὁ νοῦς κ. τ. λ. Confer Suppl. 533. MUSGR.

1026. ἔννοιαν. Cohærere cum seq. σωτηρίας monet Reisk. et reddit: *voluntatem vos servandi.* BECK.

1032. πρὸς μὲν παρθένου. Hinc patet, Theonoën e scena jam egressam esse, quod confirmat v. 1046. MUSGR.

1033. λόγους φέροντα. Quem sensum habere possit, non video. Legendum forte περῶντα, i. e. περαίνοντα. Vide ad Suppl. 123. περαίνειν λόγους legas Med. 696. Andr. 334. MUSGR. In nota ad Supplices, ad quam nos remittit, nihil probatur, nisi περᾶν pro περαίνειν poni. Æque fere obscura est emendatio doctissimi viri, quam ipsa corrupta lectio; in qua me præter verbum φέροντα etiam articulus τοὺς offendit. Euripides, ni fallor, scripserat: Τοὐνθένδε δὴ συνέτους λόγους σ' εὕροντα χρὴ Κοινὴν συνάπτειν μηχανὴν σωτηρίας. Iphigen. in T. 1022. Ἀλλ' ἀντίαζε καὶ λόγους πειστηρίους εὕρισκε. et in eadem Tragœdia, v. 1001. Δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας. Error inde profluxit, quod in συνετοὺς præpositio σὺν per compendium scripta esset. JACOBS.

1050. βούλει λέγεσθαι μὴ θανὼν λόγῳ θανεῖν; Recte animad-

vertit Musgravius λέγεσθαι et λόγῳ in eodem versu non bene consistere, neque non fieri posse quin alterutrum superfluum sit. Ipsius tamen sagacissimi viri conjectura tantum a vulgata scriptura abhorret, ut librarios tam grave in se facinus admisisse, vix sit credibile. Leniori itaque medela adhibita, sic fortasse scribendum est: Βούλει δέχεσθαι μὴ θανὼν λόγῳ θανεῖν; *Visne admittere, ut mortuus dicaris* (λόγῳ θανεῖν), *quum revera vivas?* Δέχεσθαι enim *assentiendi* vim habet, quam exemplis adstruxit Raphelius ad 1 Corinth. ii. 15. Abresch. ad Æschyl. III. p. 30. Ceterum ad λόγῳ θανεῖν confer Sophocl. in Electr. 59. Τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ' ὅταν λόγῳ θανὼν Ἔργοισι σωθῶ; et v. 63. λόγῳ μάτην θνήσκοντας. Mox quid κακὸς ὄρνις sit, docuit Eustath. in Il. XXIV. p. 1346. 44. Scholiast. ad Aristoph. Plut. 63. JACOBS.

1054. κουραῖσι. *Tonsuris.* Vide citata ad Hecub. 825. MUSGR.

1056. Optime Tyrwhittus: "Hic versus, deleta Helenæ persona, Menelao, opinor, tribuendus est. Παλαιότης autem significat, *crassum aliquid et veteris ævi simplicitatem sapiens.* Eodem sensu sæpius usurpatur ἀρχαῖος a comico, Nub. 980. 1742. et alibi." Idem animadverterant Reiskius et ante eum vir doctus, in margine Aldinæ apud me. MUSGR.

1060. κενοταφοῦντ'. Dualis numeri. BARNES.

1062. πελαγίας ἐς ἀγκάλας. Sic κυμάτων ἐν ἀγκάλαις, Aristoph. Ran. 716. Vide infra v. 1436. MUSGR.

1072. Aristophanes: πᾶς ἀνὴρ παρ' ἄνδρα, Vesp. 1078. de militibus in acie constitutis. MUSGR.

1080. ναυτικῶν ἐρειπίων. Subaudiendum περί. Sic ἀεξομένοιο διδάσκει μηνὸς, Arat. Diosem. 2. ὡς γνῶ χωομένοιο. Hom. Il. Δ. 357. MUSGR.

1088. πέπλων τε λευκῶν μέλανας ἀνταλλάξομαι. Prisci veste candida læti ac securi amiciebantur. Æschines contra Ctesiphontem: ἑβδόμην δ' ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβών. Valerius Maximus: *Depositis doloris insignibus, candidam induere vestem.* Contra *nigram* (μέλαν καὶ πένθιμον ἱμάτιον vocant) in luctu ac dolore induebant. Lysias: μέλαν τε ἱμάτιον ἠμφιεσμένη, ὡς εἰκὸς ἦν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, τοιαύτῃ συμφορᾷ κεχρημένῳ. Artemid. Oneiroc. B. Τὸ δὲ μέλαν ἱμάτιον σωτηρίαν προσημαίνει· οὐ γὰρ οἱ ἀποθανόντες, ἀλλ' οἱ πενθοῦντες τοὺς ἀποθνήσκοντας, τοιούτοις χρῶνται. Unde Pericl. apud Plutarch. Οὐδεὶς δι' ἐμὲ τῶν ὄντων Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον περιεβάλλετο. Mosch. Epit. Bion. 27. Καὶ Σάτυροι μύροντο, μελάγχλαινοί τε Πρίηποι. BROD.

1089. παρῆδί τ' ὄνυχα κ. τ. λ. Hæc varie et explicant et corrigunt. Dura mihi videtur Musgravii conjectura: ἐμβαλῶ ῥέος, i. e. ῥεῦμα. Durior adhuc Brunckii explicatio qui παρῆδι χρόος pro χροῒ παρῆδος accipit. Videsis an corrigendum sit: παρῆδί τ' ὄνυχα φόνιον ἐμβαλῶ χερός. JACOBS.

1098. Κούρη Διώνης, Κύπρι. Venus duplex, una ex mari orta, altera ex Dione et Jove, de qua re vide Platonem a Nat. Com. Mythol. IV. 13. citatum. Hinc Theocrit. in Syracusis, 106. Κύπρι Διωναία· τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατῶν Ἀνθρώπων, ὡς μῦθος, ἐποίησας Βερενίκην. Cujus sententiæ auctor primus Homerus, Iliad. E. 370. Ἡ δ' ἐν γούνασι πίπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη, Μητρὸς ἑῆς. Ad quem locum ita Eustathius, p. 558, 15. Εἰ δὲ Διώνης ἡ Ἀφροδίτη, οὐκ οἶδεν ἄρα Ὅμηρος τὴν καθ' Ἡσίοδον ἐκ μηδέων γέννησιν αὐτῆς, καθ' ἣν ἐκεῖνος φιλομηδῆ οἶδεν αὐτήν. BARNES.

1105. Similis sententia est in Iph. A. 544. εἴη δέ μοι μέτρια κ. τ. λ.

1106. οὐκ ἄλλως λέγω. Cf. Rhes. 267. MUSGR.

1107. Diminutivum est ἐναύλειον ab ἔναυλος, *spelunca, recessus;* unde et in hoc loco *nidum* significat.

1108. μουσεῖα καὶ θάκους ἐνίζουσαν. Voce μουσεῖον iterum sic usus est Euripides in Alcmena, Frag. II. Πολὺς δ' ἐνεῖρπε κισσὸς, εὐφυὴς κλάδος Χελιδόνων μουσεῖα. Ceterum totum hunc locum Aristophanes παρῳδεῖ, in Avibus. 210. sqq. JACOBS. Vox μουσεῖον occurrit etiam infra v. 175. ubi tamen *cantus* significare videtur.

1117. ὅς. Pro antecedente habet πόνον, v. 1115. ὃς [πόνος] ἔμολε πεδία. MUSGR. Sequentia satis obscura sunt; nec tamen Interpretum emendationes nobis satisfaciunt. Ordo verborum, ut nunc leguntur, hic est: ὃς ἔδραμε ῥόθια μέλεα, ὡς Πάρις αἰνόγαμος εἷλεν ἄγων λέχεα σέθεν Πριαμίδαις ἀπὸ Λακεδαίμονος πομπαῖς Ἀφροδίτας. Dicitur ἔδραμε ῥόθια, ut μέσσα θέει πελάγη, Anthol. H. Steph. p. 66. *Currere* aquam, Ovid. Trist. V. 7. 36. Quæ contulit Musgravius.

1128. μονόκωπος. Tzetzes in Lycophron. 1217. auctor est, Nauplium εἰς ἁλιευτικὸν σκάφος ἐμβάντα πλεῦσαι. BRODÆUS. Hinc Euripidi μονόκωπος, i. e. *solitario navigans*, audit. Tacet tamen de hoc Hyginus, fab. 116. MUSGR. Quomodo Nauplius ob filii Palamedis cædem Græcis iratus ad Eubœam insidias iis struxerit, et ad naufragium falsis ignibus adegit, vide Scholiasten ad Orest. 426. et quæ nos supra v. 767. BARNES.

1130. Αἰγαίαις. Non, ut vulgo, interpretari oportebit, sed *ad insulam Ægas pertinentibus.* Hesychius: Αἰγαί· νῆσος πρὸς

τῇ Εὐβοίᾳ. Etymologus: Αἰγαὶ, πόλις Εὐβοίας, ἢ νῆσός ἐστι δυσχείμερος. Musgr.

1131. ἀστέρα λάμψας. *Ignem speculatorium* ita vocat, quod et procul sideris forma spectabatur, et infausti etiam sideris instar mortem Græcis nuntiabat. Barnes.

1132. μέλεα β. στολᾶς. Subaud. ἕνεκα.

1137. ὅτι θεὸς, κ. τ. λ. Hæc non esse de Helenæ simulacro intelligenda, sed ita potius vertenda, observat Heath.: *Quidnam sit deus, quid non deus, quid mediæ cujusdam sit naturæ, quis dixerit, investigatione habita, mortalium?* Beck.

1158. Heathius ad αἳ supplet λόγχαι ex v. 1153. et tres versus, qui hunc nostrum præcedunt, parenthesi includendos monet. Beck.

1164. Metrum versus admodum corruptum est. Videtur ἀθλίοις glossema esse, et versus ita constituendus: Ἐν συμφοραῖς Ἰλίοισι, *Iliensibus;* nam Ἴλιος est nomen gentile. Heath.

1165. ἐπ' ἐξόδοισι γὰρ ἔθαψα, Πρωτεῦ, σ'. De more veterum sepeliendi propter vias publicas vide ad Rhes. 878. Θάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς. Barnes.

1173. Pugnant φανερὸν et λεληθέναι. Conjeci igitur πέπυσμαι καθ' ὁδὸν, *audiri in via*, aut φλαῦρον, *vilem, egenum, pauperem aliquem Græcum.* Nisi φανερὸν accipias pro *illustri:—illustrem aliquem Græcum.* Reisk.

1188. ἀπεθρίσας. Vide ad Orest. 128.

1209. οἰκτρότατα. Veteres suffocationem ex aquis miserrimum mortis genus duxere, vel quia, ex Heracliti opinione, animam statuentes flammam, exstingui sic putabant; vel quia fere piscibus tales devorandi relinquerentur funere spoliati; unde illud matris de puero, cujus corpus aquis tectum erat, caput glacie resectum, cum jam pyra imponeretur; *Hoc peperi flammis, Cætera,* dixit, *aquis.* Hinc Achilles apud Hom. Iliad. Φ. 281. et Æneas apud Virg. Æn. I. 96. hoc leti genus maxime deprecantur, ut miserandum et inglorium. Barnes.

1216. Frigere mihi videtur ὄλωλ' ἐκεῖνος, *mortem oppetiit ille,* sc. Menelaus. Legendum, nisi nimia mutatio esset: ἀλλ', ὤλετ' εἰ ναῦς, ἦλθ' ὅδ' ἐν ποίῳ σκάφει; Musgr.

1225. ὅς ποτ' ἐστίν. Legendum haud dubie: οἷς ποτ' ἐστὶν, *carus est, quibus utique est:* confer v. 125.—ἐνθάδ' ὤν. Ambiguum est. Significare enim potest vel *in hoc loco agens,* quæ Helenæ mens erat: vel *in hac conditione positus,* quo sensu a Theoclymeno intelligi cupiebat. De posteriori notione vide citata ad Ion. 1258. ἐνθάδ' ὢν potest etiam euphemismus esse

pro νεκρὸς ὤν. Vide Soph. Ajac. 1382. 1389. Musgr. Hunc versum eleganter restituit et interpretatus est Musgravius. Ea quæ sequuntur minus feliciter tentavit vir sagacissimus. Theoclymenus Helenam interrogat: ὀρθῶς μὲν ἥδε συμφορὰ δακρύεται; quæ mihi quidem vera et sincera esse videntur. Prodit se hoc versu mens hominis, suspicionis pleni et, cum dolum timeat, de veritate nuntii, quod se Helena accepisse dicit, nonnihil dubitantis. *Verene*, ait, *hæc calamitas deploratur et ex animi sententia, an narratio tua luctusque confictus est?* Cui quæstioni inepte respondet Helena, si genuina est vulgata lectio: ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σὴν κασιγνήτην θανεῖν; quæ præterea nullo modo possunt habere eum sensum, quem Latinus interpres iis tribuit: *An vero leviter ferres tuæ sororis mortem?* Scholion Barnesii: μῶν σοὶ ἐν εὐμαρεῖ ἂν εἴη, Θεονόην, σὴν κασιγνήτην, θανεῖν; tenebras offudit doctissimo Musgravio, ita ut conjecturam expromeret minime acutam: ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σοὶ κ. θ. Inepte. Noster in Theseo ap. Athenæum, p. 454. τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι. Quod, ut etiam εὐμάρεια, omnibus in locis, ubi occurrit, de *agendi facilitate* usurpatur. Attigit hunc dicendi usum Valcken. ad Herodotum. III. p. 275, 23. ubi similia quoque tractavit. Mihi igitur Helena Theoclymeni suspicionibus ita videtur occurrere, ut dicat: ἐν εὐμαρεῖ γοῦν σὴν κασιγνήτην λαθεῖν; *Num tam facile esse censes, sororem tuam fallere?* Quo nihil est ad sensum accommodatius. Nisi enim Theonoë cum Helena ad Theoclymenum decipiendum conspirasset, nunquam sperare poterat fore, ut dolus, quem parabat, fatidicam mulierem lateret. Recte igitur Helena a rege quærit, cur se fraudem struere suspicaretur, quæ non fieri posset, ut Theonoën lateret. Quæ quæstio est ejusmodi, ut ad animum ejus fallendum, nihil efficacius dici cogitarique possit. Jacobs.

1230. πιστὴ γὰρ εἶ σὺ κ. τ. λ. Vulgo ἐσσί. Porsonus: πιστὴ γὰρ εἶ τῷ σῷ πόσει.

1233. οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον. Cf. v. 315.

1235. τέμωμεν. MS. E. χέωμεν, et in margine τέμωμεν. Pertinere huc videtur Hesychii glossa: τάμωμεν· ποιήσωμεν. Musgr.

1258. ἵππον. Equos a Persis mactari solitos docet Barnesius ex Ovid. Fast. I. 385. Xenophon de iisdem Cyropæd. VIII. Διὶ καὶ ὠλοκαύτωσαν τοὺς ταύρους· ἔπειτα τῷ Ἡλίῳ καὶ ὠλοκαύτωσαν τοὺς ἵππους. Musgr.

1265. βλαστήματα. Nempe, *flores*, quos et cippis circumponere mos erat. Soph. Electr. 901. καὶ περιστεφῆ κύκλῳ Πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός. Musgr.

1268. ἀπείργνι. *Solet*, vel *debet*, *sejungere*. Μῆκος utique casu nominativo accipiendum est. HEATH. δόρυ. *Narem*. Vide ad Orest. 677.

1272. Φοίνισσα κώπη ταχύπορος γενήσεται. Phœnices ob navigandi peritiam insignes, ut notavimus ad Troad. 128. et alias; hinc infra v. 1412. Σιδωνίαν ναῦν poëta vocat, quia Sidon erat urbs Phœniciæ. Et rursus v. 1451. Φοίνισσα Σιδωνιὰς ὦ ταχεῖα κώπα. Vide etiam Hom. Odyss. O. 414. sqq. BARNES.

1286. τρύχου σὺ σαυτήν. Radix est τρυχόω, non τρύχω. MUSGR.

1297. ἐς ἀμβολάς. Eadem phrasis Heraclid. 270. MUSGR.

1301. ὀρεία Μάτηρ θεῶν. Utrumque Cybeles titulum conjungit, ut Antistius apud Reiskium Epigr. 416. τούτους θέτο Γάλλος ὀρείῃ Μητρὶ θεῶν. Alibi vel Μήτηρ θεῶν, vel ὀρεία Μήτηρ, denique Μήτηρ simpliciter (vide ad Bacch. 119.) vocatur. Cybelen quoque, non Cererem, hujus odes argumentum esse, ostendunt κρόταλα, v. 1308. θηρῶν σατίνας v. 1310. τύμπανα, v. 1347. quæ omnia Idææ Matris symbola sunt. Adde, quod mox cursitatione omissa ad Idæos saltus se conferat, nempe ad locum, a Cybela, non Cerere, frequentatum. Contendit tamen Barnesius, Cererem hic intelligi, credo, quia multa de Cereris, Proserpinam quærentis, erroribus legerat, de Cybela nihil. Sed quid vetat, Rheam simili furore ob neptim raptam arsisse, vel simile studium in ea recuperanda posuisse, licet Cereris labores, Eleusiniorum mysteriis celebrati, gratiusque propterea Atheniensibus acroama, poëtarum libros, ipsa obscurata et neglecta, impleverint? Barnesio quidem favere videtur vox θυγατρὸς, v. 1322. Eam tamen non *filiam* tantum, sed quamvis *puellam*, significare ostendet, Soph. Œd. Tyr. 1121. Quid autem de argumento hujus carminis dicemus? An, cum Heathio, ineptum esse, hac certe in fabula, maximeque in hac fabulæ parte? Fuit, cum ab ista sententia non valde abhorrerem. Nunc vero et video, et libenter agnosco, ineptam mihi ideo visam esse hanc oden, quod nondum satis intellecta esset. Chorus, cur Cybelen celebrandam hic sumeret, complures, sed, ut in tali re, leviculæ causæ erant. Primo, Spartæ, unde Helena oriunda erat, magno in honore habita est Rhea. Τὸ δὲ ἱερὸν τῆς μεγάλης Μητρὸς τιμᾶται περισσῶς δή τι, verba sunt Pausaniæ, p. 49. Ed. Sylb. Secundo, Helenæ infortunia a magnæ Matris ira arcessit in secunda antistropha Chorus. Tertio, illius Deæ sacra circa hoc tempus Athenas translata esse suspicor. Translata tradit Julianus Imp. in initio Orat. V. Effigiem autem Rheæ,

quæ in Μητρῴῳ erat, Phidias, Euripidis contemporaneus, elaboravit, teste Pausania, p. 3. Ea igitur conjectura si vera est, Atheniensibus saltem, historiam Rheæ eleganter exornatam audire, vel propter horum sacrorum novitatem, jucundum esse debuit, neque adeo mirum, si Euripides, oblata occasione non admodum aliena, nec fortasse opportunissima, popularibus tamen suis utcunque gratificari voluerit. Musgr. Sed vide ad v. 1341.

1307. ἀῤῥήτου κούρας. Proserpinæ. Carcinus apud Diod. Sic. V. 5. λέγουσι Δήμητρός ποτ' ἄῤῥητον Κόρην Πλούτωνα κρυφίοις ἁρπάσαι βουλεύμασι. Musgr.

1308. κρόταλα. *Crepitacula ex ære;* propterea κρόταλα χαλκοῦ vocat Cyclop. 205. Musgr.

1310, 11. Duo hi versus sententiam abrumpunt, et, tanquam parenthesis, legendi sunt: ἁρπασθεῖσαν enim v. 1312. haud dubie regitur ab ἀνεβόα, v. 1309. Musgr. Cujus emendatio ex parte tantum verisimilis est; in eo quod θηρῶν τ' ἤει conjicit. Sed locus in toto perdifficilis est, et criticorum conjecturis potius fortasse impeditus, quam expeditus.

1314. κουρᾶν. Legendum cum Tyrwhitto [et Heathio] κῦραι. Musgr. Quo admisso, sensus ex æquo laborat.

1316. Γοργώ. Eadem forma vocis Rhes. 302. Ion. 1003. vis diversa. Ibi enim Gorgonem significat, hic Pallada, Gorgonis interfectricem. Cf. Ion. 1479. Palæphatus XXXI. καλοῦσι δὲ τὴν Ἀθήναν Κυρηναῖοι Γοργονὴν, ubi MS. Oxon. Γοργώ. Euripides Erechtheo, apud Lycurgum contra Leocratem: τελείας χρυσέας τε Γοργόνος. Nonnus, XIII. οἵτε Κελαινὰς Χρυσοχόρους ἐνέμοντο καὶ ἱλαστήρια Γοργοῦς. De Minervæ ira, cui placandæ hæc ἱλαστήρια destinata erant, vide Hygin. Fab. 165. Minervam cum Diana comites Proserpinæ attribuunt Diod. Sic. V. 3. Statius Achilleid. IV. 151. denique Claudianus. Musgr.

1318. Huic versui, ut ἀντιστοίχου mensuram adæquet, una syllaba deest. Sed neque sententia integra est. Lego: ἄλλαν μοῖραν ἔκραινε Παῖς. Παῖς, *filius, i. e.* Jupiter. Musgr. Paulo remotior est hæc emendatio. An potius Ζεύς?

1321. Vulgo μαστεύσα πόρους.

1322. θυγατρός. *Puellæ;* ut Soph. Œd. Tyr. 1121. non *filiæ*. Musgr.

1325. ῥίπτει. Subaud. ἑαυτὴν, ut in Cyclop. 166. et *passim*.

1326. δρία. Ita MSS. E. G. Hesychius: δρίον· δρυμὸς, ὕλη. Exemplorum satis ibi suppeditant Interpretes, quibus adde Soph. Trachin. 1029. Ed. Ald. δρύα. Musgr.

1329. δὲ φθείρει. Metro postulante, legendum διέφθειρε. Delenda etiam distinctio post ἀρότοις. Barnesius, lectore non monito, omittit δέ. Musgr.

1331. βοσκάς. Exstat vox in Æsch. Eumenid. 266. in ejusdem Danaisin apud Athenæum, p. 600. apud Suidam, v. βοτός. Scaliger tamen βοσίας. Musgr.

1334. Morem fuisse πελάνους in ignem conjicere, docet Barnesius ex Scholiasta Aristophanis ad Plut. 670. Musgr.

1342. Lego: Ἴτε, τᾷ περὶ παρθένῳ Δηοῦς θυμωσαμένᾳ. Παρθένῳ Δηοῦς, *filiæ Cereris*. Sic παρθένους ἀνδρῶν, Herod. p. 199. Ed. Wess. Pro Δηοῖ Ed. Ald. δηΐῳ. Musgr. Ita proculdubio legendum, si de Cybela oratio est; quod tamen pro certo non habemus.

1345. ὕμνοισι χορῶν. Id est, *hymnis choricis*. Vulgo χορόν.

1347. τύμπανά τε. Si conferas versum ἀντίστοιχον, videbis, vel ibi syllabam deesse, vel hic abundare. Nec dubito, quin posterius verum sit. Deleta enim copula τε, recte procedet locus: χαλκοῦ δ' αὐδὰν χθονίαν Τύμπανα λάβετε βυρσοτενῆ. Occasionem errori dedisse videtur vox χαλκοῦ, non de tympano, ut oportuit, intellecta, sed de alio aliquo organo sonoro. De quo si quis dubitet, veriora eum Nonnus docebit: Lib. XIV. αἱ μὲν ἐλῶσαι Τύμπανα χαλκεόνωτα Κυβηλίδος ὄργανα Ῥείης. Vocatur autem χθονία vox tympani, quod mugitui sive tonitrui subterraneo similis esset. Æschylus apud Strabonem, p. 471. τυμπάνων δ' ἠχώ, Ὥσθ' ὑπογείου βροντῆς, φέρεται βαρυταρβής. Jacobs. βυρσοτενῆ. Canteri emendatio est. Ed. Ald. et MSS. πυρσογενῆ. Vide, Barnesio citante, Bacch. 112. Musgr.

1353. Quæ in hac antistr. leguntur, de Helena non videntur dici potuisse. Neque enim unquam infortunia sua adscripsit Cybeles iræ, sed tribus deabus de pulchritudine certantibus. Præterea duo versus primi Ὃν οὐ θέμις κ. τ. λ. Theoclymeni aut Paridis amores non tam apte designant, quam potius incestos patris aut fratris amores. Hinc confirmatur suspicio nostra, systema hoc ad hanc fabulam non pertinere, sed ex alia quadam tragœdia, forsan ex Æolo, translatum esse. De Proserpina, quam interpretes h. l. intelligunt, dici non potest, eam indignationem Cybeles ob spretos ejus ritus sibi contraxisse. Heath. Musgravius poetam ad aliam rem deflectere, et ad labem quam Helena, a Theseo olim stuprata, contraxerat, respicere censet. Quod si res ita se habeat, auctor mentem suam tenebris circumvolvere strenue elaboravit; et profecto, quæcunque sit loci ratio, illam

investigare plane nequivimus. De criticorum conjecturis silere præstat.

1356. θυσίας. Sacrificia piaculis avertendis peragi solita. Vide Hippol. 145. et seq. MUSGR.

1359. στολίδες. Confer νεβρίδα στολιδωσαμένα, Phœn. 1754. MUSGR.

1360. Vulgo κισσῷ. Legendum κισσοῦ. Constructio est: χλόα τε κισσοῦ ἐς νάρθηκας ἱεροὺς στεφθεῖσα, i. e. περιτεθεῖσα. Sic κισσὸς περιστεφὴς, Phœn. 651. Crinagoras Antholog. Reisk. 542. στεφθῆναι ἐπὶ κροτάφοισι γυναικὸς Λώϊον. Vide et Soph. Electr. 443. MUSGR.

1362. Fuit ῥόμβος genus quoddam instrumenti, quod in orgiis Bacchicis et Corybanticis adhibebatur, et valuisse videtur ad incitandos animos Bacchantium. Vide Hes. Etym. M. et Apoll. Rhod. I. 1139. unde patet, rhombum et tympanum fuisse diversa. HEATH.

1366. εὖ δέ νιν κ. τ. λ. Heath. emendat: Εὖτέ νιν ἅρμασιν Ὑπέρβαλε σελάνα. *Quando supra illam* (i. e. Cybelen, s. terram) in cœlis scilicet, *curru vecta eminebat luna* (i. e. tempore plenilunii) *tu forma tua elata spretis ejus sacris gloriabare.* BECK. Notum est pleniluniis festa Deorum celebrari solita. BARNES. Locus emendationem vincit.

1372. ἐν χθονί. Pertinet ad εἰσορᾷν. Negat, eum lucem videre, utpote ἐν χθονὶ, sub terra conditum. REISK.

1376. Quid proprie sit πόρπαξ, si quæris, Grammaticorum sententias vide apud Scholiasten Aristoph. Equit. 845. Pac. 661. MUSGR.

1383. Piersonus, Veris. p. 183. observat λουτροῖς χρόα δοῦναι esse pro δοῦναι λουτρὰ χροῒ, et cum h. l. comparari debere Soph. Œd. Col. 1666. sqq. BECK.

1388. εὔνουν. Subaudiendum εἶναι. Sic ἕτοιμος dicere solent pro ἕτοιμός εἰμι. Πρόθυμος pro πρόθυμός εἰμι infra v. 1523. Vide Dorvill. ad Charit. p. 49. MUSGR.

1397. ἐκπεπληγμένην. Sic ἔρωτι ἐκπλαγεῖσ', Med. 8. Vide et Hippol. 38. MUSGR.

1413. Σιδωνίαν. Vide supra ad v. 1272.

1421. ἀλλ' ἁπλῶς πόνος. Elegans prostat Musgravii emendatio τὰ τῶν θανόντων οὐδὲν, ἀλλ' ἁπλῶς σπόδος. Cui conjecturæ speciem conciliant hæc ignoti poëtæ in Epigr. DCXCIII. in A. V. P. T. III. p. 299. Ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ κάτω τεθνηκότες Ὀστέα, τέφρα τε γεγόναμεν, ἄλλο δ' οὐδὲ ἕν. Glyconis in T. II. p. 278. πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν. Alia ejusdem generis collegit T. Hemsterhusius ad Lucian. Mort. D. I.

§. 3. παρ' ἡμῖν οὔτε ἡ ξανθὴ κόμη, οὔτε τὰ χαροπὰ ἢ μέλανα ὄμματα· ἀλλὰ μία ἡμῖν κόνις. Proximum apud Euripidem versum tam parvum vitium inquinat, ut mirari subeat, quomodo factum sit, ut genuina lectio doctos viros tam diu lateret. Musgravii versus exitum in mendo cubare probe intelligens, corrigere tentavit: ὧν ἔγωγ' ἐρῶ, *quorum ego amore teneor.* Heathius etiam durius: ἔστιν τι κἀκεῖ κἀνθάδ' ὤν, ἐγὼ λέγω, quod secundum ipsum auctorem significaret: *Est ibi* (apud mortuos) *aliquid; ego quamvis hic sim, istud dico.* Factum est in hoc loco, ut in plurimis aliis, ut remotiora spectantes, quæ ante pedes essent, non viderent viri perspicacissimi. Scribendum enim sine ulla literarum immutatione: ἐστίν τι κἀκεῖ κἀνθάδ', ὧν ἐγὼ 'λέγω. i. e. ὧν ἐγὼ ἀλέγω. *Et hic et illic est, cujus curam habeam.* Quæ ambigue dicta sunt, ut plurima in eodem dialogo. Jacobs.

1424. Non jam Helena res suas Fortunæ committit, neque committendas ducit, ut dicat: *Hoc esto curæ Fortunæ tantum;* sed dicit, se *tantum anxiam esse de rei exitu et eventu:* τῆς τύχης μέλει μόνον. *De eventu tantum et exitu rei sollicita sum;* in quem sensum et Latinam versionem torquendo, ut spero, emendavimus. Et genitivus in hoc sensu post μέλει retineri potest. Sic Homerus dixit: μέγα πλούτοιο μεμηλώς. Quare τῇ τύχῃ μέλοι, quod dedit H. Stephanus, facessat ad atheos; et vetus lectio, τῆς τύχης μέλει μόνον, i. e. ἐμοὶ, mordicus retineatur. Barnes.

1429. Πελοπιδῶν νόμους. Respicit ad illas leges Græcorum, quæ vetabant uxorem protinus ab inferiis, priori marito exhibitis, alteri nubere. Reisk.

1432. ὑπάρχοις. Satrapis, et provinciarum ministris, toparchisque, qui regum pompis ministrare solebant. Barnes. γάμων ἀγάλματ'. Id est, dona, quæ a Satrapis regi, uxorem ducenti, offerri mos erat. Exemplum vide in nuptiis Neptuni et Beroës apud Nonnum, XLIII. circa finem. Dona nuptialia memorat Aristophanes Pac. 1205. Schol. Pind. in Pyth. III. Stroph. 5. Catullus Thetide et Peleo. Musgr.

1436. ἀγκάλας. Vide supra ad v. 1062. Musgr.

1443. Vulgo πρὸς λύπας. Sed λύπας spondeum esse, et metrum corrumpere, neminem fere interpretum fefellit. Emendandum levissima mutatione πρὸς λέπας. *Nos autem, in adversum collem fortunam trahentes, strenue manu subleva.* Occurrit πρὸς λέπας, Bacch. 633. Herc. Fur. 120. metaphora autem, quæ Menelai conditionem hic exprimit, Alcest. 517. Καὶ τόνδε τοὐμοῦ δαίμονος πόνον λέγεις; Σκληρὸς γὰρ αἰεὶ, καὶ πρὸς αἶπος ἔρχε-

ται. Favet etiam, quod Rhes. 314. in contrariam partem dicitur: ἕρπει κατάντης συμφορὰ πρὸς τ' ἀγαθόν. Musgr.

1447. κέκλησθε. *Invocamini;* pro καλοῦμεν, *invocamus; testor vos.* Barnes. Sensus: *sæpe et in rebus prosperis et in adversis vos, O dii, jam antehac invocavi.* Heath.

1452. ταχεῖα κώπα. Remum alloquitur Chorus, sed quo consilio, aut quam ob causam, alloquatur, nusquam invenias. At pro ταχεῖα si scripseris disjunctim τάχ' εἶα, verbi vim habebit, remum ad properandum hortantis. Sic Aristophanis Pac. 516. Ὦ εἶα νῦν, ὦ εἶα πᾶς. Εἰρεσία idem est, quod Κώπα. Philo Jud. p. 179. Ed. Turn. καὶ τὰς εἰρεσίας μέντοι, κἂν σφόδρα ὦσιν εὐθυτενεῖς, κεκλασμένας ὁρᾶσθαι συμβαίνει καθ' ὕδατος. Remum igitur duplici titulo compellat Chorus, more eorum, qui obnixius aliquid rogant. Exempla vide Æschyl. Sept. Theb. 150. Soph. Antig. 1127. et passim in Hymnis Orphicis. Primus est: Κώπα, ῥοθίοισι μήτηρ: secundus: Εἰρεσία φίλα. Cum ῥοθίοισι μήτηρ comparari potest ῥοίζου μητέρα, quod habet de flagello Philodemus Anthol. H. Steph. p. 412. De voce ῥόθιον vide citata ad Iph. Taur. 412. quibus adde Arrian. de Exped. Alex. circa initium, Lib. VI. Suidam v. Ἐνδόσιμον. Musgr.

1460. λιπόντες. *Permittentes:* quod quidem in mari sereno periculo carebat. Nautæ interea remis incumbebant, unde proverbium: *remis velisque navigare.* Musgr.

1464. Περσείων οἴκων. Mycenas, utpote a Perseo conditas, πόλισμα Περσέως vocat Iphig. in Aul. 1475. Nec alius hic locus intelligendus. Menelaus enim, licet Spartæ, non Mycenarum, rex, ad terram Argolicam primum se deferri precatur infra v. 1586. Musgr.

1465. Convertit se Chorus ad ipsam Helenam. Beck.

1466. Λευκιππίδας. Sic dici poterant Phœbe et Elaira, Leucippi filiæ. Propert. I. 2. *Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe, Pollucem cultu non Elaïra soror.* Sed recte judicat Barnesius, Phœbæ et Elairæ sacerdotes hic intelligi, de quibus sic Pausanias, p. 97. πλησίον δὲ Ἰλαείρας καὶ Φοίβης ἐστὶν ἱερόν· κόραι δὲ ἱερῶνται σφίσι παρθένοι, καλούμεναι κατὰ ταὐτὰ ταῖς θεαῖς καὶ αὐταὶ Λευκιππίδες. Musgr.

1467. Παλλάδος. Recte Minervam Χαλκίοικον intelligit hic Barnesius. Vide v. 229. Musgr.

1469. Hyacinthus, Amyclæ filius, Spartanus, amasius Apollinis. Fabulam de Hyacintho, disci jactu ab Apolline cæso, vide Ovid. Metamorph. X. 5. *Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque Durat in hoc ævi; celebran-*

daque more priorum, Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa. Hyacinthia vero Hecatombeo mense celebrata probat Hesychius: Ἑκατομβεὺς, μὴν παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἐν ᾧ τὰ Ὑακίνθια. De Hyacintho vide Palæphatum, Pausaniam, Nicandrum, Coluthum, &c. BARNES. κώμοις Ὑακίνθου. Fuse describit Polycrates apud Athenæum, IV. 7. MUSGR.

1470. Vulgo εἰς εὐφρόναν. Interpretor hic εὐφροσύναν, ne otiosum sit epithetum νύχιον. Hesychius: εὐφρόνη· νὺξ καὶ εὐφροσύνη. De re Polycrates, ubi supra: ἅπασα δὲ ἐν κινήσει καὶ χαρᾷ τῆς θεωρίας ἡ πόλις καθέστηκεν. MUSGR. Optime tamen locum emendavit Matthiæ. Eadem est constructio, quæ supra v. 77.

1472. Vulgo τρόχῳ τέρμονι δίσκου κ. τ. λ. Lego: ἐξαμιλλησάμενος τρόχων τέρμονι δίσκον, *discum usque ad terminos gymnasii projicere nitens.* Sic ἐκ τρόχων, *a gymnasio*, Med. 46. Photius Lex. MS. τρόχον· δρόμον· Εὐριπίδης Μηδείᾳ. MUSGR. Locum leniori emendatione restituit Matthiæ.

1476. Post hunc igitur (non ante hunc) desideratur versus, quem sic non absurde suppleas: μόσχον θ', ἂν λιπόντ', οἴκοις [θάλλουσαν ἐν πατρῴοις.] Μόσχον regitur a λάβοις (nisi præstet λάβοι) v. 1467.—ἂν λιπόντ', *quam reliquerunt*, Menelaus sc. et Helena. Sic utique legendum, non λίποιτ'. MUSGR.

1479. γενοίμεσθα Λίβυες. Sensu postulante, scribendum: γενοίμεσθ', ᾗ Λίβυες. *Utinam per aëra volatiles fieremus, quemadmodum Libycæ aves.* MUSGR.

1480. στολάδες. Vox quidem nondum mihi obvia fuit, sed formatur secundum regulas analogiæ, facilemque interpretationem recipit: i. e. quæ magno numero simul iter faciunt, ad instar στόλου, classis sc. vel exercitus. De gruum migrationibus consulendus Aristot. Hist. Anim. VIII. 12. et IX. 10. Confer etiam Hesiod. Op. et D. 448. Aristoph. Av. 711. Ælian. de Anim. Maximum Tyrium. Plin. Hist. Natur. X. 23. Philen de Animal. Proprietat. denique Ciceron. de Natura Deorum, II. 49. MUSGR.

1484. ποιμένος. Aristoteles: γέρανος, καὶ τὸ τῶν μελισσῶν γένος, ὑφ' ἡγεμόνα. Hist. Animal. I. 1. BECK.

1486. ἰακχεῖ. *Strepitum edit.* Suidas: ἴακχος, παρὰ τὸ, ἰακχῶ. Hinc formatum ἰακχάζω legitur Herod. VIII. 65. Æsch. Sept. Theb. 641. MUSGR.

1498. ἀέλλαισιν. Male interpres: *procellis.* Dicitur ἄελλα de quovis veloci motu, non de venti tantum turbine. Noster Bacch. 861. μόχθοις τ' ὠκυδρόμοις τ' ἀέλλαις. Hinc ad cœli verticem, quo astra circa terram rotari credidit antiquitas, non invenuste transfertur. Δίνας alibi, vel δῖνον, motum hunc vo-

cant. Orest. 976. Aristoph. Nub. 379. Verte: *qui in cœlo habitatis sub astrorum splendentium vorticibus.* Musgr.

1509. πονηθεῖσ'. Alibi legitur participium hoc, v. gr. apud Themistium, p. 212. Ed. Harduin. Hic tamen legendum ὀνηθεῖσ', i. e. ἀπολαύσασα, quod de malis eleganter nonnunquam dicitur. Vide Iph. in Taur. 527. hujus fabulæ v. 77. Musgr.

1512. Vulgo τὰ κάκιστ' ἐν δόμοις. Optime emendavit Matthiæ.

1523. πρόθυμος. Subaudiendum εἰμί. Sic ἕτοιμα, Heraclid. 502. ἕτοιμος, Soph. Œd. Tyr. 92. Vide et Dorvill. ad Chariton. p. 49. Musgr.

1530. περίβολον νεωρίων. Id est, περιπεφραγμένον νεώριον. In hoc loco νεώριον *stabulum navale*, vel *locus*, in quo naves e mari tractæ servabantur: παρὰ τὸ νεωρεῖν, νεωφυλακτεῖν. Hinc Phavorinus: Νεώριον· λιμήν· ἤγουν ὁ τόπος, ὁ περιέχων τὰ πλοῖα ἡνίκα ἂν ἑλκυσθῶσι. Talis locus dicitur alias νεώσοικος et νεώσηκος Straboni; Anglice audit, *a dock.* Barnes.

1534. καθίστατο. Ad ἱστὸν hoc verbum convenienter referri potest, ad πλάτην non item; nisi, ut Virgilius dixit, ἐλλειπτικῶς: *Hi jaculis, illi certant defendere saxis;* ubi *defendere* tantum ad *saxis* refertur, ad *jaculis* etiam *offendere* subauditur. Sic οἶνον οἰνίζομαι καὶ σῖτον, Homer. et οἶνον καὶ σῖτον ἔδουσι. Barnes.

1536. ζεύγλαισι. Confer Orph. Argonaut. 274, 5. Act. Apostol. xxvii. Musgr. Heath. interpretatur: *Et gubernacula juxta cardines suos demittebantur.* Beck.

1539. ἠσθημένοι. Corrigit ἠσκημένοι Porsonus, conferens supra v. 1383. Ion. 329. Julian. Cæs. p. 33. A.

1545. συνθάπτετε. Eleganter pro συνθάψετε. Musgr.

1555. κουφίζοντα. Verbum κουφίζειν non tantum *levem facere, sensum tollere,* significat, sed et *levem esse.* Hesiod. Op. D. 463. Νεῖον δὲ σπείρειν ἔτι κουφίζουσαν ἄρουραν. Heath.

1556. προσβῆναι κάτα. An legendum κάτω. Poterat enim navis crepidine aliquanto inferior esse. Musgr.

1558. εἰς κέρας παρεμβλέπων. Vide ad Bacch. 699.

1561. οὐκ εἶ'. Sic οὐκ, εἶα, πώλοις κ. τ. λ. Iph. T. 1388. Musgr. Mos erat Græcorum, ut bovem placide euntem (Hom. Od. Γ. 439.) duo Juvenes cornibus ducerent; sin is restitaret, tum boni ominis gratia, ne taurus reluctando auspicia turbaret, ut robusti quidam et ad hoc parati Juvenes uno impetu taurum adorti simul humeris abriperent ad aram; sive ad locum, ubi sacrificio sistendus erat; quem ritum hic tangit Euripides. Barnes. Cf. etiam v. 1597.

1564. ὤσει. Duportus legit ὤθει, quasi ita intelligenda sint verba: *simulque his dictis Menelaus extraxit ensem paratum ad victimas mortuo faciendas.* Qui ὤσει legunt, orationem continuando exponunt: *Nonne taurum, humeris manibusque correptum, in navim cogetis, simulque meus ensis illum victimam cædet mortuo?* Ita utramvis lectionem accipere licet. BARNES.

1567. μονάμπυκον. De equo vectario a poëtis dicitur. Vide Suppl. 586. Soph. Œd. Colon. 1121. MUSGR.

1570. πλήσασα. Sic ἐκπληρῶν ὄχον, Soph. Electr. 710. Scaliger πλίξασα, nec satis gravi de causa, nec satis commode.—κλιμακτῆρας. Hesychius: κλιμακτῆρες· οἱ τῆς κλίμακος βαθμοί. Confirmat Pollux VII. 112. et alibi. MUSGR. Recte πλήσασα, quia scalæ navales e funibus contextæ angustiores fere habent gradus, ita ut pes eos quasi implere dici possit. HEATH.

1574. ἀνὴρ παρ' ἄνδρα. Id est, Singuli Græci totidem Ægyptiis. MUSGR.

1575. Locum hunc, haud dubie corruptum, sic restituit Piersonus, p. 186. ῥόθιά τ' ἐξεπίμπλατο Βοῆς, κελευστοῦ φθέγμαθ' ὡς ἠκούσαμεν. *Mare vero implebatur clamore* (sc. nautarum), *statim ac portisculi vocem audivimus.* Longus Pastoral. III. εἷς μὲν αὐτοῖς κελευστὴς ναυτικὰς ᾖδεν ᾠδὰς, οἱ δὲ λοιποὶ, καθάπερ χορὸς, ὁμοφώνως κατὰ καιρὸν τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐβόων. Vide Polluc. I. 96. Auctor Incertus: οἱ δὲ κελευσταὶ τοῖς ἐρέταις τὸ ἐνδόσιμον ἐνέδοσαν· οἱ δὲ ἐπὶ τῇ ἐνδόσει ἀθρόοι τῷ ῥοθίῳ ἐπηλάλαξαν. apud Suidam v. ἐνδόσιμον. MUSGR. Vulgo βοῆς κελεύθου φθέγμαθ', ὡς κ. τ. λ. quod nihili est.

1582. κἀπὶ ταυρείῳ σφαγῇ. Vertendum: *et ad jugulum tauri.* Hesychius: σφαγή· ὁ κατὰ τὴν κατακλεῖδα τόπος. MUSGR. Vide ad Orest. 281.

1584. ὦ ναίων ἅλα Πόντιε Πόσειδον. De Veterum religione erat, quod taurus hic Neptuno mactatur; juxta illud Virgil. Æn. III. 119. *Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.* BARNES.

1586. ἐπ' ἀκτὰς Ναυπλίας. Stephanus περὶ πόλεων: Ναυπλία πόλις Ἄργους. Strabo Geograph. VIII. 368. Μετὰ δὲ τὸ Τημένιον ἡ Ναυπλία, τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον· τὸ δ' ἔτυμον ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι. Hinc Euripides in Orest. 231. Μενέλαος ἥκει,—ἐν Ναυπλίῳ δὲ σέλμαθ' ὥρμισται νεῶν. Id est ἐν Ναυπλίῳ, λιμένι τοῦ Ἄργους. BARNES.

1588. Legendum οὔριαι, nisi malis οὔρια adverbialiter accipere pro οὐρίως. REISK. Vide ad Herac. 817. ubi Elmsleius, hoc loco citato, tacite dedit οὔριοι.

1590. Pro Ναξίαν fidenter nunc repono Νεανίαι, *O Juvenes.* MUSGR. Quod sibi velit Ναξίαν, nos latet. Heath. reponet ναυάταις κέλευε σύ. Malimus ναυβάταις, ut infra v. 1595. Vide Brunck. ad Æsch. Pers. 373.

1591. ἐκ ταυρείου φόνου. Id est, *in ipsa tauri cæde.* Vide ad Troad. 527. MUSGR. ἐκ φόνου σταθῆναι est *negotium mactandæ victimæ confecisse.* REISK.

1597. οὐκ εἶα. Vide supra ad v. 1561. MUSGR.

1601. κορμούς. Barnesio placet κοντοί. Sed id ipsum est, quod poëta periphrastice per κορμοὺς ναυτικοὺς significat. MUSGR.

1602. ἐῤῥεῖτο. Lucianus Nigrino: ἱδρῶτι κατεῤῥεόμην. Philo Judæus adv. Flaccum in fine: ὁ μὲν τόπος ἅπας αἵματι κατεῤῥεῖτο. MUSGR.

1604. σπουδῆς δ' ὕπο Ἔπιπτον. Subaudiendum οἱ μὲν, de qua ellipsi diximus ad Iphig. Taur. 1315. MUSGR. Vide etiam ad Orest. 889.

1615. ὁρμιὰν τείνων. Est τείνων *præbens, porrigens;* idem scil. quod προτείνων. Hesychius: ὁρμιά· σχοινίον λεπτόν. MUSGR.

1617. σώφρονος δ' ἀπιστίας κ. τ. λ. Hugo Grotius ita vertit: *Nihil incredulo Prudenter animo utilius est Mortalibus.* Huc referatur illud Hesiodi Op. D. I. 370. Πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ Ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας. BARNES.

1619. οὐκ ἄν ποτ' ηὔχουν. Vide ad Herac. 827.

1638. ὅσια δρᾶν. Tale aliquid de regibus Ægyptiorum tradit Diodor. Sic. I. 71. Sed hoc ignorasse videtur Euripides. Vide supra v. 276. Quare mens Chori est: *se non prohibere, quo minus pia quæcunque faciat.* MUSGR.

1641. δούλοις. Chorus enim constabat captivis mulieribus Græcis. BECK.

1646. γάμοις. Recte interpres: *propter nuptias.* Sic ταῖς ἐκείνης συμφοραῖς supra v. 78. MUSGR.

1650. Minus dura et turbata esset dictio, si sic poëta ordinasset: Κείνην γὰρ εἰς μὲν τὸν παρόντα νῦν χρόνον Ἀεὶ κατοικεῖν. BECK.

1654. Heath. conjicit: Ἐν τοῖσιν αὖ σοῖς. BECK.

1666. ὅταν δὲ κάμψῃς. Ab aurigis translatum, equos in fine cursus circum metam hippodromi flectentibus. BROD.

1667. θεὸς κεκλήσει. Quod vero Helenæ divinos honores tribuerint aliquando Lacones, testatur Isocrates in Helena: ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς θυσίας αὐτοῖς (ἤγουν Μενέλεῳ καὶ Ἑλένῃ) ἁγίους καὶ πατρίους ἐπιτελοῦσιν, οὐχ ὡς ἥρωσιν, ἀλλ' ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις οὖσιν. Lucianus in Charidemo: Ἑλένην

δὲ, τοῦ κάλλους χάριν, αὐτήν τε μεταβαλεῖν εἰς θεόν. Prolixa est ea de re apud Herodotum in Erato fabula, de infanti virgine ex turpissima speciosissima facta in Helenæ templo. Brod.

1669. μεθ' ἡμῶν. Sacræ Castoris et Pollucis epulæ ξένια apud veteres audiebant. Scholiastes Pindari in Olymp. III. Antistr. 3. ἡ γενομένη θυσία τοῖς Διοσκούροις ξενισμὸς λέγεται. Vide et Bacchylid. apud Athenæum, p. 500. Musgr.

1671. τῶν κατ' οὐρανὸν δόμων Κλέψας δέμας σόν. *Furtim tuum corpus ex æthere assimulatum exhibens.* Sic supra v. 34. Εἴδωλον ἔμπνουν οὐρανοῦ ξυνθεῖσ' ὕπο. Barnes.

1673. Ἀκτήν. Recte Barnesius *Atticam* interpretatur. Ἀκτὴ enim vetus Atticæ nomen erat, ita testantibus Harpocratione et Stephano v. Ἀκτή. Musgr. Insulam autem Cranaen indigitat, vel Laconiæ, vel, ut alii volunt, Atticæ, Sunio promontorio vicinam; in qua Paris cum Helena primum dicitur coiisse. Vide Interpp. in Hom. Il. Γ. 445. Hic vero loci ab Euripide fingitur, Mercurium veram Helenam surripuisse; et illius formam ex æthere mutuatam Paridi donasse; denuo autem veram Helenam in hanc insulam deportatam fatis concessisse, et nomen suum Insulæ reliquisse. Barnes.

1676. καὶ τῷ πλανήτῃ κ. τ. λ. Commode citat Barnesius Hom. Od. Γ. 562. Musgr.

1679. ἀναριθμήτων. Optime interpretatur Barnesius: *qui in nullo numero sunt:* conferens Ion. 836. Musgr.

1687. ὃ πολλαῖς. Quum olim ἣ legebatur, summo versus incommodo, mirabar, quomodo id damni contigerit. Video autem, Aldinæ editioni, Hervagianæ, Canterianæque, primis certe et præcipuis, ὃ legi. Ponitur tamen pro ἣ, non ullo suo jure, sed χρῆμα subaudito; ut sit εὐγενεστάτη Ἑλένης γνώμη, ὃ χρῆμα, δηλονότι τοιαύτης γνώμης, παύραις ἔνεστι γυναιξί. Barnes.

1688. πολλαὶ μορφαὶ κ. τ. λ. Vide ad Med. 1405. Bacch. 1341.

FINIS NOTARUM IN HELENAM.

NOTÆ

IN

IONEM.

NOTÆ IN IONEM.

Vers. 1. Ἄτλας ὁ χαλκέοισι κ. τ. λ. Omnes omnium poëtarum loci sunt pleni hujus Fabulæ, de Atlante Cœlum humeris sustinente. Homer. Od. A. 53. ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν. Ovid. Metam. IV. 656. *Quantus erat, mons factus Atlas: Nam barba comæque In sylvas abeunt; juga sunt humerique manusque; Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen: Ossa lapis fiunt. Tum partes altus in omnes Crevit in immensum (sic, Dii, statuistis) et omne Cum tot sideribus cœlum requierit in illo.* Vide Natal. Com. Mytholog. IV. 7. Apollod. Biblioth. I. 2. 3. Barnes.

2. Vox ἐκτρίβων, interprete Barnesio, indicat, Atlantis dorsum adeo durum fuisse, ut cœlum potius attereret, quam ab eo vel minimum attereretur. Musgr.

3. μιᾶς. Id est, *Pleiones:* Apollod. III. 10. I. Musgr.

5. ὀμφαλόν. Vide infra ad v. 223. Barnes.

13. Μακρὰς καλοῦσι. Huc referendum πέτρας, quod præcessit. Sic infra v. 936. Οἶσθα Κεκροπίας πέτρας, πρόσβοῤῥον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν. Cf. v. 497. Ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ Θεάτρου τὸ σπήλαιον τοῦτο· Κρεούσῃ δὲ, θυγατρὶ Ἐρεχθέως, Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγγενέσθαι νομίζουσι, Pausania testante. Barnes.

16. Confer Phœn. 22. ubi παῖδα et βρέφος itidem in eodem versu occurrunt. Musgr.

19. ἀντίπηγος. Hesychius per κίστην et κιβωτὸν explicat. Rotundum fuisse ex hoc versu liquet, viminibus contextum ex v. 37. Ovid. Metam. II. 554. Musgr.

20. σώζουσα. Morem patrium servabat, non quod arculæ tali incluserit, sed quod serpentum effigies collo ejus circumdederit: confer v. 1430. Musgr.

22. φυλακάς. In proclivi est corrigere φυλακέ. Ita scilicet et orationis tenor, et Porsoni regula simul servantur. Maltby.

23. παρθένοις Ἀγραυλίσι. *Agrauli filiabus.* Erat Agraulos Cecropis uxor (Apollodor. III. 13. 2.) filiasque habuit, satis

ex Ovidio notas, Aglauron, Hersen, Pandroson: confer v. 499. Per eam jurabant Atticæ mulieres: Aristoph. Thesm. 540. Confundunt cum filia Aglauro multi, etiam Veteres, nominatim Ulpianus ad Demosthen. de falsa Legatione, p. 264. Ed. Morell. et Hesychius v. Ἄγλαυρος. Vide et Porphyrium περὶ Ἀποχῆς; II. 54. MUSGR. De hac fabula vide Ovid. Met. II. 553. Pausan. Attic. p. 16, 5. Hygin. Fab. II.

29. λαὸν εἰς αὐτόχθονα. Quod præ cæteris Græciæ urbibus antiquitate valerent Athenienses, id ex plurimis auctoribus probat doctissimus Johannes Meursius Libelli sui de Fortuna Atheniensium primo capite: quod denique ex suo solo orti sint, ideoque αὐτόχθονες et γηγενεῖς dicti, unde insigne habebant auream Cicadam, utpote quæ ex terra et ipsa sit orta, idem loco prædicto ex omnigenis auctoribus probat. Cf. Aristoph. Eq. 1331. BARNES.

33. Quamvis non ignorem substantiva pronominum loco eleganter adhiberi, et proinde verbum ἀδελφῷ per μοὶ explicari posse, suspicionem tamen de sinceritate hujus lectionis excitant, quæ adduntur τἀμὰ πρὸς χρηστήρια. Quis enim, quæso, ferat sic loquentem: *Tolle infantem fratrique tuo* (i. e. mihi) *transfer in templum meum.* Emendandum itaque ni fallor: ἔνεγκε Δελφοὺς τἀμὰ πρὸς χρηστήρια. Et sic Argumenti Auctor, qui sic habet: τὸ μὲν οὖν βρέφος ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος εἰς Δελφοὺς ἤνεγκεν. JACOBS. Reiskius emendat: ἔνεγκε Δελφῶν τἀμὰ, *adfer ad fatidicum meum templum, quod Delphis est.* BECK.

36. Λοξίᾳ. De voce Λοξίας vide quæ nos ad Iphigen. T. 982. BARNES.

41. Vulgo ἀνιππεύοντος. Tempus, quod hic designare voluit Euripides, haud dubie est ortus Solis. Nam si infans interdiu ad limina templi depositus fuisset, adstantes non latuisset miraculum. Aut si inter ortum Solis et Pythiæ adventum hora una aut altera effluxisset, ab aliis prius, quam ab ipsa, visus fuisset. Esto igitur, ortum Solis designari, formula, qua Græci plerumque hoc indicant, est: ἅμ' ἡλίῳ ἀνίσχοντι. Sequitur, in hoc versu eam formulam poëtice enunciari. Desideratur igitur ἅμα. Jam si legamus ἅμ' ἱππεύοντος, nulla matutini temporis significatio erit; si ἅμ' ἀνιππεύοντος, anapæstus erit in secunda sede, ne dicam, ἀνιππεύοντος ἡλίου non tam ortum Solis, quam adscensum ejus ad meridiem significare. MUSGR. Heathius vulgatum reddit ita: *in Solis adscendentis orbe;* i. e. dum orbem cursus diurni sol adscendebat. BECK.

46. διορίσαι. Vide Med. 431. et Helen. 394. BARNES. De voce θυμέλη vide ad Elect. 717.

50. οἶδε. Regitur a nominativo προφῆτις, ut recte Barnesius. MUSGR.

52. ἀμφὶ βωμίους τροφάς. Ex his enim alebantur, quæ Apollini offerebantur, muneribus et victimis. BROD.

54. Δελφοί σφ' ἔθεντο χρυσοφύλακα. De Delphici templi opulentia videsis quæ nos prolixius paulo notavimus ad Iphig. T. 1240. ubi Pausaniæ, de sacro bello Phocico testanti, addendus erat Strabo Lib. IX. p. 420. præcipue quod ibidem plura ille de Delphicis thesauris habeat. Χρυσοφύλαξ autem *thesaurarius* sonat, quia aurum est nobilissima et notissima gazæ pars, et cui reliqua sunt paranda, quæcunque pretium habent. BARNES.

59. Χαλκωδοντίδαις. Ita dicti sunt Eubœenses a rege eorum Chalcodonte, qui ab Amphitryone et Thebanis victus in prœlio periit. Plutarch. Op. Mor. p. 1378. Ed. H. Steph. Pausan. pp. 249, 40. 296, 20. Eustathius in Il. B. 541. MUSGR.

74. Ἴωνα δ' αὐτὸν, κ. τ. λ. Ion, Apollinis, vel Xuthi, et Creusæ filius, Atticas duxit colonias in Asiam, quæ coloniæ ex ejus nomine Ionia vocabantur. BARNES.

79. λαμπρὰ θῆ πυλώματα. *Ut laureis ramis adornet, ac vestiat vestibulum et fores.* Virgil. Æneid. II. 492. *Nos delubra Deum miseri, quibus ultimus esset Ille Dies, festa velamus fronde per urbem.* Vide infra v. 104. BROD.

83. Elegantissime emendavit doctissimus Matthiæ ἥλιος ἤδη κάμπτει κατὰ γᾶν. in Obss. Criticis, p. 22. JACOBS. Recte tamen, mutata sententia, λάμπει postea revocavit, quod activa significatione usurpari videtur, ut in Phœn. 226. Paulo infra v. 87. pro vulgato ἡμέραν, quod nihil habet quo referatur vox βροτοῖσι, Scholiastæ lectionem πραεῖάν γ' optime restituit V. D. Corruptio e Glossographo plane enata est.

89. ἀνύδρου. Ita dicitur, quia solo arido et sicco gaudet. BARNES.

91. θάσσει δὴ γυνή. *Vates Delphica.* Ionis seculo virgo responsa dabat; postea vero mulier annos nata quinquaginta, ut testatur Diodorus XV. Super tripodem autem sedens futura prædicebat. BROD. Non quotidianum erat hoc, sed per intervalla factum. Tradit Plutarchus (Op. Mor. p. 522. Ed. Steph.), Pythiam priscis temporibus semel tantum in anno oracula edidisse; postea vero semel in mense facultatem consulendi Deum concessam esse, quem morem tangit etiam, p. 708. Fuere etiam certi dies, ἀποφράδες dicti, quibus non licebat θεμιστεύειν. Plut. in Alexandro, p. 1232. Sed ne legitimis quidem diebus Pythiam introducebant, nisi victima, superin-

fuso capiti vino, toto corpore contremuisset: Plut. Op. Mor. p. 773. Hinc tenendum, diem, quo hæc acta finguntur, ex maxime sanctis fuisse; cæremoniasque adeo hic enarrari non quotidianas, sed præcipui quiddam, quod talis diei solennitas celebritasque exigebat. MUSGR.

94. ἀλλ', ὦ Φοίβου κ. τ. λ. Ion hæc ad prophetas illos dicit, quibus injunctum erat munus colligendi responsa Pythiæ. BECK.

97. ἀφυδράναμενοι. *Abluti.* Hesychius, viris doctis emendatus: ἀφυδραίνεσθαι· περιῤῥαίνεσθαι, ἀπολούεσθαι. MUSGR.

98. στόμα τ' εὔφημον. Ne quis per ignorantiam emissus sermo sacris obsit obstetve. Thomas Magister: Εὐφημῶ· οὐ μόνον τὸ ἐπαινῶ, ἀλλὰ καὶ τὸ καλὰ καὶ πρέποντα λέγω. Aristoph. Nub. 263. Εὐφημεῖν χρὴ τὸν πρεσβύτην. Schol. παρακελεύεται γὰρ αὐτὸν σιωπᾷν, καὶ εὐφημεῖν, ἵνα εὔξηται, καὶ μηδὲν βλάσφημον εἰπεῖν. Hom. Iliad. E. 171. Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε. Euripid. Iphig. Aul. 1540. Εὐφημίαν ἀνεῖπε καὶ σιγὴν στρατῷ. Latini porro *linguis favendum* ob id quoque admonebant. BROD. Vide ad Iph. A. loc. cit. Vox ἀγαθὸν criticis suspecta est. Si quid mutandum, ἁγνὸν cum Jacobsio malimus: ut infra v. 246. Sed Latinorum *bona verba* vulgatam lectionem nonnihil defendunt.

101. ἀποφαίνειν. Infinitivus pro imperativo: cujus enallages innumera apud Hesiodum exempla sunt. Adde Soph. Œd. Col. 502. MUSGR.

104. ἐσόδους. *Templi vestibulum.* Vide supra ad v. 79. Athenæus: στεφανοῦσι δὲ τὰς τῶν ἐρωμένων θύρας· ἤτοι τιμῆς χάριν, καθάπερ εἴ τινος θεοῦ, τὰ πρόθυρα στεφανοῦσιν αὐτῷ. BROD.

109. ἀμήτωρ Ἀπάτωρ τε. Vide infra ad v. 836. BARNES.

112. νεηθαλὲς προπόλευμα δάφνας. Vide Ovid. Metamorph. I. *Nondum Laurus erat*, &c. PORTUS.

116. κήπων ἐξ ἀθανάτων. Supplendum est βλαστοῦσα, vel tale aliquid. Sic Cyclop. 41. Πᾷ δή μοι γενναίων μὲν πατέρων, Γενναίων τ' ἐκ τοκάδων; confer Soph. Ajac. 191. 202. MUSGR.

120. μυρσίνας. Myrtum præ cæteris perenni hoc fonte irrigatam fuisse tradit, quod, secundum aliquos certe Veterum, copiosissima rigatione indigeret. Theophrastus Hist. Plant. II. 8. δεῖσθαι δέ φησιν Ἀνδροτίων πλείστης ὑδρείας ἐλαίαν καὶ μύῤῥινον. Confer Nostri Elect. 781. De myrti sanctitate vide porro Alcest. 172. Aristoph. Thesm. 455. Polluc. I. 27, 28. MUSGR. φόβαν. *Capillitium;* i. e. *frondes.* Ita Horat. Od. IV. 7. 1. *Diffugere nives; redeunt jam gramina campis, Arboribusque* comæ. BARNES. Similia alibi sæpe adnotavimus.

122. ἅμ' ἡλίου πτέρυγι θοῇ. Vide ad Troad. 1315.

130. κλεινὸς δ' ὁ πόνος μοι, κ. τ. λ. Sic nostræ literæ vocant Dei ministerium absolutam libertatem. Psalm. lxxxiv. 10. 148. Cui affine illud Psalm. xxvii. 4. Μίαν ᾐτησάμην παρὰ Κυρίου, ταύτην ἐκζητήσω· τοῦ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ. BARNES.

137. Vulgo τὸν δ' ὠφέλιμον. Legerim, jubente, aut favente saltem, metro, τὸ δ' ὠφέλιμον, ut constructio sit: τὸ ὠφέλιμον ἐμοὶ Φοίβου τοῦ κατὰ ναόν. Latine: *Patris nomen tribuo utilitati, quam ex Phœbo, templi incola, percipio.* MUSGR.

144. γαίας παγάν. Geminum est Nonni πόμα γαίης, Lib. III. Sophoclis ὄμβρος χθονὸς, Œd. Colon. 721. utrumque de aqua dictum, quam terræ sinus effundit. Contra, aqua marina, πόντου πηγαὶ Euripidi audit Iphig. Taur. 1008. MUSGR. Sed Vide ad Bacch. 1049.

156. ὦ Ζηνὸς Κήρυξ. *Aquilam* notat. BARNES.

159. ἐρέσσει. Sic *Remigium alarum,* Virg. Æneid. VI. 19. vide et I. 305. MUSGR. Vide ad Iph. T. 279.

162. φόρμιγξ. Non instrumentum musicum, sed vox cycni musica: *vox tua citharæ Phœbi contendens.* REISK.

164. πάραγε πτέρυγας. *Alio confer alas.* BARNES.

165. ἐπίβα. Pro ἐπίβαθι, ut ἔμβα pro ἔμβαθι, Electr. 113. Transitive usurpatur, valetque *ingredi facito.*—τᾶς Δηλιάδος. Meminit Noster Iphig. Taur. 1072. Callimachus Hymn. in Del. 261. MUSGR.

170. εὐναίας. Schol. λέγει δὲ τοὺς φωλεοὺς οἵως ἐπὶ ἐκκαρφέων γίνοντας.

171. καρφηράς. Wesselingius V. Cl. ad Diod. Sic. Vol. II. p. 103. legendum statuit καρφυρὰς, sic vocem scribente Hesychio. Mihi analogia postulare videtur καρφηλὰς, ut στήλη, θυηλὴ, ξυήλη, γαμφηλή. MUSGR.

172. ψαλμοὶ τόξων. Est ψάλλω proprie *leviter chordas et nervum tango:* sive arcus intendendi causa, sive sonitus musici excitandi. Ita Euripides Bacch. 739. Πέλτας θ' ὅσοι πάλλουσι καὶ τόξων χερὶ Ψάλλουσι νευράς. Hinc Psalmi Davidici nomen habent, quod ad chordarum pulsum canerentur. BARNES.

179. θεῶν φήμας. Deorum voluntatem hominibus patefacientes aut cantu, aut esu, aut volatu; quod vobis cum Apolline munus commune est. BROD. Competebat etiam avibus jus asyli in templis, quam in rem historiam Aristodici ex Herodoto videas. BECK.

183. Quanquam Ionis et Chori colloquium in MSS. editisque omnibus ab hoc versu incipiat, vel saltem a v. 189. certis-

simum tamen est, Ionem usque ad v. 219. auditoris tantum partes agere, quod duobus maxime argumentis conficitur. Primo utique Ion in Choro compellando non dixisset ὦ φίλαι, quod in vulgatis facit, sed ὦ ξέναι, ut in versu οὐ θέμις, ὦ ξέναι. Deinde minime necessariæ fuissent et salutatio [σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν αὐδῶ] et quæstio [οὐδ' ἂν ἐκ σέθεν ἂν πυθοίμαν αὐδὰν,] si antea sermones miscuissent.—De magnificentia Atheniensium in deorum cultu videndus præ omnibus Aristophanes Nub. 300. et seq. MUSGR.

185. Hesychius: Ἀγυιάτιδες· αἱ πρὸ τῶν θυρῶν θεραπεῖαι. haud dubie huc respiciens, ut monet Barnesius. De cultu Apollinis Ἀγυιέως videndus Aristoph. Vesp. 870. et in eum Scholiastes. MUSGR. Vide etiam Schol. ad Phœn. 631.

187. Per διδύμων προσώπων duplex ædium facies intelligenda mihi videtur; quo sensu notum est Pindari πρόσωπον τηλαυγές. Eandem vim apud Herodotum habere solet μέτωπον. Barnesius de duplici oculorum lumine nescio quid hic somniat. MUSGR. In superiore versu legendum πάρα, quod pro πάρεστι.

189. ἰδού, τάνδ' ἄθρησον. Johannes Miltonus pro τάνδε legit τόνδε, videl. Herculem, cum referri potest ad γραφὴν, *picturam*, quam nunc Choro ostendit Ion; vel ad *Hydram*, quæ est fœminini generis. Nam Λερναῖον est *Atticum* pro Λερναίαν. BARNES.

194. πανόν. Ed. Ald. πτανὸν, unde recte Piersonus [Veris. p. 3.] πανὸν, *facem*, præeunte quodammodo Barnesio, qui πυρσὸν legi voluit. MUSGR.

195. παρὰ πήναις. Interpretari posses: *de quo, dum telas conficimus, confabulari solemus.* Sed magis placet Barnesii interpretatio: *cujus historia in telis nostris depingitur:* vel, ut verti posset, *de qua telæ nostræ loquuntur.* Conf. Hecub. 469. ibique Scholiasten: Iph. Taur. 223. MUSGR.

200. ἔφεδρον. Intellige Bellerophontem, Pegaso alato insidentem. Res nota. MUSGR.

202. τρισώματον ἀλκάν. Id est, *Chimæram.* Dictum ita, ut τετρασκελὲς ὕβρισμα de Centauris, Herc. Fur. 178. MUSGR.

203. διώκω. Addatur hic locus exemplis citatis ad Herc. Fur. 1019. MUSGR.

208. ἴτυν. *Clypeum;* ut Troad. 1185. MUSGR.

210. τί γὰρ κεραυνὸν κ. τ. λ. Quæri potest de figuris, quas hic Chorus contemplatur, utrum picturæ fuerint, an vero effigies muro insculptæ. Posteriorem sententiam in exercitationibus Euripideis ante octo annos editis secutus sum; nunc magis mihi arridet altera. Qua enim arte sculptor, multa, quæ hic

commemorantur, effingeret, auream puta falcem, tædam ardentem, Chimæræ igneos halitus, coruscationem fulguris? Quæ omnia cum colores, et quidem vividissimos, desiderent, quis dubitet, de picturis hic sermonem esse, non de figuris lapideis ex muro eminentibus? Nec absurdum est credere, quod in mentem venit Tyrwhitto, porticum fuisse juxta aditum templi, in qua hæc omnia depingerentur. In muro certe templi depicta fuisse, parum verisimile est. Favet porro huic suspicioni, quod mox Ionem alloquens, τὸν παρὰ ναὸν appellet, tanquam oculos prius non in templo contemplando, sed in alio aliquo spectaculo, occupatos habuisset. Sed neque illud omittendum est, Athenienses circa initium belli Peloponnesiaci, devictis a Phormione Lacedæmoniis, quod accidit Olympiad. LXXXVII. anno quarto, novam Porticum Delphis dedicasse. Pausan. p. 327. 17. Ed. Sylburg. collat. cum Diod. Sic. XII. 48. Eam igitur Porticum quidni Euripides per prolepsin depinxerit? Similis certe prolepsis in hac ipsa fabula habetur, v. 1159, 60. Musgr.

220. οὐ θέμις. Quod hic simpliciter negare videtur Ion, mox concedit iis, qui hostiam prius ante templum immolarunt, et Phœbum aliquid interrogare cupiunt; i. e. corrigit se, diserteque explicat, quod nimis præcise antea dixerat. Facile hoc conciliatur; sed quomodo Euripidem cum Plutarcho conciliabimus, qui tradit, Op. Mor. p. 685. nemini mulieri ad oraculum (χρηστήριον) accedere licuisse? Distinguendum mihi videtur inter χρηστήριον et ναόν. Posteriori voce templum universum significari puto; priori adytum, sive septum illud, ubi edita sunt vaticinia. Favet locus in Andromacha insignis v. 1088. ἔρχεται δ' ἀνακτόρων Κρηπῖδος ἐντὸς, ὡς πάρος χρηστηρίων Εὔξαιτο Φοίβῳ. *Venit* INTRA *limen templi, ut* ANTE χρηστήρια *precibus Phœbum supplicaret.* Legem igitur templi Delphici hanc fuisse conjicio, ut fœminæ χρηστήριον, sive septum illud interius, ubi oracula redderentur, nunquam intrarent; templum vero ipsum, vel (ut Lucanus vocat, V. 146.) primam templorum partem, et fœminis et maribus, qui hostias immolassent, patuisse; extra templum substitisse, qui hoc aut paupertate coacti, aut alia de causa, omisissent. Musgr.

223. ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν κ. τ. λ. Jupiter, aliquando medium Orbis volens designare, duas pari celeritate aquilas emisit, unam ab ortu, alteram ab occasu, quæ circa Delphos eodem tempore convenerunt; unde hic loci Orbis terrarum medium esse constabat. In cujus rei memoriam duæ aquilæ aureæ in Apollinis templo statuebantur. Hinc illud Clau-

diani: *Jupiter, ut perhibent, spatium cum discere vellet Naturæ, regni nescius ipse sui, Armigeros utrinque duos æqualibus alis Misit ab Eois occiduisque plagis: Parnassus geminos fertur junxisse volatus; Contulit alternas Pythius axis aves.* Vide eandem historiam apud Pindar. Pyth. Od. IV. Strabon. IX. p. 419. et Scholiasten Euripid. in Orest. 321. Ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοὶ γᾶς. Hinc apud poëtas sæpissime Delphos umbilicum terræ dictos reperias, ut Euripid. etiam Orest. 580. Med. 663. Iphig. T. 1223. et infra vv. 465. 909. Item supra v. 5. BARNES.

225. Vulgo ἐνδυτός. Legendum potius ἐνδυτόν. Non enim templum ipsum spectabat quæstio, sed terræ umbilicum, quo nomine lapidem quendam album, Pausania teste, vocabant, p. 331, 27. Satis credibile est, hunc, ut alias res sacras, sertis ornatum fuisse multitudinis arcendæ causa: quemadmodum de fonte quodam sacro apud Dionys. Halicarn. legimus: περιείρξαντες κύκλῳ στέμμασι, τοῦ μηδένα τοῖς νάμασι πελάζειν, p. 12, 33. Ed. Hudson. Et hinc forte Sophocles ἄθικτον ὀμφαλὸν vocat Œd. Tyr. 916. MUSGR.

227. ἐθύσατε. Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἐδύσατε. MS. E. ἐλύσατε. Sed verum esse ἐθύσατε ostendit ἀθύτων πελάνων, Hippol. 146. θῦσαι θέλουσα πέλανον, Æschyl. Pers. 204. Ipsa vox πέλανος quid hic significet, major dubitatio est. Placentæ genus esse disertis verbis testantur Pollux, VI. 76. et Pausanias, p. 237, 16. Nec aliter Hesychius. Abutitur tamen voce Euripides ad sanguinem victimæ, vel etiam sanguinem simpliciter, significandum: vide Alcest. 868. Iphig. Taur. 290. Rhes. 427. Unde suspicor, eadem potestate hic adhibitam esse; quodque sequitur ἐπὶ ἀσφάκτοις μήλοισι interpretamenti loco a poëta adjectum esse: θυμέλας autem idem plane valere, quod δόμων μυχόν. Non ignoro, postremum hoc interpreti *penetralia templi* significare; cui interpretationi adstipulatur et Hesychius. Mihi tamen μυχὸς δόμων valet, quicquid intra πρόπυλον, sive πρόδομον, est. Sic enim μυχὸν Homerus προδόμῳ opponit; Iliad. Ω. 675. Odyss. Γ. 402. Δ. 304. H. 346. Alibique ἐς μυχὸν, vel κατὰ μυχὸν θαλάμου, valet simpliciter *intra thalamum,* ut Odyss. Π. 285. X. 180. Hoc certe in loco si μυχὸν δόμων de penetralibus templi Delphici, sive χρηστηρίῳ, intelligas, pugnabit Euripides cum Plutarcho, qui omnem ad penetralia accessum fœminis interdictum fuisse perhibet. Vide loc. citat. ad v. 216. MUSGR.

237. Παλλάδος ἔνοικα. Subaud. ἐστι. *Minervæ palatia sunt domus altrices dominæ meæ;* i. e. Creusæ.

239. παροῦσαι δ' ἀμφὶ κ. τ. λ. *De hac, quæ nunc adest, sciscitaris.* Hæc procul dubio a Choro famularum Atheniensium, superveniente domina, dici intelligenda sunt. HEATH.

240. γενναιότης σοι. Mirum, ni scripserit auctor: γενναία τοι σύ. MUSGR. Nisi ad γενναιότης suppleas ἔστι.

242. γνοίη δ' ἂν κ. τ. λ. Græci Φυσιογνώμονας vocant, qui ingenia hominum et sensus reliquaque ex adspectu et oris lineamentis judicant. Hinc Virg. Æn. IV. 11. *Quem sese ore ferens,* &c. Vide Cœl. Rhodigin. Lect. Antiq. VI. 1. BARNES.

256. Vulgo ἀνήσομεν. Legendum haud dubie ἀνοίσομεν, *quo referemus?* i. e. quod principium Justitiæ faciemus? Chrysippus ap. Plutarch. Op. Mor. δεῖ τούτοις συνάψαι τὸν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν λόγον, οὐκ οὔσης ἄλλης ἀρχῆς αὐτῶν ἀμείνονος, οὐδὲ ἀναφορᾶς, p. 1902. Ed. Steph. MUSGR.

258. ἀνερεύνητα. Id est, ἀνερευνήτως.

259. μεθῆκα τόξα. *Arcum e manibus deposui.* Male interpres *remisi.* Hesychius: μεθεῖναι, ἀφεῖναι, ἐᾶσαι. De metaphora vide ad Troad. 448. MUSGR.

267. Videtur constructio esse: τοσαῦτα, καί οὐ πέρα, ὦ ξένε, εὐτυχοῦμεν. Nisi malis: τοσαῦτά γ' εὐτυχοῦμεν. MUSGR.

269. ἐκμαθεῖν θέλω. *Pernoscere cupio.* Plus valet, quam simplex μαθεῖν. MUSGR.

270. ἐκ γῆς πατρός σου κ. τ. λ. De historia Erichthonii videndus Apollod. Bibl. III. 13. 6. Genealogia sic se habet: Erichthonius Pandionem genuit, Pandion Erechtheum, Erechtheus Creusam. MUSGR.

273. εἰς παρθένους γε χεῖρας. Connectendum cum verbo, quod præcessit, ἐξανείλετο. *Sustulit in virgineas suas manus.* Male Barnesius interpretatur de manibus filiarum Cecropis. Nondum enim eo pervenit oratio. De Erichthonii natalibus hæc fere tradit Apollodorus: Vulcanum quondam, libidine inflammatum, Palladi vim intulisse, sed cum ea, utpote fortiter reluctante, potiri non posset, semen venereum effudisse, ex quo in terram absterso natus est Erichthonius. Hunc Pallas, e terra susceptum, Cecropis filiabus educandum dedit. Non igitur otiosum est εἰς παρθένους χεῖρας, aut, quod sequitur, οὐ τεκοῦσά νιν. His enim verbis cavet poëta, ne quis Erichthonium e dea natum, ipsamve constupratam putaret. Nonnus Lib. XIII. Παρθενίῳ πήχυνεν ἀήθεϊ κοῦρον ἀγοστῷ Ἡφαιστηϊάδην. MUSGR.

274. δίδωσι δ', κ. τ. λ. Hic fere sensus est, ut Ion quærat, *an Minerva Erichthonium ita cistæ inclusum serpentibusque circumdatum, eo denique habitu puellis tradiderit, quo in pictis*

tabulis conspiceretur? Rem ipsam disertius exposuit Euripides in hujus Tragœdiæ prologo, v. 21. In Ionis vero verbis, recte monuit Musgravius novissimum vocabulum, quo sensu hoc loco sit positum, non apparere. Putabat ille Euripidem scripsisse ῥυθμίζεται; quo verbo ego quoque poëtæ mentem optime declarari existimo. Minori autem literarum diversitate, quamvis eodem sensu, corrigendum puto στολίζεται. Bis eodem vocabulo translata significatione usus est Euripides; Suppl. 661. Iphig. Aul. 247. Vide Arnaldum in Animadverss. p. 22. JACOBS.

277. σκόπελον πέτρας. Non defendam ex v. 715. utpote mendoso. Satis forte erit dixisse, σκόπελον a σκέπτομαι derivatum esse, idemque valere, quod σκοπιὰν, i. e. *speculam.* Alioqui non displicet πατρός: vide vv. 937. 1399. De historia convenit Euripidi cum Pausania, p. 16, 5. ut et Hygino Astron. Poët. II. 13. Ab Ovidio aliter narratur. MUSGR.

278. Legendum τί δὴ τόδ'; vide ad Med. 1001.

279. οὐ κάμνω σχολῇ. Heath. reddit: *Otio non destituor.* BECK.

280. ἔθυσε. Historiam plene enarrant Suidas v. Παρθένοι. Hyginus Fab. 46. Meminere etiam Demosthenes in Epitaphio, Cicero pro P. Sextio, c. 21. et alii plures. MUSGR.

284. πατέρα δ' ἀληθῶς κ. τ. λ. Eumolpum, Neptuni et Chiones filium, prœlio sustulerat Erechtheus, unde pœnas postea a Neptuno luit terræ motu oppressus. Apollodor. III. 14. 4. MUSGR.

286. Μακραὶ δὲ χῶρός κ. τ. λ. De hoc loco vide supra ad v. 13. BARNES.

288. ἀστραπαὶ Πύθιαι. De radiis solaribus interpretatur Heathius; de fulguribus, quæ arcus Apollineus, Deo veniente, emittit, Musgravius. Hinc Claudian. in Stilichon. III. 60. *Venturi quoties effulget Apollinis arcus.* In sequente versu τιμᾷ vulgo contra metrum reduplicatur. Locum bene restituit Matthiæ.

291. ξύνοιδ' ἄντροισιν κ. τ. λ. His verbis, utpote seorsim dictis, nihil respondet Ion.

299. Κεκροπίδαις. Athenienses a primo suo rege, Ægyptio Cecrope, Κεκροπίδαι dicti sunt, ut et Ἐρεχθεῖδαι a sexto rege, Erechtheo, denique Θησεῖδαι a Theseo, et Κοδρίδαι a Codro, qui fere præcipue inter illorum reges eminebant. Vide Stephanum περὶ πόλεων, in voce Ἀθῆναι. BARNES.

303. ἐνστρέφει. Vox Lexicis et grammaticis fere ignota, nec temere tamen movenda. Aristides: Σύρων καὶ Κιλίκων ἐνστρο-

φαὶ, Vol. I. p. 239. Ed. Jebb. Hesychius: ἐνστρωφᾶσθαι· ἐνστρέφεσθαι. Pro σηκοὺς Barnesius σηκοῖς, quod cur alteri anteponeret, nulla ratio erat. De antro Trophonii consulendus inprimis Pausan. p. 313, 9. Adde et Philostr. Vit. Apoll. VIII. BECK. Subauditur εἰς, ut in priore versu, et sæpius post verba significantia motum ad locum.

305. κείνου τε Φοίβου θ' κ. τ. λ. Prudentiores homines, ne forte sacerdotum dolis caperentur, non unum modo, sed duo simul, aut plura oracula consulebant; ut veritatem a pluribus confirmatam haberent, aut ex multorum discrepantia falsa evincerent singula. Ita Crœsus apud Herodotum, tentatis non paucis, Delphicum prætulit. Demosthenes tamen et hoc oraculum Φιλιππίζειν dixit; et exemplum habemus sacerdotis et ipsius oraculi donariis corrupti apud Herod. V. 63. de Pisistratidis. De Trophonii autem specu hoc quoque notandum, fuisse ibidem fontem unum, qui diceretur Λήθη, cujus aquam haurirent descensuri, ut omnium, quæ ante vidissent, obliviscerentur; item alium, qui Μνημοσύνη vocabatur; ut, hausta inde aqua, omnium recordarentur, quæ visuri erant. Vide Cœl. Rhodigin. XX. 10. ad finem. BARNES.

322. Legendum ἡ δ' ἔθρεψέ με. Abrumpitur hic sermo, deinde v. 324. post Creusæ responsum absolvitur. *At matris loco habemus Phœbi sacerdotem, quæ me aluit.* Male vulgo ἥδ' ἔθρεψέ με. *Hæc me aluit.* MUSGR.

334. Vulgo ξυλλάβῃ.

340. ἡ θεός. Id est, Αἰδὼς, cujus aram Athenis fuisse tradit Pausanias, p. 15. 12. MUSGR.

344. οὐκ ἔστιν· ἀνδρὸς κ. τ. λ. Sic vulgo corrupte legitur. Fortasse legendum: Οὐκ ἐστ'· ὁ γὰρ θεὸς ἀδικίαν αἰσχύνεται. *Non est ut ais. Deus enim ab injuria purus.* Hoc est quod Plato ait in Theæteto: Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος, καὶ οὐκ ἐστὶν ὁμοιότερον οὐδὲν, ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος. JACOBS.

345. ὅ φησιν αὐτή· κ. τ. λ. Ita exponit Heath.: *Quod dicit ipsa,* (scilicet hoc est) *et miserabilia etiam passa est.* BECK.

346. τί χρῆμα δράσασ'. Interpretor, quasi esset παθοῦσα. *Quomodo fieri potest, ut calamitosa perpessa sit, siquidem cum Deo concubuit?* πράττω pro πάσχω est apud Nostrum Hecub. 1000. (ubi vide Scholiast.) Iphig. Taur. 651. MUSGR.

351. θηρᾶς σφε τὸν δύστηνον ἐλπίζει κτανεῖν. Hic ἐλπίζω simpliciter pro νομίζω et προσδοκῶ, ut Mosch. Idyll. IV. 54. πάντων γὰρ οἰζυρώτατα τέκνα Γείνασθαί σε θεῷ τε καὶ ἀνέρι θνητῷ ἔολπα. Sic Hesiod. Op. D. 271. Ἀλλὰ τά γ' οὔπω ἔολπα τελεῖν

Δία τερπικέραυνον. Moschopulus: ἐλπίζω, ἀντὶ τοῦ νομίζω. BARNES.

357. σοὶ ταὐτὸν ἥβης, εἴπερ ἦν, εἶχ' ἂν μέτρον. Hunc locum videtur Virgilius respicere Æn. III. 490. *Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.* Ἥβης μέτρον, *pubertatis flos.* Hesiod. Op. D. 131. Ἀλλ' ὅταν ἡβήσειε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο. Theogn. 1115. Ἥβης μέτρον ἔχοιμι. Homerus Iliad. Λ. 225. Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον. Eustath. Δῆλον δὲ καὶ ὅτι τὸν ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον, περίφρασίς ἐστι τοῦ ἡβῆσαι. BARNES.

374. Harpocration: θεμιστεύειν, ἀντὶ τοῦ χρησμῳδεῖν. MUSGR.

382. Vulgo ἄκοντα. H. Steph. ἀνόνητα. Optime Matthiæ οὐκ ὄντα, *non vera.*

389. σύ γ' οὐκ ἔσωσας κ. τ. λ. Hic versus πολύσιγμος est, ut Med. 473. Iphigen. Taur. 748. 767. BARNES.

393. Vulgo ἀλλ' ἐᾶν χρὴ τάδ'. Emendo levi mutatione ἄλλως ἐᾶν χρὴ τἄδικ'. *Injusta penitus negligere oportet.* ἄλλως ἐᾶν, ut εἰκῆ ἐᾶν, Electr. 377. τἄδικ' de vi Creusæ illata nemo, quin recte dicatur, dubitet. Vide v. 375. Quin et de furtivo concubitu dicitur, supra vv. 328. 344. MUSGR. Paullo melius Matthiæ ἀλλ' οὖν.

397. θαλάμας. Vide ad Phœn. 931.

399. διακονοῦσα. Secundam producit, ut Cycl. 31. MUSGR.

407. Reiskius verba ἀφίκου εἰς μέριμναν interrogative accipit, et idem significare censet ac ἐπέτυχες τοῦ σκοποῦ, *consecutusne es ea, quæ volebas;* intellexistine, quorum causa veneras sciscitatum? Heathius autem interpretatur ea sic: *Sed meditationi cuidam meæ supervenisti.* BECK.

408. ἐκ Τροφωνίου. Scil. ναοῦ, vel χρηστηρίου. Latini quoque ædes, cum ellipsi Jovis, Apollinis, &c. dicunt. Terentius: *ubi ad Dianæ veneris.* Cicero pro Cluentio: *sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Juturnæ.* BROD.

409. Vulgo συγκαθήσεται. Legendum, ni fallor, συγκραθήσεται, *simul donabitur;* vel *effectum reddetur.* Conf. v. 467. MUSGR.

414. Hunc et sequentem versum consulto, ni fallor, ambiguos fecit poëta, ut alio sensu a Creusa dicerentur, alium vero audientium animis offerrent. Sic cum νῷν dicit, seipsum et Xuthum intelligit, cum παῖδα τὸν σόν, filium quendam Xuthi. Sed hæc ambo longe diverso sensu accipi possent, præsertim si sic interpungas: ἅ τε νῷν συμβόλαια πρόσθεν ἦν ἐς παῖδα τὸν σόν, μεταπέσοι βελτίονα. Secundum hoc, vox νῷν Creusam et Latonam complectitur, ad Phœbum vero, non ad Xuthi filium, pertinet παῖδα τὸν σόν. Hujusmodi ambiguitas audientium auri-

bus, velut κληδὼν, i. e. omen futuri, accidebat. In ἀμφιβολίαις enim sita erat ominum divinatio. Vide Cic. de Div. I. 45, 46. MUSGR. ✱

422. χρηστήριον πέπτωκε. Tempus appetit, quo Pythia advenis respondeat. Neque enim semper responsa dabat, neque diebus nefastis. Quare poëta mox ait: βουλόμεσθ' ἐν ἡμέρᾳ κ. τ. λ. Hinc Plutarch. in Alexandro: Βουλόμενος δὲ τῷ θεῷ χρήσασθαι περὶ τῆς στρατείας, ἦλθεν εἰς Δελφοὺς, καὶ κατὰ τύχην ἡμερῶν ἀποφράδων οὐσῶν, ἐν αἷς οὐ νενόμισται θεμιστεύειν. BARNES. De Pythia quædam habent Aristid. III. p. 20. Lucian. Hermotimo. MUSGR.

423. κοινὸν πρὸ ναοῦ. *Commune ante templum.* Docuimus supra ad v. 91. Pythiam semel tantum in mense oracula edidisse etiam iis, qui, hostia immolata, facultatem templum ingrediendi adepti essent. Hic majus aliquid advenis conceditur, ut ante templum stantes, adeoque hostiam nullam mactantes, Deum per interpretes (vide vv. 372. 416.) consulerent. Jam quod majus erat, etiam rarius fuisse credibile est, ut, si semel tantum in mense divitibus oraculum responderit, pronum sit suspicari, non sæpius, quam semel in anno, pauperibus respondisse. Eum diem (sive plures uno fuerint) sorte designatum fuisse indicat vox πέπτωκε. Merito autem, imo peculiari jure, αἰσία a Xutho vocatur, v. 424. siquidem inter reliquos dies oraculares tam insigniter eminebat. MUSGR.

425. δαφνηφόρους χλῶνας. Intellige non serta capiti circumdata, sed ramulos, quos manu gestabant, qui vel Deos, vel homines, supplicandi causa adibant. Ἱκτηρίους κλάδους vocat Sophocles Œd. Tyr. 3. Confer Virg. Æneid. XI. 101. ibique Ruæum. BARNES. Vide ad Supp. 10.

426. εὔχου θεοῖς. *Deos venerare;* non Apollinem sc. sed reliquos, quotquot alibi per urbem Delphicam colebantur. Paret huic mandato Creusa, nec prius ad templum revertitur, quam Xuthus, Ione comitante, ad sacra facienda discessit. Quo artificio cavet poëta, ne Creusæ odium in Ionem Xutho ante tempus innotescat. MUSGR.

437. Vulgo προσήκει τ' οὖδας. Propius vero est προσῆκέ μ' οὐδὲν, ut citat Justinus in libro περὶ μοναρχίας. Legendum videtur: προσήκοντ' οὐδέν; *At cur ego Erechthei filiam curo, nulla necessitudine conjunctus?* MUSGR. Par ad sensum, rectius ad versum, quod reposuit Matthiæ.

442. ἀμελεῖ. *Negligit.* Hoc verbum, cum accusativo, offendisse interpretes videtur. Sic tamen Herodot. ταύτην μὲν τὴν ὁδὸν ἠμέλησε, p. 498. Ed. Steph. Plutarchus in Demosthene:

✱ Heath. locum ita intellexit: Quæque commercia nobis prius (cum Trophonio scil.) fuerint, in filium tuum (Apollinem) transferantur successu meliori.

τὰ δὲ ἀμελησάντων, p. 1553. Ed. Steph. Idem Op. Mor. ἀμελεῖν οὐδὲν, p. 608. Musgr.

456. Ed. Ald. Εἰλείθυιάν τε ἐμάν. Barnesius pro τε emendabat καὶ, quod sensum percommodum efficit, nec cuiquam forte displiceret, nisi ex Suida et Eustathio constaret, Euripidem alicubi τὴν ἄτοκον, *eam, quæ prolis expers esset,* ἀνειλείθυιαν dixisse. Id autem ad hunc locum pertinere, probabiliter sane colligunt Viri docti ex Hesychio, cujus glossa est: ἀν' εἰλείθυιαν· ἀνὰ τόκον. Εὐριπίδης Ἴωνι. Ergo, nisi error sit Veterum Criticorum, reponendum et hic ἀνειλείθυιαν. Musgr.

458. Προμηθεῖ Τιτᾶνι. Male Barnesius de Vulcano interpretatur. Vide Apollodor. I. 3. 6. Hemsterhusium ad Lucian. Dial. Deor. VIII. Τιτὰν Προμηθεὺς exstat et in Phœn. 1122. Musgr.

460. Νίκα. Colebatur a Græcis Minerva quædam, Victoria dicta. Pausan. p. 40. καὶ ἕτερον ἐνταῦθα ἱερὸν Ἀθήνας πεποίηται, καλουμένης Νίκης. Vide infra v. 1529. Soph. Philoct. 134. Musgr.

465. μεσόμφαλος ἑστία. De Delphis, umbilico orbis, vide supra ad v. 223. Barnes.

466. Vulgo παραχορευομένῳ, una voce. Heath. dividit vocabulum ita: παρὰ χορευομένῳ τρίποδι. Beck. Verte: *Ad quem Chori mittuntur.* De more Choros ad templa longinqua mittendi vide Callimach. in Delum, v. 279. ibique Spanhemium. Sophocles: οὐκέτι τὸν ἄθικτον εἶμι Γᾶς ἐπ' ὀμφαλόν. Œd. Tyr. 916. Musgr.

475. ὑπερβαλλούσας γὰρ ἔχει κ. τ. λ. Heathius structuram verborum instituit hanc: Οἷς ἂν νεάνιδες ἧβαι καρποτρόφοι τέκνων λάμπωσιν ἐν θαλάμοις πατρίοισι, τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἔχει ἀκίνητον ἀφορμὰν ὑπερβαλλούσης εὐδαιμονίας θνατοῖς. *Quibuscunque enim florida juventus, frugibus nutrita, splendet in thalamis paternis, ea res fundamentum præbet stabile eximiæ felicitatis mortalibus.* Beck.

482. ὡς ἕξοντες. Ad νεανίαι referendum est, quod in νεανίδες ἧβαι latet.

484. ἀλκά τε γὰρ ἐν κακοῖς κ. τ. λ. Huc refer illud Psalm. cxxvii. 5. de multorum liberorum parentibus: Μακάριος, ὃς πληρώσει τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ ἐξ αὐτῶν. Οὐ καταισχυνθήσονται, ὅταν λαλῶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν ἐν πύλαις. Euripides igitur mares liberos columnas familiæ vocat, Iph. T. 57. Στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες. Et Cicero *pro Cluentio* filium vocat *spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum reipublicæ civem.* Barnes.

491. τὸν ἄπαιδα δ' ἀποστυγῶ βίον. Huc refer illud Posidippi: Πήρωσις, ἄπαις βίος. BARNES.

495. ὦ Πανὸς θακήματα. Ad Macras respicit, ubi Panis spelunca, adytum et ara. Vide infra v. 938. et supra v. 8. Quin rupes, et montium culmina, atque antra, fere Pani sacra semper habita. Hinc illud Antholog. II. Πανὶ φιλοσπήλυγγι καὶ οὐρεοφοιτάσι Νύμφαις. Hinc κρημνοβάτης, παρωρείτης, et πετροβάτης, βουνίτης, &c. Panis epitheta passim leguntur. Quin et Oppianus Halieut. II. Κωρύκιον illum vocat, ab antro Corycio in monte Parnassi, in quo simul cum Baccho et Nymphis colebatur. Hinc Pausanias Phocic. p. 349, 30. de antro Corycio loquens: Ἱερὸν δ' αὐτὸ οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν Κωρυκίων τε εἶναι Νυμφῶν καὶ Πανὸς μάλιστα ἥγηνται. De Corycio antro vide ad Bacch. 523. BARNES. De Panis Sacello sub Acropoli vide Herodot. VI. 105. Pausan. p. 26, 36. Ed. Sylb. Aristoph. Lysistrat. 726. Lucian. Bis Accusat. MUSGR.

497. Vulgo μυχοὶ δαισί. Pro quo monstro, sive monstris, legendum credo μυχώδεσι. Qua scilicet analogia a κρημνὸς fit κρημνώδης, a μῦθος μυθώδης, a ψάμμος ψαμμώδης, eadem a μυχὸς derivetur μυχώδης, *cavernosus*. Quod sane epithetum ταῖς Μακραῖς optime convenire ex plurimis hujus tragœdiæ locis constat. TYRWHITT. Propius a vulgata abest quod Matthiæ dedit, μυχάταισι. Callim. H. in Dian. v. 68. δώματος ἐκ μυχάτοιο.

498. Non me fugit, στείβειν χορὸν exemplis non valde dissimilibus defendi posse, ut Homeri (ne alios nominem) Odyss. Θ. 264. πεπληγὸν δὲ χορὸν θεῖον ποσίν. Sit autem legitimum χοροὺς στείβειν; non tamen sequitur, στάδια ad χοροὺς per appositionem referri posse. Non invenuste emendaveris χοροῦ, ut constructio sit: χοροῦ στάδια χλοερὰ, *virens Chori stadium*. Sic στάδιον μάχης, Herodian. III. 12. MUSGR. Ad στάδια Barnesius subintelligit κατά.

499. Lege Ἀγραύλου. Male MSS. Steph. ἄγραυλοι. De Agraulo, Cecropis uxore, vide supra ad v. 23. Aglauros, filia ejus, ἱρὸν habuit sub Acropoli, teste Herodoto, VIII. 53. ubi situm loci accurate depingit: τέμενος vocat Pausanias, p. 16, 5. ut intelligas, aream circa templum fuisse. Per Pandroson jurabant Atticæ mulieres, (Lysistrat. 440.) unde liquet, et eam quoque divinis honoribus cultam fuisse. Idem de Hersa constat ex Suida, v. Ἀῤῥηφορία, cui et reliqui grammatici consentiunt. De Aglauro rursus vide Hesychium, v. Πλυντήρια. Quod

hic traditur de Cecropis filiabus choreas post mortem agentibus, comparari potest cum fabula Protesilai, quem aiunt post fata in Chersoneso Thracica cursu sese exercuisse: Philostrat. p. 634. D. Ed. Morell. Strabo, p. 595. D. Ed. Par. Videnda etiam, quæ de Achillis δρόμῳ habent Geographi, quibus adde Tzetz. ad Lycophr. v. 192. MUSGR.

502. Post ἰαχᾶς comma ponit Reiskius et mox legit ὑμνῶν, quod refert ad Panem; αὐλείοις autem conjungit cum ἄντροις. Heathius præfert ὕμνον, quod a συρίζῃς pendeat. BECK. Occurrit etiam αὔλιον ἄντρον in Apoll. Rhod. II. 912.

509. ὕβριν. *Contumeliam.* Sic vocat puerum per vim et contumeliam genitum, pari licentia, ac Eubulus partum clandestinum παρθένου ἀνάσυρμα dixit apud Polluc. III. 21. MUSGR. οὔτ' ἐπὶ κερκίσιν, οὔτ' ἐπὶ λόγοις. Non in picturis, ubi historiæ effinguntur, observavi, neque fando audivi, deorum filios solida felicitate frui; nam et Hercules et Theseus, et Castor et Pollux, multis laboribus exercitati, misere tandem periere. Κερκὶς autem, *radius textorius,* pro ipso opere texto ponitur. BARNES.

525. ῥυσιάζω. Proprie: *bona alicujus tanquam ῥύσιον,* i. e. pignus, *vi abduco.* Homerus Iliad. Λ. 673. ῥύσι' ἐλαυνόμενος· ὁ δ' ἀμύνων ᾗσι βόεσσιν. Hinc et debitor, cum propter debitum in carcerem rapitur, ῥυσιάζεσθαι dicitur; Plutarch. in Coriolan. p. 392. Ed. Steph. Postremo transfertur ad omnia, quæ vi rapiuntur, licet non obsidum aut pignorum loco: Æschyl. Suppl. 430. Hic interpretor: *non quidem te vi, ut servum, abripio, sed, quod carissimum mihi est, invenio.* MUSGR.

534. μαρτυρεῖς σαυτῷ. D. Johan. viii. 13. Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. BARNES.

547. τοῦ νέου. *Juventutis.* Recte comparat Barnesius Androm. 184. MUSGR.

549. συντρέχει. Mallem ita legere, quam συντρέχεις, quod et MS. habere dicit Henr. Stephanus: πρᾶγμα autem intelligitur. BARNES.

551. ἀπαιολᾷ. Mœris Atticista: ἀπαιολᾷ, Ἀττικῶς· ἀποπλανᾷ, Ἑλληνικῶς. ubi ἀπαιολᾷ, an ἀπαιολεῖ, scribendum sit, in medio relinquit Piersonus. [p. 47.] Pro ἀπαιολᾷ tamen stant Hesychius, Erotianus, Galenus, Hippocrates. MUSGR.

552. φανάς. Hesychius: φανάς· τὰς ἐλλάμψεις. vel hunc locum respiciens, vel Rhes. 940. Rationem, cur sic vocentur Bacchi orgia, docet Tzetzes ad Lycophron. v. 212. φαυστήριος δὲ λέγεται, ἀπὸ τοῦ διὰ φανῶν καὶ λαμπάδων ἐπιτελεῖσθαι τὰ τούτου

μυστήρια. Confer Aristoph. Nub. 603. ibique Scholiasten. Soph. Antigon. 1139. Altero quoque anno hæc orgia celebrata fuisse tradit Pausanias, p. 139, 17. Ed. Sylb. Musgr.

554. ἐθιάσευσ'. Exstat verbum θιασεύω, Bacch. 75. Musgr. De Mænadibus vide ad Bacch. 52. et alibi.

555. κάτοινον. Ed. Ald. κάτοικον. Frustra H. Stephano suspecta fuit vox κάτοινος, quæ exstat apud Plutarch. Pelopid. p. 514. Ed. Steph. ut et Diod. Sic. p. 350. Ed. Wess. Musgr.

556. τοῦτο. Subaud. κατά.

561. Διὸς παιδός. Xuthi sc. qui Jovis ex Æolo nepos erat. Vide supra v. 63. Nec aliter Barnesius. Musgr.

574. Constructio est: Εἰς ὃ δὲ ἧξας ὀρθῶς, εἰς τοῦτο καὶ πόθος ἔχει ἐμέ. Beck.

591. αὐτόχθονας. Vide Meurs. de Athen. Fortit. I. 1. et quæ nos supra ad v. 29. Barnes.

596. ὁ μηδὲν κ. τ. λ. Ita fere ex emendatione Scaligeri versum restituit Matthiæ. Vulgo μηδὲν καὶ οὐδὲν ὢν κεκλ. deficiente metro. Aliorum conjecturas prætermittimus.

598. ζητῶ τις εἶναι. *Aliquis esse, primas obtinere.* Ita Demosthenes: Πλούσιοι πολλοὶ συνεστηκότες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ δοκεῖν τινες εἶναι δι' εὐπορίαν προσειληφότες. Cicero ad Atticum: *fac, ut omnia ad me perscribas, meque (ut facis) velis esse aliquem.* Hæc Brodæus; quibus addo illud Act. viii. 9. Ἀνὴρ δέ τις, ὀνόματι Σίμων, προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας, λέγων, εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν. Barnes.

605. φρουρήσομαι. *Observabor, custodiar.* Plato Alcibiad. II. ὑπὸ συκοφαντῶν πολιορκούμενοι πολιορκίαν οὐδὲν ἧττω τῆς ὑπὸ τῶν πολεμίων διετέλεσαν, p. 454. Ed. Ficin. Musgr.

622. ἀπαιδίαν νοσεῖν. Quia dicimus νόσον νοσεῖν, etiam alius accusativus poni potest, per appositionem, vel alias a priori gubernatus, ut νόσον νοσεῖν, Ἀπαιδίαν δηλονότι; atque ita ἀπαιδίαν νοσεῖν, subaudito νόσον. De hoc accusativo suorum verborum vide ad Iphigen. Aul. 1169. Distinguitur autem ἀπαιδία, *orbitas*, et ἀπαίδεια, idem quod ἀπαιδευσία, *ignorantia:* sic παιδία, παιδιὰ et παιδεία. Prior vox *pueritiam*, secunda *lusum*, tertia *doctrinam* sonat. Barnes.

623. τυραννίδος δὲ κ. τ. λ. Cf. Hippol. 1011. et locis ibi citatis adde Senec. Œd. 6. *Quisquamne regno gaudet? O fallax bonum! Quantum malorum fronte quam blanda tegit!*

629. ὦ τοὺς πονηροὺς ἡδονὴ φίλους ἔχειν. Aristoteles in Politicis ait: τὴν Τυραννίδα πονηρόφιλόν τι εἶναι. Similis locus in Suppl. in oratione Thesei ad præconem Thebanum, v. 429. et deinceps. Stiblinus.

639. εἴκειν ὁδȣ̃. Conferendus sermo Charmidis apud Xenophontem in Convivio, in quo dicit, sibi, ad paupertatem redacto, ὑπανίστανται ἤδη θάκων, καὶ ὁδῶν ἐξίστανται οἱ πλούσιοι. Id scilicet jubebat sycophantiarum metus. Musgr.

640. λόγοισιν ἐν βροτῶν. *In hominum colloquio.* Hæc emendatio partim ex Musgravii conjectura effluxit. Vulgo legitur ἢ γόοισιν, ἢ βροτῶν, quod nihili est.

650. οὓς ἐγὼ φιλῶ κ. τ. λ. Chorus famularum Creusæ, qui semper illius partibus favere introducitur, videtur hic Xutho et Ioni bene velle, at revera dominæ suæ metuens, hæc ait, cui, ut hæc res sit grata futura, secum dubitat. Usitatum autem est iis, qui tecte et ænigmatice loquuntur, vel seipsos, vel alium aliquem, singularem personam plurali numero designare. Vide infra vv. 751. 877. 1056. Barnes.

655. γενέθλια. De natalibus conviviis, vide infra ad v. 804. Barnes.

663. Ἴωνα. Vide ad Bacch. 481.

665. ἀλλὰ τῶν φίλων κ. τ. λ. Mos erat apud Veteres, ut, qui peregre profecturi essent, vino et conviviis amicos suos exciperent, sacrificiis autem Deos colerent: aliquando etiam, ut domi manentes, præsertim si digniores paulo essent, profecturos mensa et poculis honorarent, boni ominis gratia. Quin et peregre profectos, et post diutinam absentiam redeuntes, amici, aut parentes et cognati, laute illos excipere solebant. Barnes.

673. ἐκ τῶν Ἀθηνῶν κ. τ. λ. En! iterum pium poëtæ artificium, qua omnem suas Athenas ornandi occasionem arripit; et hoc tamen non sine causa valde probabili; Athenis enim victurus Atheniensem mulierem sibi matrem potius optat, ut sic saltem ex materna parte esset indigena et γνήσιος Ἀττικός. Hoc autem pulchrum præterea est προπαρασκεύασμα, ad futuram περιπέτειαν explicandam; quando nempe apparet, Ionis matrem non Atheniensem modo esse, sed Erechthidarum nobilissimam. Barnes.

687. οὐ γάρ με σαίνει κ. τ. λ. De oraculorum fraudibus vide supra ad v. 305. Barnes.

691. ἄτοπος. Ad Phœbum refero. Musgr.

692. τῳδί. Potest esse pro τῷδε, ut Suppl. 165. Herc. Fur. 653. Musgr.

693. ἔχει δόλον τύχαν θ'. An legendum ἔχει δ' ὄλβον, τύχαν θ'. Hippol. 1108. τύχαν μετ' ὄλβου. Tyrwhitto placebat δόμον, τύχαν θ', quod non deterius. Musgr.

698. πόσιν. Id est, τὰ κατὰ τὸν πόσιν. Reiskius lacunam suspicit.

702. ἀτίετος. Barnesius ἀκίχητος, Musgravius ἄτηκτος, Reiskius ἄτιστος. Locum, qui possit, explicet.

708. καλλίφλογα. *Pulchra flamma consumtam*, i. e. auspicatam. De ignispiciis vide citata ad Phœn. 1257. MUSGR.

709. τὸ δ' ἐμὸν κ. τ. λ. Supplementum, quod e suo adjecit Barnesius, jure repudiat Reiskius, vulgatum ita vertens: *Meum vero pectus sciet amica reginæ*; i. e. *ero ejus amicus.* Indubia tamen lacuna est, quæ sensum in incerto linquit.

714. ἵνα τε δειράδες. Scil. εἴσι.

720. νέαν ἁμέραν. *Juventutem.* Vide ad Phœn. 540. MUSGR.

721. στενομένα. Interpretor: βαρυνομένα, *oppressa.* Quo sensu στεινόμενος bis apud Homerum legitur. MUSGR.

723. ἅλις, ἅλις. Ita cum Scaligero legimus pro ἁλίσας, quod nullo cum sensu prius aderat. Hæc dicta sunt eodem modo, quo Theocritus de Homero dixit Idyll. XVI. 20. Ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος. Ita Erechthidarum familiæ amans Chorus, et superinducti hujus peregrini Xuthi pertæsus, inquit emphatice: Ἅλις, ἅλις, ὁ πάρος Ἀρχαγὸς ὢν Ἐρεχθεὺς ἄναξ· ἀρκεῖ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις ὁ παλαιὸς Ἐρεχθεὺς καὶ οἱ διαδόχοι αὐτοῦ. BARNES.

725. πρέσβυ παιδαγώγ' Ἐ. Hic Erechthei pædagogus tum ad minimum centum annos habuit. BECK.

727. ἔπαιρε σαυτὸν πρὸς θεοῦ χρηστήρια. Ex hoc loco patet, ad Oraculum non nisi per adscensum perveniri; ut mox magis etiam confirmatur, v. 739. Αἰπεινά μοι μαντεῖα. Et sane Delphicum templum stetit ad radices montis Parnassi. BARNES. De situ templi Delphici sic Pausanias, p. 325, 20. Δελφὶς δέ τι πόλις ἄναντες διὰ πάσης παρέχεται σχῆμα. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τῇ πόλει τῇ ἄλλῃ καὶ ὁ ἱερὸς περίβολος τοῦ Ἀπόλλωνος. οὗτος δὲ μεγάθει μέγας, καὶ ἀνωτάτω τῶ ἄστεος ἐστί. Justinus XXIV. 6. *Templum Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe undique impendente. Media saxi rupes in formam theatri recessit. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planities exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet.* Conferri potest et Livius XLII. 15. MUSGR.

737. Vulgo ἐκγόνους αὐτόχθονας. Qui παλαιοὶ erant tempore Creusæ, quomodo ἔκγονοι ejus erant? An ἔγγονοι melius conveniat, non dixerim: Grammatici enim et hoc de *sobole*, vel *posteris*, accipiunt. Videndum igitur, an legi debeat ἐγγενεῖς, quæ certe vox *consanguineos omnes* complectitur. Vide supra v. 63. Soph. Antig. 670. MUSGR. Optime correxit Matthiæ.

740. ἰατρὸς γενοῦ. Statius de Laii umbra ex vulnere claudicanti: *medica firmat vestigia virga.* Lib. II. 11. MUSGR.

743. περιφερῆ στίβον. Interpretor, *callem flexuosum:* quales utique esse solent in locis clivosis. MUSGR. Miror neglectam esse a recentioribus lectionem libri Heinsio-Scaligeriani, a Barnesio in notis expromtam, παραφερῆ στίβον ποδός. Ultimum certe verum existimo. Στίβος ποδὸς *pedis* est *vestigium*, sive *planta pedis;* quæ periphrasis nihil differt ab ea, qua Euripides usus est, v. 791. τῷ συνῆψ' ἴχνος ποδός. Vocabulum στίβος hoc sensu adhibet Sophocles in Philoct. v. 29. στίβου γ' οὐδεὶς τύπος. Idem verbum pro ἴχνος, tanquam ejus synonymum, ponitur ap. Xenoph. in Exp. Cyr. I. 6. 1. Ἐντεῦθεν προϊόντων ἐφαίνετο ἴχνη ἵππων καὶ κόπρος· εἰκάζετο δὲ εἶναι ὁ στίβος ὡς δισχιλίων ἵππων. ubi vide Zeunii notam. Lib. VI. 3. 24. πορευόμενοι ἑώρων τὸν στίβον τῶν Ἀρκάδων καὶ Ἀχαιῶν κατὰ τὴν ἐπὶ Κάλπης ὁδόν. JACOBS.

745. Vulgo μὴ 'πάρεσκέ πω. Sensus, qui ex his verbis eliciendus est, aut nullus est, aut nullo pæne pejor. Quidni legamus: ἀλλὰ μὴ πάρες κόπῳ, subaudito σεαυτόν. TYRWHITTUS. Similis fere locutio occurrit in Phœn. 866. κόπῳ παρεῖμαι, et in Herc. Fur. 1037. τὸν ὕπνῳ παρειμένον. MUSGR.

746. ἄκοντος. Nihili est. Omnino cum Reiskio legendum ἄποντος. Erroris causa facile patet.

751. Minus proprie ἀπίστους dicit, cum dicendum esset ἀχαρίστους, ἀγνώμονας, vel aliquid simile. Sed sic solent nomina vitiorum confundere: vide vv. 328. 344. Pindar. Olymp. III. Stroph. 2. πιστὰ φρονέων. Æschyl. Theb. 848. βουλαὶ δ' ἄπιστοι Λαΐου διήρκεσαν. MUSGR.

755. ἀλλ' ἤ τι. Sic legendum pro veteri ἀλλά τι. Vide Helen. 490. Herc. Fur. 1100. MUSGR.

764. Cohæret συμφορᾶς ἄχος. Ex vet. lectione βίοτον efficio μιαρόν. REISK.

780. ἐκτελῆ νεανίαν. *Adultum Juvenem.* Ita Hesiod. Ἐκτελέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν. Idem ἐντελὴς sonat. BARNES.

786. ἐκ θεοῦ. Subaudi ναοῦ. Vide, quæ dedit Brodæus ad v. 408. MUSGR.

789. Constructio, siquidem vere scribitur locus, sic instituenda est: τὸ δ' ἐμὸν ἔλαβεν ἄτεκνον βίοτον, ubi τὸ ἐμὸν elliptice est, pro τὸ ἐμὸν μέρος. Sic Herc. Fur. 164. ἔχει δὲ τοὐμὸν οὐκ ἀναίδειαν. Aristoph. Thesm. 111. εὐπίστως δὲ τοὐμὸν δαίμονας ἔχει σεβίσαι. Barnesius, Brodæum secutus, legit, mutato accentu, ἄρα. MUSGR.

799. ὀνόμαζει πατήρ. Hinc constat, apud Veteres patrum fuisse potius, quam matrum, filiis suis nomina imponere; ut etiam ex Zachariæ et Johannis Baptistæ historia constat.

Prætcrea hinc colligendum, adoptivis filiis, aut noviter inventis, nomen tum datum esse, cum primo inventi fuerint, aut adoptati; Unde et adoptivi nativitatem suam celebrabant eo die, quo adoptati fuerant. Sic Ælius Spartianus in Adriano: *Quinto*, inquit, *Iduum Augusti Legatus Syriæ* literas *adoptionis accepit*, *quando* natalem adoptionis *celebrari jussit*. Vide infra ad v. 804. BARNES.

800. ἀκύρωτον. *Nondum ab ipso patre constitutum.* MUSGR.

804. παιδὸς προθύσων. Sacrificia μηνυτικὰ, εὐχαριστικὰ, ξένια, καὶ γενέθλια, jam Diis solvebat Xuthus, ut Apollinis judicium agnosceret, et filii natalem celebraret. Nec novum est, natales et anniversaria convivia celebrari; passim id testantur et Exoticæ literæ et Sacræ; quæ non modo de Herodis natali memorant, Euripidis ætate longe posterius celebrato, Matth. xiv. 6. Marc. vi. 21. sed etiam de Pharaonis natali, Gen. xi. 20. Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, ἡμέρα γενέσεως ἦν Φαραὼ, καὶ ἐποίει πότον πᾶσι τοῖς παισὶν αὑτοῦ. Et hoc ferme annis mille Euripidis tempore erat antiquius. De gentibus ita Alex. ab Alex. Genial. Dier. II. 22. *Nec solum urbis natalem, sed singulorum dies natalitios Pulte fritilla, mero, libis, floribus et thure, sacra a Genio, sine animali Hostia læti libentesque concelebrarunt. Quibus diebus effudisse cruorem, aut animal mactasse, mali portenti erat et fœdi auspicii: namque erant hilaritatis et lætitiæ pleni dies.* BARNES.

805. Constructio est: προθύσων ἐς σκηνὰς ἱερὰς, *immolaturus in sacris tabernaculis* vel *tentoriis*. Tale est, quod citatur ex Æschine: εἰς τὴν ἐκκλησίαν καθέζομαι, *in concione sedeo*. Dionys. Halicar. IV. οἱ καταλειφθέντες ὑπὸ τοῦ Τυράννου εἰς τὸ στρατόπεδον, *qui in castris a Tyranno relicti fuerant*. Vide et Soph. Ajac. 80. Si jungas φροῦδος ἐς σκηνὰς ἱερὰς, quis non de tentoriis hisce, ut de re permanenti, cogitet, cum tamen extemporanea fuisse constet ex v. 1133, 4. MUSGR.

813. παγκληρίαν. *Solidam hæreditatem.* BARNES.

819. ἐξενωμένον. *In locum peregrinum ablegatum.* BROD. Δελφῶν τῳ pro τινί. BARNES.

826. ἀνέφερ' εἰς τὸν δαίμονα. Interpretor: *Deo dedicavit.* Xuthus scilicet, si conjugi innotuisset, eum filium Delphos educandum misisse, istum colorem facto prætenturus erat. MUSGR.

827. Legitur in Codd. ἐλθὼν, quod Canterus in ἑλὼν mutavit; speciosa quidem conjectura, sed minus certa. Comparandus est hic locus cum alio, qui huic nostro appositissimus est, v. 661. sq. ubi Xuthus inter alia inquit: χρόνῳ δὲ καιρὸν λαμ-

βάνων κ. τ. λ. quibus versibus lectis haud paucos puto mecum existimaturos esse, olim in Euripidis codicibus lectionem obtinuisse fere hanc: λαβὼν δὲ καιρὸν, φθόνον ἀμύνασθαι θέλων, κ. τ. λ. *Temporis opportunitatem nactus, invidiæ et odii vitandi causa, Athenarum ei regnum tradere statuit.* Prius, quod posui λαβὼν καιρὸν probabile saltem videbitur iis, qui varias librariorum aberrandi vias et rationes noverint. Quod si cui λαβὼν in ἐλθὼν mutatum nimium recedere a vulgatæ ductibus videatur, is licet corrigat: εὑρὼν δὲ καιρὸν, quod et ipsum Euripideum est, in Androm. 485. ὁπόταν εὑρεῖν θέλωσι καιρόν. Jacobs.

833. φαῦλον. Aliquando κακὸν, δόλιον, ἀδόκιμον, hoc in loco ἁπλοῦν, *simplicem* et *imperitum*, sonat. Hugo Grotius acute locum vertit: *Amicum malo simpliciter probum, Quam qui malitia condiit sapientiam.* Barnes.

836. ἀμήτορ'. Non quod matre prorsus carebat: id enim erat impossibile; et ipse quidem poëta in hoc ipso versu dicit, natum ἐκ δούλης τινὸς γυναικός: sed quia mater ejus nullo in numero habenda erat, *videl.* nullius, aut mali nominis. Hinc Hesych. Ἀμήτωρ· κακομήτωρ· Σοφοκλῆς Ἠλέκτρᾳ. Ita Petrus Ærodius, Juris Civilis Profess. exponit locum de Melchisedeco, Hebr. vii. 3. Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, κ. τ. λ. quia ipse vir pius ex impiis parentibus Canaanitis ortus erat.—ἀναρίθμητον. *Ignobilem.* Vide ad Helen. 1679. Barnes.

841. τῶν Αἰόλου νιν κ. τ. λ. *Oportebat eum, ad patris Æoli domum reversum, aliquam ex illius nepotibus ducere.* Barnes.

843. ἢ γὰρ ξίφος. Repetendum est δεῖ, quod præcessit, ἀπὸ κοινοῦ. Barnes.

846. εἰ γάρ γ' ὑφήσεις. Subaudi φρονήματος, τόλμης, ὀργῆς. Barnes.

851. δαῖθ' ὁπλίζει. Phrasis Homerica est. Vide Eustath. p. 688, 36. ubi ὁπλίζεσθαι probat ἁπλῶς pro εὐτρεπίζεσθαι poni. Τροφεῖα sunt ποινὴ τῆς τροφῆς ἕνεκα. Homerus vocat θρέπτρα et θρεπτήρια. Dicitur autem remuneratio pro *victoria*, vel re bene gesta, ἆθλον, ἄεθλον, ἀριστεῖον, ἐπινίκιον et νικητήριον, ut Cœl. Rhodigin. XIII. 30. Pro *deductione*, κόμιστρον, Euripid. Hercul. Fur. Pro *judicio aliquo*, aut *nuntio*, μήνυτρον, μήνυστρον, εὐαγγέλιον. Pro *eruditione*, δίδακτρα, Theocr. διδασκάλιον, Plut. παιδευτήριον. Pro *re inventa*, εὕρετρον, Ulpian. Digest. CXLVI. Pro *re visa*, ὀπτήριον, Ion. 1127. Pro *vita servata*, ζωάγριον, σῶστρον, σωτήριον. Pro medicina, ἰατρεῖον, &c. Hæc vero omnia plurali numero fere usurpantur. Barnes.

853. ἓν γάρ τι τοῖς δούλοισιν κ. τ. λ. Vide Macrobium optime

dissercntem de servorum bonorum laude et dignitate: Saturnal. I. 11. Lege Ciceronis illud παράδοξον, "Οτι πάντες οἱ σοφοὶ, Ἐλεύθεροι. Barnes.

870. τὴν ἐπ' ἐμοῖς σκοπέλοισι Θεάν. Minervam in Arce cultam notat; Arx autem, sive Ἀκρόπολις, in rupe prærupta et inaccessa fere sita est. Pausanias in Atticis: Εἰς δὲ τὴν Ἀκρόπολίν ἐστιν εἴσοδος μία· ἑτέραν δὲ οὐ παρέχεται, πᾶσα ἀπότομος οὖσα. De hac re vide plura apud Joh. Meursii Cecrop. c. 4. Hinc toties a poëta nostro Παλλάδος ὄχθος, pro Arce ipsa, ut supra v. 12. Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ, i. e. *Palladis sub arce.* Barnes.

871. Λίμνης τ' ἐνύδρου κ. τ. λ. De fluvio Tritone vide Eurip. Scholiast. ad Alcest. 356. Hic ex Palude Tritonide ortum habet. Nonnulli Minervam Neptuno et hac palude prognatam volunt, aliquando autem a patre gravius increpitam, ex indignatione ad Jovem venisse, et ab illo adoptatam. Vide Cœl. Rhodigin. XVIII. 38. Saltem illam ad hanc paludem primo apparuisse ferunt, ac proinde nomen tulisse. Sic Lucan. Pharsal. IX. 350. de Tritonis palude: *Hanc et Pallas amat, patrio quod vertice nata Terrarum primam Libyen (nam proxima cœlo est, Quod probat ipse calor) tetigit, stagnique quieta Vultus vidit aqua, posuitque in margine plantas, Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.* Hinc et Virg. Æn. XI. 483. *Armipotens belli præses, Tritonia virgo.* Vide Apollodor. Bibliothec. I. 3. 6. Sed de Tritonia Minerva vide Meursium de Regn. Athen. p. 17. Est et Τρίτων nomen Nili fluvii, ut Apoll. Rhod. IV. 269. Καὶ ποταμὸς Τρίτων, κ. τ. λ. De Nilo loquitur. Vide Helen. 3. Barnes.

872. πότνιαν. Sacrum vocat Tritoniæ paludis marginem, quod in eo Minerva plantas primum posuisset. Vide præter Lucan. IX. 350. Herodot. IV. 179. Musgr.

874. Ed. Ald. ἀπονισαμένη, quod ferri forte posset. Est enim participium aoristi primi ab ἀπονίζομαι. Sed malo cum Valckenærio [Diatr. 165.] ἀπονησαμένη. Hesychius: ἀπονησαμένη· ἀποσωρεύσασα, nescio, an hunc locum respiciens. Musgr.

877. ἔκ τ' ἀνθρώπων κ. τ. λ. Xuthum et Apollinem notat. Ita recte loquentes de singulari aliqua persona, plurali numero uti gaudent, ut diximus supra ad v. 650. Barnes.

880. μέλπων Κιθάρας ἐνοπάν. Id est, *Eundem sonum voce edens, quem cithara chordis edit.* Nec de nihilo est ἑπταφθόγγου. Septichordis enim erat Apollinis lyra. Vide Callimach. Hymn. in Delum, v. 253. et quæ ibi citat Spanhemius. Musgr.

881. ἅ τε. *Quæ;* idem quod ἅτις, ut in Hecub. 442. Musgr.

883. κέρασιν. Pollux, IV. 62. δόνακά τινα ὑπολύριον οἱ κωμικοὶ ὠνόμαζον, ὡς πάλαι ἀντὶ κεράτων ὑποτιθέμενων ταῖς λύραις. Paria fere habet Hesychius v. δόνακα. Locus, quem respiciunt, exstat in Aristoph. Ran. 235. Sed de lyra qui plura cupit, adeat Philostratum in Amphion. Icon. I. Sed neque omittendus insignis Ciceronis locus, qui cornuum horum usum declarat: *Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere; chordarum dentes; nares cornibus iis, qui ad nervos resonant in cantibus.* De Nat. Deor. II. 59. MUSGR. Hunc et præcedentem versum transposuit Matthiæ; ut et vv. 894, 5.

886. χρυσῷ χαίταν μαρμαίρων. Id est, χρυσοκόμας, ut vocant Noster Troad. 260. Aristoph. Av. 216. Male Brodæus interpretatur de fibula aurea comas revincienti. MUSGR.

887. εὖτ'. Aliquando idem, quod ὅτε et ὁπηνίκα. Sophocles: εὖτ' ἂν μόλῃ, *quando venerit*. Hom. Iliad. Θ. 367. Εὖτέ μιν εἰς ἀΐδαο πυλάρταο προὔπεμψεν. Est et εὖτε et ἠΰτε, pro *sicut*. Vide lexica. BARNES.

892. Accipio, quasi esset: αὐδῶσάν με κραυγὰν, αὐδῶσάν με, ὦ μᾶτερ. MUSGR.

907. κληροῖς. *Edis; distribuis; dispensas cuique suam sortem oraculorum.* BECK.

909. γαίας μεσσήρεις ἕδρας. Vide supra ad hujus fab. v. 223. BARNES.

912. Ed. Ald. νυμφέτᾳ quod formatur, ut γενέτας mox v. 915. ἀρχέτας, Heraclid. 748. et multa alia. Recentiores Edd. legunt νυμφεύτᾳ, quanquam, si Polluci fides, III. 40. νυμφεύτης non erat *maritus*, sed *pronubus*, vel *parochus*. MUSGR.

915. γενέτας. *Filius*, ut Soph. Œd. Tyr. 478. Aliter est infra v. 1130. MUSGR.

920. φοίνικα παρ' ἁβροκόμαν, κ. τ. λ. Sic Iph. Taur. 1068. Φοίνικά θ' ἁβροκόμαν, Δάφναν τ' εὐερνέα, καὶ Γλαυκᾶς θαλλὸν ἱερὸν ἐλαίας, Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν. Vide ad Hecub. 454. BARNES.

922. Verba δίοισι καρποῖς haud dubie corrupta sunt, sed absque meliorum codicum subsidio emendationem vix sperandam puto. HEATH.

927. ὑπεξαντλῶν φρενὶ, κ. τ. λ. De constructione vide ad Phœn. 283.

933. Si verum est τύμβευμ', non ponitur pro θοίναμα: sed ipsa expositio infantis catachrestice dicitur τύμβευμ', *sepultura, qualem amant feræ*. Magis tamen placet Brodæi θοίναμα. MUSGR.

936. Κεκροπίας πέτρας. *Cecropiæ rupis*. Sic interpretor, non, ut Barnesius, *Cecropias rupes*. Scholiastes ad Apollon.

Rhod. I. 214. ἡ Ἀκρόπολις τῆς Ἀττικῆς Κεκροπία ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον. Musgr.

955. Simile est Pindari: νυκτὶ κοινάσαντες ὁδόν. Pyth. IV. Epod. 5. Musgr.

963. ἐνταῦθ'. Id est, πρὸς ἀγκάλαις. *Ubi, quod non gestatus sit, injusta ex me patiebatur.* Musgr.

987. γηγενῆ μάχην. De Gigantomachia videndus Apollodor. Bibl. I. 6. Musgr.

988. Stephan. de Urbib. Φλέγρα, πόλις Θρᾴκης, ἣν Εὔδοξος μετὰ ταῦτα Παλλήνην φησὶ κληθῆναι. Vide eundem in voce Παλλήνη. Hic Gigantum pugna fuisse perhibetur. Ab aliis memoratur Phlegra, Campaniæ urbs, unde Phlegræus etiam campus, de quo vide Cluverii Ital. Antiq. p. 1144. Phlegra autem Macedoniæ est eadem cum Thracica nostra; ea nempe Macedoniæ pars Thraciæ erat contermina. Barnes.

989. Γοργόν' ἔτεκε Γῆ. Quod Gorgon fuerit Terræ filia, hæc fere ita sumenda, ut notavimus de Polyphemo ad Cyclop. 641. ubi dicitur et is Terræ filius, quanquam illum ipse Euripides alias Neptuno satum agnoscat; ob stolidam nempe ferociam et diis contrariam impietatem. Alii autem parentes Gorgonum assignantur, Phorcus nempe et Ceto, de quibus Hesiodus Theogon. 270, sqq. Barnes.

991. Παλλὰς θεά. Medusam Perseus truncasse fingitur, non tamen sine Palladis auxilio. Hic paulo aliter se res habet. Barnes.

996. Non solus Euripides αἰγίδα pectoris munimentum facit. Servius ad Virgil. Æneid. VIII. 435. *Ægis proprie est munimentum pectoris æneum, habens in medio Gorgonis caput.* Ovid. Metam. VI. 78. *At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam; Dat galeam capiti; defenditur ægide pectus.* Vide et Hesychium v. Αἰγίς. Martial. Epigr. VII. 1. Musgr.

999. ἢ τί γ' οὐ μέλλεις; Scil. ἀμνημονεῖν; *Si enim oblitus es domini tui, Erichthonii, nescio, quid memoriter teneas.* Barnes.

1004. ἔχοντ' ἄν. Recte ἔχοντας Reiskius et Musgravius.

1006. Verba ita struit Heath. ἐν τῷ σώματος (i. e. ἐν τίνι σώματος μέρει) καθάψας ἀμφὶ παιδί; *In qua corporis parte puero appendens?*

1011. κοίλης φλεβός. Apollod. Bibl. III. 10. 3. παρὰ γὰρ Ἀθήνας λαβὼν (Chiron) τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν τῆς Γοργόνος ῥυὲν αἷμα, τὸ μὲν ἐκ τῶν ἀριστερῶν ῥυὲν πρὸς φθορὰν ἀνθρώπων ἐχρῆτο, τὸ δὲ ἐκ τῶν δεξιῶν, πρὸς σωτηρίαν, καὶ διὰ τούτου τοὺς τεθνηκότας ἀνήγειρεν. Memoratæ Apollodoro φλέβες sunt ex *dextra* parte, *vena cava*

(κοίλη φλὲψ) ex *sinistra* aorta. Aristoteles Hist. Anim. III. 3. δύο φλέβες εἰσὶν ἐν τῷ θώρακι· καὶ ἡ μὲν μείζων ἐν τοῖς δεξιοῖς μᾶλλον, ἡ δὲ ἐλάττων ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, ἣν καλοῦσί τινες 'Αορτήν. Magnam hanc venam κοίλην φλέβα dictam quis nescit? Vide Polluc. II. 225. Hinc patet, κοίλης φλεβὸς temere a Barnesio sollicitatum esse, quod autem reponebat λαιῆς, cum auctoris mente ex diametro pugnasse. MUSGR. Canterus pro φόνου mavult φόνος. Ego σταλαγμὸς ad ὅστις intelligendum reor, et φόνου pro αἵματος, ut sæpe alias, sumendum. BARNES.

1014. ὁ δεύτερος δ' ἀριθμός. Eleganter dicitur pro ὁ δεύτερος. Sic Helen. 410. πολλοὺς ἀριθμοὺς ἄγνυται ναυαγίων. Isocrates in Busiride: πάντας δὲ τοὺς ἀριθμοὺς περιλαβών. MUSGR.

1016. κραθέντ' αὐτόν. Ita recte Barnesius. Constructio est: αὐτὸν δὲ (i. e. τὸν δεύτερον σταλαγμὸν) εἰς ἓν κραθέντα ἰχῶρι εἰσφορεῖς; Ed. Ald. κραθὲν ταὐτόν. MUSGR.

1022. καὶ σὺ γὰρ τοὐμὸν ψέγεις. Respicit locum supra v. 983. ubi Creusa illius consilium rejecerat, ut ille nunc Creusæ. BARNES.

1025. φθονεῖν γάρ φασι μητρυιὰς τέκνοις. Huc refer illud Callimachi: Στήλην Μητρυιῆς, μικρὰν λίθον, ἔστεφε κοῦρος, Ὡς βίον, ἠλλάχθαι τὸν τρόπον οἰόμενος· Ἡ δὲ τάφῳ κλινθεῖσα, κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα· Φεύγετε Μητρυιῆς καὶ τάφον, οἱ πρόγονοι. Exstat epigramma inter Callimachi Opera, et in Anthol. I. 30. BARNES.

1030. χρύσωμ' Ἀθάνας. Quæcunque ex auro conficiuntur vascula, vel alia, χρυσώματα vocantur. Vide Polluc. VII. 103. X. 174. Plut. in Æmilio Paullo, p. 488. Ed. H. Steph. Athenæum; V. 7. infra v. 1451. MUSGR.

1039. σὺ μέν νυν εἴσω προξένων μέθες πόδα. De proxenis Delphicis, quorum erat, hospites oraculi gratia ventitantes domo excipere, hæc intelliguntur. Quod Πρόξενοι autem publice designabantur etiam aliis in locis, ad legatos et insignes viros excipiendos; item de *Proxenis, Astoxenis, Doryxenis et Idioxenis:* vide Eustathium in Homer. pp. 405, 11. 485, 15. et ex illo Cœl. Rhodigin. Lection. Antiq. XI. 10. BARNES.

1046. ὅταν δὲ πολεμίους κ. τ. λ. Virg. Æn. II. 390. *Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?*

1048. Εἰνοδία θύγατερ Δάματρος. Quod poëta Proserpinam hic, Cereris filiam, Εἰνοδίαν vocat, hoc est Triviam, quod nomen Hecatæ competit; id fit, quia unicā dea Luna tot dearum personas induebat; nempe aliquando Juno, Hecate, Trivia, Proserpina, Luna, Diana, eadem erat res. De qua re videsis Cœl. Rhodigin. XX. 6. Hecaten autem nunc præcipue vo-

cat, quod veneficiis ea dea præficiebatur, et ad ejus lucem veneficas herbas colligere solebant sagæ, unde *Hecateides herbæ* dicebantur tales; et Ovidius dixit de Minerva, Arachnen in venenosam araneam transmutante: *Postea discedens succis Hecateidos herbæ Sparsit; et extemplo tristi medicamine tactæ Defluxere comæ*, &c. Nunc autem Chorus optat successum venefico seni contra Ionem, qui malis artibus in dominæ suæ hæreditatem videbatur immissus. BARNES. Auctor Libri περὶ ἱερῆς νούσου:—ὁκόσα δὲ δείματα νυκτὸς παρίσταται, καὶ φόβοι, καὶ παράνοιαι, καὶ ἀναπηδήσιες ἐκ τῆς κλίνης, καὶ φόβητρα, καὶ φεύξιες ἔξω, Ἑκάτης φασὶν (οἱ ἐπῳδοὶ) εἶναι ἐπιβουλὰς, καὶ ἡρώων ἐφόδους. Confer Helen. 569. Suidam v. Ἑκάτην et v. Ἔμπουσα. MUSGR.

1063. ἅ τε νῦν φέρετ' ἐλπίς. *Et quæ nunc expectatio adest;* scil. ἄπεισι τόλμας, *successu caret.* Hæc verba mire sollicitaverunt interpretes; sed bene se habent omnia, sensusque facile patet.

1067. ἄλλας βιότου μορφάς. Hic pro θάνατον, *mortem vitæ contrariam* usurpat poëta, eleganter sane. De qua tamen loquendi consuetudine videsis Canteri Novar. Lection. I. 10. BARNES.

1074. αἰσχύνομαι τὸν θεόν. Verto: *Pudorem mihi incutit Deus.* Sic αἰσχύνομαι μέν σ', ὦ γέρον, supra v. 952.—τὸν πολύυμνον. Id est, τὸν πολυύμνητον, *qui cantibus multum celebratur.* Quo sensu Venus πολύυμνος dicitur Orpheo Hymn. LIV. 1. Bacchum hoc loco intelligi, recte monet Barnesius, ab Homero jam ante πολύυμνον vocatum, Hymn. in Bacch. 7. Bacchum vero præ reliquis Diis sibi pudorem incutere dicit, quod is in Mysteriis Eleusiniis conjunctim cum Cerere colebatur: unde Scholiastes Aristophanis ad Ran. 326. συνίδρυται τῇ Δήμητρι ὁ Διόνυσος. MUSGR.

1075. Καλλιχόροισι. Meminit Callimachus Hymn. in Cererem, v. 16. ubi vide Spanhemium. MUSGR. Heathius confert verba Pausan. 1. p. 93. φρέαρ τε Καλούμενον καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν εἰς τὴν θεόν. BECK.

1076. εἰκάδων. Hoc nomine vocabatur una Mysteriorum Dies. Plutarchus in Phocione, p. 1383. Ed. H. Steph. εἰκάδι γὰρ ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, Μυστηρίων ὄντων, ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσίναδε πέμπουσι. Vide et in Camillo, p. 251. Adde Scholia in Aristoph. Ran. 326. MUSGR.

1077. ὄψεται ἐννύχιος. Noctu hæc sacra peragi solebant cum facibus, unde versu præcedenti λαμπάδα θεωρὸν εἰκάδων dixit poëta, et Aristophanes in Ranis: Ἔγειρε φλογέας λαμπάδας· ἐν χερὶ γὰρ ἥκεις τινάσσων, Ἴακχε Νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστὴρ

Φλογὶ, φέγγεται δὲ λειμών. De hac re vide Meursium XXI. 26. 27. Barnes. Ad hæc subaudiendus est Ion, vel potius a v. 1089. repetendus ὁ Φοίβειος ἀλήτης. Heath.

1079. ἀνεχόρευσεν—χορεύει. Ab his verbis regi puto accusativos κόραν et ματέρα, v. 1085. Neque exemplo caret hæc constructio. Vide Bacch. 1106. Pind. Isthm. I. antistr. 1. Sophoclis Antigon. 1168. Fingit poëta, quo magnificentior videatur Mysteriorum celebritas, eorum participes esse Lunam, Astra, Nereidas. Musgr.

1081. πεντήκοντα κόραι Νηρέος. De quinquaginta Nerei filiabus vide ad Iphigen. Aul. 1044. Barnes.

1084. χορευόμεναι. Parum venuste hic ponitur, cum post κόραι (v. 1081.) subaudiendum sit χορεύουσι. Malim igitur κορευόμεναι, *educatæ*. Sic κορευθήσει, Alcest. 325. Musgr.

1087. ἵν'. *Ubi*. Refertur autem ad fontem Callichorum supra v. 1075. Musgr.

1088. ἄλλων πόνον. Erechthei scilicet, qui Atheniensium ditioni Eleusinios bello subjecerat: Pausan. p. 36, 26. Musgr.

1095. ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν. De hac figura, videl. metaphora ab agricultura ad generationem ducta, vide ad Iphigen. Taur. 3. Barnes.

1096. Emendatio est H. Stephani παλίμφαμος ἀοιδά. Elegans periphrasis pro παλινῳδία. Barnes.

1097. ἴτω. Quod reponit Canterus pro ἴστω, procul dubio verum est, siquidem cum ἀοιδά, βοά, et similibus solenniter adhibetur. Ion Chius apud Athen. II. 463. B. παίζωμεν, ἴτω διὰ νυκτὸς ἀοιδή. Aristoph. Av. 858. ἴτω, ἴτω δὲ Πυθίας βοὰ τῷ θεῷ. Vide Æschyl. Theb. 972. Soph. Trachin. 211. Eurip. Iphig. Aul. 1448. Elect. 883. Musgr.

1099. ὁ Διὸς ἐκ παίδων. Xuthum intellige: vide supra v. 63. Musgr.

1108. ἐξέπλησα. Emendat Scaliger ἐξέπλιξα, quod verti debet: *commovi pedes*. Vide Hesychium v. πλίξαντα, et Hom. Odyss. Z. 318. Musgr. Si vulgata retineatur, subintelligendum τὸ προσταττόμενον, aut τὴν δουλείαν, τὸ ἔργον, vel simile quid. Beck.

1112. πετρουμένη. *De scopulo præcipitata*. Heath.

1115. ἐξ ἴσου κἀν ὑστάτοις κακοῖς. Sententiæ et metro laboranti non male succurrit Reiskius, legendo: ἔξισθ' οὖσ' ἐν ὑστάτοις κακοῖς, *scito, te in summo discrimine versari*. Musgr.

1126. πέτρας δισσάς. De his rupibus vide Scholia ad Phœn. 226. Musgr.

1127. ὀπτηρίων. Plerumque ὀπτήριον est, quod videndi causa

datur, ut Callimach. Hymn. in Dian. v. 74. Sed recte hic Barnesius ipsam filii agnitionem significari putat, plane ac si ὄψιν, non ὀπτήριον, dixisset. Similis in voce θρεπτήριον confusio est. Plerumque enim *alendi mercedem* notat; Sophocli vero *ipsum alimentum*. Vide Œd. Col. 1327. Musgr.

1128. ἀμφήρεις μένων. Prior vox H. Stephano debetur, posterior Cantero. Ed. Ald. ἀμφήρης μέν. Interpretor autem ἀμφήρεις σκηνὰς, *ab omni parte exstructa tabernacula*. Sic ἀμφήρη ξύλα, Herc. Fur. 240. Musgr.

1130. γενέταις θεοῖσιν. Videntur esse Dii τριτοπάτορες dicti, de quibus Φανόδημος φησὶν, ὅτι μόνοι Ἀθηναῖοι θύουσι καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων, apud Etymologum v. Τριτοπάτορες. Commemorantur et θεοὶ γενέται, Æschyl. Suppl. 80. Musgr.

1131. ἵστωσαν. Vide ad Iph. T. 1446.

1134. ὀρθοστάταις. Intellige *trabes erectas*: κίονας ξυλίνους vocat in simili re depingenda Athenæus, V. 6. Confer Vitruvium, I. 7. II. 8. Musgr.

1136. In Obss. Misc. Vol. II. p. 96. conjicitur τελευτῶσας βίαν, *ad punctum istud, ubi sol vires suas ponit*. Sed alius V. D. ibidem negat, τελευτᾷν βίαν Græce dici, et vulgatam defendit ex opinione veterum, qui solem quotidie mori, et altero die vitam recuperare putaverint. Pierson. Ver. p. 11. scribit τελευτῶσας, βίαν, *Vim solis flagrantis diligenter cavens, neque ad meridiem, nec ad occidentem*. Heathius retineri jubet lectionem veterem, ut structura verborum sit: Καλῶς φυλάξας, ὥστε οὔτε εἶναι πρὸς μέσας βολὰς φλογὸς ἡλίου, οὔτε αὖ πρὸς ἀκτῖνας τελευτῶσας βίον. Eodem modo Reiskius. Beck.

1137. πλέθρου. Vocis πλέθρου duplex usus est: vel enim certam longitudinem designat, vel certam superficiem. Longitudo Plethri, teste Suida in v. πλέθρον, centum pedibus æqualis est. De altero, sive superficiali, sic Hesychius: πέλεθρον, μέτρον γῆς, ὅ φασι μυρίους πόδας ἔχειν. Hinc colligitur, plethrum superficiale quadratum esse plethri linearis: 100 × 100 = 10,000. Jam de Ionis tabernaculo, illud saltem ex hoc Euripidis loco, licet subobscuro, colligere licet, longitudine Plethro æquale fuisse, in area vero decem millia pedum quadratorum habuisse. Fuit igitur plethrum quadratum: i. e. figura quadrilatera, rectangula, cujus singula latera centum pedibus æqualia erant. Miretur fortasse lector, magnitudinem hujus tentorii adeo studiose a poëta definitam esse; quod ideo factum puto, quia templum Minervæ in Acropoli, παρθενὼν dictum, eadem et forma et mensura erat. Etymologus: Ἑκατόμπεδον, νεώς ἐστι τῆς Ἀθηνᾶς, ποδῶν ἑκατὸν ἐκ πάσης

πλευρᾶς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὠνόμασται. καλοῦσι γὰρ αὐτόν τινες Παρθενῶνα. Confer Harpocrat. v. Ἑκατόμπεδον. Musgr. εἰς εὐγώνιον. Subaudi γραμμὴν, sive ἅλωνα, *aream*, ut cui referatur μέτρημ' ἔχουσαν: alii autem σκηνὴν intelligunt. Rectangula autem linea dicitur εὐγώνιος, quia anguli perfectio est rectitudo, et synonymum est τῷ Ὀρθογώνιος. Barnes.

1143. πτέρυγα περιβάλλει πέπλων. Tectum his stragulis inumbrat; ducta metaphora ab avibus fœtus suos alis et plumis operientibus. Hom. Il. Z. 289. Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι. Eustathius in locum: Ὅρα δὲ καὶ, ὅτι πέπλος καὶ ἐνταῦθα οὐκ ἐπὶ ἱματίου, ἀλλὰ ἁπλῶς ἐπὶ ὑφάσματος. Barnes.

1144. Ἡρακλέης. Anachronismus: Ion enim Hercule antiquior erat. Musgr.

1145. Ἀμαζόνων σκυλεύματ'. De pugna Herculis cum Amazonibus vide Apollodori Bibliothec. II. 5. 9. et de Amazonibus Eustath. in Hom. Il. Γ. 189. Barnes.

1146. γράμμασιν. Per *picturis* exponendum. Hesychius: γράμματα· τὰ γεγραμμένα, καὶ συλλαβαὶ, καὶ τὰ ζωγραφήματα. Barnes.

1150. ἀσείρωτον. *Nullo fune connexum:* a σειρὰ, *funis*, vel *lorum;* unde σειραῖος ἵππος et σειραφόρος. Pari modo in picturis hodie videas Auroræ equos, non loris currui connexos, sed frænis tantum retentos. Musgr.

1151. ὄχημ'. De *equis*, non de *curru*, intelligendum. Vide Phœn. 328. Rhes. 617. fragmentum Phaëthontis apud Longinum; sect. XV. Lucan. Pharsal. VII. 570. Musgr. ἄστρα δ' ὡμάρτει θεᾷ. Vide Tibul. Eleg. II. 1. Beck.

1154. χρυσήρει. Emendatio est H. Stephani. Ed. Ald. χρυσήρη πώλῳ, unde legendum conjiciebam: Ἄρκτος στέφουσ' ἑδραία χρυσήρη πόλον. *Ursa stabilis coronans aureum Polum.* Nunc satis placet vulgata lectio. Quippe οὐραία χρυσήρει πόλῳ nihil vetat interpretari *cauda Polum auratum spectanti:* quæ, ut notum, positura est Ursæ. Aratus: αἰεὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται, Ἔμπαλιν εἰς ὤμους τετραμμέναι. Musgr.

1156. διχήρης. *Medius*, sive, ut Brodæus vocat, *sector mensis.* Quum Græci (verba sunt Brodæi) menses suos Lunæ cursu metirentur, clarum est, eos æquales in partes Plenilunii diem divisisse. Musgr.

1157. σημεῖον. Non utique *cursus*, sed *tempestatum.* Musgr.

1159. Constructio est: ἤμπισχεν ἄλλα ὑφάσματα, εὐηρέτμους βαρβάρων ναῦς ἀντίας Ἑλληνίσιν. Recte judicat Barnesius, pugnam Salaminiam per prolepsin hic respici. Musgr.

1161. καὶ μιξόθηρας φῶτας κ. τ. λ. Videntur hæc ad Herculis labores pertinere, nempe ad Centauros ab illo debellatos, ad Diomedeos equos, ad æripidem cervam et Nemeæum leonem. Et credibile est, tanti herois acta texturis elaborata deo fuisse suspensa dicataque. BARNES.

1164. σπείρας. De Cecrope, partim homine, partim serpente, videri possunt Apollodor. III. 13. Tzetzes ad Lycophron. v. 111. Fabulam inde ortam crediderim, quod Cecrops primus Atticorum barbariem exuere cœpit, nec tamen penitus exuit. MUSGR.

1166. ἄκροισι ποσί. *Summis pedum digitis;* quod ἄκροισι δακτύλοισι vocat Iphig. Taur. 256. Cui id fecerit præco, nemini, credo, obscurum erit. MUSGR.

1169. στεφάνοισι κοσμηθέντες. Veteres coronatos bibere observavimus supra ad Cyclop. 555. Etiam coronatos epulari hinc constat. Aristophanis Scholiastes: Τοῖς γὰρ εὐωχημένοις περιέκειντο οἱ στέφανοι, καταψύχοντες τὸ κρανίον ἀπὸ τῆς τοῦ οἴνου θέρμης. BROD.

1170. Vulgo ἀνῆσαν. Legendum ἀνεῖσαν. Vide supra v. 234. Iphig. Taur. 323. 1148. Bacch. 618. 651. MUSGR.

1171. Supplevi δείπνων, quod in Aldina et MSS. deest. Minus placet σκηνῆς, quod Barnesii supplementum est. Imo, nostram emendationem veram esse, liquido ostendit distinctio Veterum, non tamen perpetua, inter δεῖπνον et δευτέραν τράπεζαν. Alexis apud Athen. XIV. 12. οὐδὲ φιλόδειπνός εἰμι, μὰ τὸν Ἀσκληπιὸν, Τραγήμασιν χαίρω δὲ μᾶλλον. Et paullo antea: δεῖπνον ἕτερον παρατίθεται τραγήματα, c. 11. MUSGR. Heathius supplet ὁ μὲν, Reiskius βορᾶς, vel δαιτός. BECK.

1172. γέλων δ' ἔθηκε. Mensæ ministrans ac vinum fundens, quod puerorum fuit, non grandævorum hominum, munus. Athenæus, X. ᾠνοχόουν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ εὐγενέστατοι παῖδες. Cicero in Pisonem: *Servi sordidati ministant, nonnulli etiam Senes.* BROD.

1173. ἔκ τε γὰρ κρωσσῶν ὕδωρ. *E vasis aquariis.* Athenæus Deipnosoph. IV. 11. Καὶ νιψάμενοι τὰς χεῖρας, ἐστεφανούμεθα. BROD.

1174. νίπτρα. Veteres, statim post δεῖπνον, manus abluebant. Athenæus, XI. 11. μετανίπτρον· ἡ μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐπὴν ἀπονίψωνται, μεταδιδομένη κύλιξ. Vide et Hesych. v. μετανίπτρις.— κἄξεθυμία. *Suffiendi causa adolebat.* Athenæus; XIV. 11. ἥ γε τὴν πολλὴν δαπάνην ἐν τοῖς δείπνοις παρέχουσα δευτέρα τράπεζα προσεγένετο, καὶ στέφανοι καὶ μύρα καὶ θυμιάματα. BROD.

1175. σμύρνης ἱδρῶτα. Plin. N. H. XII. 15. *Sudant autem*

sponte, priusquam incidantur, Stacten dictam, cui nulla præfertur. Brod. Confer Dioscorid. I. 78. Musgr.

1177. αὐλούς. Finito convivio, introducti vulgo tibicines. Vide Xenoph. Sympos. Platonis comici fragmentum apud Athen. XV. 1. Eundem morem tangit Philo Jud. p. 183. Ed. Turneb.—ἧκεν. Scil. τὸ πρᾶγμα. *Quum res ad tibias venisset.* Musgr.

1178. Vulgo καινόν. Legendum κοινόν. Commemorat κρατῆρα κοινὸν, Aristides Isthmica, p. 54. Vide Spanhem. Epistol. ad Morell. p. 59. Claudian. Præfat. in Nuptias Honorii et Mariæ, v. 5. *Præberetque Jovi communia Pocula Chiron.* Musgr.

1179. οἰνηρὰ τεύχη σμικρά. Cum ad Chordas et cantum convivantes accederent, minoribus poculis remotis, majuscula poscebant. Diogen. Laërtius in Anachars. Καὶ θαυμάζειν φησὶ, πῶς Ἕλληνες, ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι, πλησθέντες δὲ ἐν μεγάλοις. Hæc miram ex hoc Euripidis loco lucem accipiunt. Barnes. In libris legitur οἰνηρὰ σκεύη, metro laborante. Quod dedit Matthiæ, Porsoni emendatio est, observantis alterum esse vulgi verbum, a Tragicis nusquam adhibitum; alterum vero probum et Euripidi familiare: Hec. 604. Androm. 167. Iph. Taur. 164. Cycl. 88. 208. 226. Ion. 144. 276. in hac ipsa scena 1184. Electr. 140. 358. 492.

1182. φιάλας. *Pocula,* ex quibus bibebant convivæ. Pollux; VI. 59. Musgr.

1187. ᾔδειν. Sic scribendum, quanquam tertia persona, recte monuit Piersonus ad Mœridem, p. 174. Musgr.

1188. σπονδάς. Vinum, quo diis libarent. Athenæus IV. ἅπερ καὶ Πλάτων φυλάσσει κατὰ τὸ συμπόσιον· μετὰ γὰρ τὸ δειπνῆσαι σπονδάς τε φησὶν ποιῆσαι, καὶ τὸν θεὸν παιωνίσαντας τοῖς νομιζομένοις γέρασι. Brod.

1189. βλασφημίαν. [*Verbum male ominatum.*] Plato de Legg. VII. Θυσίας γενομένης, καὶ ἱερῶν καυθέντων κατὰ νόμον, εἴ τῳ τὶς φαμὲν ἰδίᾳ παραστὰς τοῖς βωμοῖς τε καὶ ἱεροῖς υἱὸς, ἢ καὶ ἀδελφὸς, βλασφημεῖ πᾶσαν βλασφημίαν, ἆρ' οὐκ ἂν φαῖμεν ἀθυμίαν καὶ κακὴν ἧτταν καὶ μαντείαν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν οἰκείοις φθέγγοιτο ἐντιθείς. Barnes.

1193. δίδωσι γαίᾳ. Ergo, nisi aliquis male ominata verba edidisset, non in terram fudisset, sed in mensam. Musgr.

1195. Βιβλίνου. De vino Biblino, vide Hesiod. Op. D. 207. in eumque grammaticos, Athen. I. 31. Hesychium, v. Βίμβλινος, Theocrit. Idyll. XIV. 15. Musgr.

1197. κῶμος πελειῶν. *Multitudo columbarum.* Eurip. Hippol. 54. Πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους Κῶμος λέλακεν. Κῶ-

μος itaque *quamvis turbam* sonat. Vide ad Supplic. 890. Cyclop. 39. Fuisse porro sacras hoc in templo columbas, auctor est libro decimo sexto Diodorus. Brod.

1198. ὡς δ' ἀπέσπεισαν μέθυ. Male Interpres: *postquam gustaverunt vinum*. Vertendum: *postquam vinum in terram effudissent*, convivæ sc. Musgr.

1199. κεἰς αὐτό. Abundat hic καὶ, vel potius significat actionis celeritatem. Musgr. Reiskium sequitur Matthiæ, versum ante hunc excidisse putantem.

1208. γυμνὰ δ' ἐκ πέπλων μέλη. Dilaceravit utique vestes, more antiquorum, cujus meminit et Barnesius. Exempla vide in notis ad Diod. Sic. XVII. 35. quibus adde Æschyl. Pers. 199. 468. Musgr.

1209. ὑπὲρ τραπέζης. *In mensam* scil. unde audiri et conspici ab omnibus posset. Musgr.

1214. ἐπ' αὐτοφώρῳ. *Ipso facto.* Sensu diverso occurrit hæc phrasis in Soph. Ant. 51. in eodem autem D. Johan. VIII. 1.

1215. ὤφθη. *Conspectus est.* Hoc si de sene intelligitur, parum sibi constat Euripides, qui nunc demum conspectum tradit, quem v. 1213. ab Ione apprehensum dixerat. Sed hanc inconstantiam peperit, ni fallor, mendosa in versu præcedenti lectio. Scribo: ἐπ' αὐτοφώρῳ φάρμαχ' ὡς ἔχονθ' ἕλοι. *Ut ipsum venena gestantem offenderet. Reperta autem sunt* [venena], *et ipse coactus ægre tandem declaravit.* Quantam vim in judiciis habuerit deprehensio veneni, luculenter docebit Cic. pro Cluentio, 18. Musgr. Conjectura probabilis, nec tamen omnino certa.

1222. πετρορριφῆ. *E rupe dejectam.* Usitatum enim erat Delphis, noxios de rupe dejicere, quo mortis genere Æsopum affecerunt. Vide infra ad v. 1236. Barnes.

1223. οὐ ψήφῳ μιᾷ. Communibus suffragiis; *non uno tantum calculo, sed omnibus,* ut quæ aperte capitali supplicio digna videretur, quod antistitem Dei veneno tollere decreverat, idque in ipso templi colliminio. Barnes.

1232. Codices variant, quorum alii θοᾶς, alii χοὰς exhibent. Illud ineptum, hoc ad veram scripturam ducit. Suspicor enim Euripidem scripsisse σπονδὰς ἐκ Διονύσου βοτρύων ὀλοὰς Ἐχίδνας στάγοσι μιγνυμένας φονίοις. Sic hæc verba expeditum sensum habent. *Omnia jam aperta sunt; perniciosam libationem vini cum cruentis viperæ guttis,* i. e. *cum viperæ sanguine, esse commixtam.* In σπονδὰς ὀλοὰς poëtarum animadverte usum, qui nonnunquam epithetis utuntur, ex re subsequenti natis et derivatis. Ita, ut exemplum laudem, Lentulus Gæt. Epigr. VI. Σῆμα τόδ' Ἀρχιλόχου παραπόντιον, ὃς ποτὲ πικρὴν

Μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ. Ubi Musa nullam ob aliam causam πικρὴ vocatur, nisi quod Archilochus eam primus felle imbuisse dicitur. Alia exempla diligentibus antiquorum lectoribus sponte occurrent. Jacobs. Γοργόνα autem et hic et alibi sæpe Ἔχιδναν, aut *viperam*, emphatice vocat, quia habuit thoraca viperis seminatum, Θώρακ' Ἐχίδνης περιβόλοις ὡπλισμένον, ut ipse poëta loquitur, supra v. 993. Barnes.

1234. θύματα νερτέρων. Sic ἄγειν τὰ θύματ' εἰς ᾅδου τάδε, Herc. Fur. 447. ᾅδῃ θυμάτων, Lycophron 1188. Musgr.

1236. λεύσιμοι καταφθοραί. *Lapidatio.* Et tamen Creüsam e rupe Delphica ἀποκρημνισθῆναι jusserant proceres urbis. Conf. vv. 1222. 1267. Ego vero cum Barnesio lapidationem, utpote notius mortis genus, non absurde a Choro commemoratam arbitror. Musgr.

1245. Ed. Ald. μέλει. Sed legendum cum Æmil. Porto μένει. Æschyl. Pers. 809. οὗ σφὶν κακῶν ὕψιστ' ἐπαμμένει παθεῖν. Soph. Ajac. 694. οἵαν σὲ μένει πυθέσθαι παιδὸς δύσφορον ἄταν. Musgr.

1251. ἵν' εἶ τύχης. Scaligeri emendatio est. Sic ἵν' εἶ κακοῦ, Soph. Œd. Tyr. 421. ἵν' ἦμεν ἄτης, Electr. 942. Musgr. Ita ipse Euripides Helen. 1445. ἵν' ἐλθεῖν βουλόμεσθα τῆς τύχης. Barnes.

1252. In antiquis editionibus legitur ἐκ γὰρ ἄκων κ. τ. λ. Barnesii autem lectio, ἐκ κακῶν γὰρ πρ. ex quo fonte manaverit, ignoro. Propius ad corruptæ lectionis vestigia accesseris corrigens: ἐκ γὰρ ἕρκων προὔλαβον μόγις πόδα. *Vix tandem ex insidiis huc pedem proripui.* Jacobs. Optime Porsonus in Adversariis correxit ἐκ γὰρ οἴκων, quod recepit Matthiæ.

1260. Κηφισοῦ πατρός. Cephisus erat pater Diogeneæ, quæ Phrasimo nupta peperit Praxitheam Erechthei uxorem, ex quibus parentibus nata Creüsa, ut docet Apollod. Bibl. III. 14. 1. Cephisus autem fluvius erat Atticus. Quare Ταυρόμορφον vocat, quia fluviis Tauri sacri, de qua re vide ad Iphigen. Aul. 265. Orest. 1363. Quin hoc poëtis est solenne, ut fluvios tauris similes effingerent, etiam Latinis: ut Horatius, Od. IV. 14. *Tauriformis volvitur Aufidus.* Et hoc, ut volunt, fit ob analogiam quandam; quoniam hi fluvii, cum impetu erumpentes, tauris similem edunt gemitum; vel, ut Hellanicus sensit, quia terram sulcare, tanquam boves aratores, videntur; vel, ut aliis placet, quia circa ripas fluminum tauri magis audiantur mugire, ob uberiora pascua. Et sane pictores ita fluvios fingere solebant, aliquando Taurina, aliquando quoque humana specie, sed et sic etiam humano capiti nonnunquam

cornua affigebant: de qua re, ut de *tauriformibus* fluviis, et præcipue de Cephiso, vide Cœl. Rhod. Lection. Antiq. XVII. 33. BARNES.

1262. ἀναβλέποντα φλόγα. Talia de serpentibus commenta apud Veteres non penitus fide indigna judicata sunt. Diod. Sic. III. 37. ἀποφαίνονται ὄφεις διὰ τοῦ πυρωποῦ τῶν ὀφθαλμῶν ἀστραπῇ παραπλησίως ἀποτυφλοῦν τὴν ὅρασιν κ. τ. λ. MUSGR.

1267. πετραῖον ἅλμα. Vide supra ad v. 1236. BARNES.

1270. ἀνεμετρησάμην. Id est, ἐπειρησάμην. BARNES.

1273. εἰς Ἅιδου δόμους. Post hæc verba inserendos arbitror v. 1278. cum duobus sequentibus. Nam quod dicitur, v. 1274. nec altare, nec templum, Creüsæ saluti fore, manifeste respicit opinionem ejus, quam v. 1280. enunciat poëta. MUSGR.

1275. ὁ σός. Ita optime Aldina. Sensus est: *miseratio, quam Tu commovere cupis, mihi et matri meæ potiori jure debetur.* Scaligero placet ὅσος. MUSGR.

1287. Ita, distinctione post ἐγενόμεσθα posita, vertendum: *At fuimus: de conditione mea priori loquor.* BECK.

1297. οὐ λόγοις. Hæc, pro meo quidem sensu, perquam inficeta sunt. Id enim simpliciter quæritur, quo jure Xuthus Athenis regnet? Ad hanc quæstionem si ita respondet Ion, eum optimo jure regnare, quippe qui urbem ab hostibus liberaverit, optime respondet; male autem, ut mihi videtur, si Xuthum *non verbis* sed armis pro Atheniensibus pugnasse ait. Quare *non verbis?* aut quorsum hæc spectant? Valde sane vereor, ne librariis putidum hoc emblema debeamus. Quid multa? Euripides scripsit Ὅπλοισιν αὐτὴν, ὡς λέγουσ', ἐῤῥύσατο. Recte, ὡς λέγουσιν, *ut ferunt.* Nihil enim ejus scire poterat puer innocentissimus, nisi quod fama ad aures suas pervenerat. JACOBS.

1300. In hoc versu verbum μέλλων ex præcedente temere repetitum esse suspicor. Fortasse scribendum: ὡς μὴ θάνοιμί γ', εἰ σὺ μὴ βλέπων τύχοις. *Ut scilicet te interfecto, ipsa ne interficerer.* Βλέπειν tum simpliciter, tum adjunctis vocabulis φάος, φέγγος, ἡμέραν et aliis, pro *vivere* positum sexcenties apud tragicos occurrit. JACOBS. Vide ad Alcest. 18. Supp. 77.

1309. ἐν στέμμασιν. Id est, *super aram:* aras enim sertis redimire mos erat. Ovidius Trist. V. 5. 9. *Araque gramineo viridis de cespite fiat, Et velet tepidos nexa corona focos.* Archias in Anthol. H. Steph. p. 77. οὔτ' ἐπιδευῆ Εἴαρος ἀθρήσεις βωμὸν ἐμὸν στεφάνων. MUSGR.

1310. λυπήσομέν τιν'. *Apollinem* innuit. BARNES.

1315. ἐνδίκοις. Regitur ab ἐχρῆν, quæ admodum rara est constructio. MUSGR.

1325. ἔκτεινεν. Vide ad Alcest. 23. Herac. 998.

1328. δάμαρτες. Pro μητρυιαί. De novercis autem vide supra ad v. 1025. BARNES.

1330. Μὴ ταῦτα. *Apage hæc.* Interpungendum enim post ταῦτα. MUSGR.

1332. Leget Porsonus καθαρὸς, Advers. p. 270. Sic δίκαιος, non δικαίως, Æsch. Theb. 424.

1334. μὴ σύ γ'. Vide ad Hec. 405.

1336. τόδ' ἄγγος χερὸς κ. τ. λ. Ineptæ lectionis ineptior etiam explicatio Latini interpretis: *Vides hoc vas sub meæ manus ulnis?* Facili conjectura corrigo: Ὁρᾷς τόδ' ἄγγους κύτος ὑπ' ἀγκάλαις ἐμαῖς. Versu 37. nostræ tragœdiæ: πλεκτὸν ἐξάρας κύτος. et propius adhuc ad nostram emendationem in Cycl. 398. τὸν μὲν λέβητος εἰς κύτος χαλκήλατον. Alcman. ap. Athen. X. p. 416. C. καὶ πόκα τοι δώσω τρίποδος κύτος. Vide ad Suppl. 1209. Abresch. in Æschyl. II. p. 281. JACOBS.

1337. ἀντίπηγα. Vide ad v. 19.

1346. ἐνθύμιον. Pluribus exemplis illustratum vide ad Herc. Fur. 710. Quibus adde ἐνθύμιον ποιησάμενος, Aristid. Vol. I. p. 284. Ed. Jebb. ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο, Herodot. VIII. 54. MUSGR.

1350. Vulgo σπαργάνοισιν· οἶσθα σύ. Reiskius emendat: ἐνθάδε κέκρυπται σπάργαν', οἷς ἐνῆσθα σύ. Hic (in hac arcula) *conditæ jacent fasciæ pueriles, et crepundia, in quibus olim situs fuisti tu.* BECK. Ita etiam Porsonus qui confert Æschyl. Choëph. 753. παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις. Agam. 1615. τυτθὸν ὄντ' ἐν σπαργάνοις.

1356. γνώσει. Futurum indicativum pro imperativo hic accipiendum videtur. Sic Horatius: *Arcanum neque tu scrutaberis illius.* MUSGR.

1359. Edi debuit ὅτου δ' ἐβούλετ', ut legendum recte monuit Miltonus, cum in Aldina esset ὅτου δ' ἐβούλεθ' οὕνεκ'. Subaudiri utique ἕνεκα non infrequens. Vide Hesiod. Op. D. 329. Nostri Orest. 739. quæque alia dat Lambertus Bos. v. ἕνεκα. MUSGR.

1366. Ἑλλάς. Pro Ἑλληνική, subaud. γυνή. Vide infra ad v. 1372. MUSGR.

1367. Verba ὃς μετέσχε τῆς τύχης vertit Heathius: *qui hujus eventus quodammodo auctor fuit;* scil. quando in animo Pythiæ posuit, ut et infantem tolleret, et involucra ejus conservaret. BECK.

1372. οἰκέτην βίον. *Servam vitam*, pro *servilem*. Nec infrequens est, appellativis et substantivis propriis pro possessivis uti, ut Ἑλλὰς φωνὴ, pro Ἑλληνικὴ, et paulo supra, v. 1366. Ἑλλὰς, pro Ἑλληνικὴ, subaud. γυνή. Θρῆξ στρατὸς, Euripid. Rhes. 426. Barnes. Vide ad Iph. T. 331.

1390. περίπτυγμ'. *Ambitus*. Male interpres *operculum*. Musgr.

1391. ἔκ τινος θεηλάτου. Subaudi τύχης, vel βουλῆς. Barnes.

1395. σιγᾶν σὺ πολλὰ κ. τ. λ. Est hoc taciturnitatem accusantis, cum ex Creüsæ responsione appareat, eam ob loquacitatem reprehensam fuisse: οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά· μή με νουθέτει. Itaque legendum: σιγᾶν σὺ φαύλη καὶ πάροιθεν ἦσθά μοι. Est φαύλη σιγᾶν, ut φαύλους μάχεσθαι, Iphig. T. 295. Musgr. Hæc lectio, specie non destituta, ut tamen genuinam Euripidis scripturam præstet, vereor. Nulla enim, quantum intelligo, in totius actionis cursu pars est, unde Creüsam loquacitate sibi malum peperisse appareat. Nisi tamen hoc est, non video, quomodo Chori reprehensio locum habeat. Altius latet ulcus et gravius, quam præstantissimi viri suspicati sunt; idem tamen leni medicina sanandum. Vulgata lectione paulo curiosius considerata, non improbabiliter mihi emendasse videor: σιγᾶν σε πολλὰ καὶ πάροιθ' ἐν ἀσφαλεῖ. *Et antea tibi tutius erat, quod omnino tacebas;* et nunc tibi suadeo, ut taceas, ne hominum ora iterum in te convertas. Quibus aptissime Creüsa subjicit hæc οὐκ ἐν σιωπῇ κ. τ. λ. *Non ea est rerum mearum conditio, ut tacere possim; ne mihi hoc suadeas.* Plane Euripideum σιγᾶν σε ἐν ἀσφαλεῖ, ut apparebit comparanti Hippol. 779. τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίου. ubi vide Valckenærium, p. 247. C. qui eandem locutionem cum similibus illustravit ad Herod. IV. p. 275, 23. Noster in Hec. 960. ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἦδ' ἐρημία. Jacobs.

1397. Barnesius ᾧ 'ξεθήκ', quod fortasse rectius. Cf. v. 1412.

1399. Κέκροπος ἐς ἄντρα κ. τ. λ. De hoc antro sub arce sito, et de rupibus Macris, vide supra ad v. 13. Dicitur autem *Cecropis antrum*, quia in Cecropia erat; hoc est sub acropoli. Plinius: *oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam, quæ nunc est Athenis.* Hinc v. 936. Κεκροπίας πέτρας vocat. Πετρηρεφεῖς recte Johannes Brodæus vertit, *petra concameratas*, ubi caverna est rupem suspendens. Barnes.

1405. ῥυσιάζομαι. De hoc verbo vide, quæ diximus ad v. 525. ῥυσιάζομαι λόγῳ videtur esse allusio ex foro petita, ubi, qui alicujus rei possessionem petebant, ficta vi utebantur,

i. e. formula verborum, non manus injectione, sibi vindicabant. Sic certe Romani. Heinecc. Antiq. IV. 6. 24. Musgr.

1407. ἔκτεινες. Vide supra v. 1325. Barnes.

1408. παῖς γ'. Refertur ad 'Εγὼ φίλος σός: quod præcessit. Barnes.

1420. γοργῶν μέν. Subaudi ἐστὶν, ὑφαίνεται, ἢ τοιοῦτό τι. Barnes. Vulgo ἠτρίων πέπλων. Legendum haud dubie ἠτρίοις πέπλων, *peplorum staminibus.* Musgr.

1422. κεκρασπέδωται. Est κράσπεδον, *ora, fimbria vestis* proprie; quasi κρεμάμενον εἰς πέδον. Hinc κρασπεδόω eleganter *fimbria circumdo.* Barnes.

1425. εὐτυχεῖς. Optime Piersonus εὐστοχεῖς, *bene conjicis.* Verisim. p. 13. Musgr.

1426. δράκοντες ἀρχαῖον κ. τ. λ. Insigni felicitate correxit Porsonus δράκοντε μαρμαίροντε πάγχρυσον γένυ. Cf. v. 23. ubi et loca, quæ hanc historiam tradunt, indicantur.

1432. στέφανον ἐλαίας κ. τ. λ. Neptunus et Minerva de Cecropia certabant, utri urbs dicaretur et cujus ferret nomen. Neptunus tridente scopulum percussit, unde mare erupit; Minerva cuspide tetigit, unde nata est tum primum olea; quæ fere immortalis habebatur, et semper virens; adeo ut etiam a Medis exusta, denuo refloruerit. Ovid. Metamorph. VI. 70. *Cecropia Pallas scopulum Mavortis in Arce Pingit,* &c. Vide Apollodor. Biblioth. III. 13. 1. Meursii *Cecrop.* c. 19. Similem vero locum habemus infra v. 1480. Ἃ σκοπέλοις ἐπ' ἐμοῖς κ. τ. λ. Barnes.

1435. ἐλαίας ἀκηράτου. Theophrastus Histor. Plant. IV. 14. τὴν δὲ μακροβιότητα μαρτυροῦσιν ἐπί γε τινῶν καὶ ἡμέρων καὶ ἀγρίων, καὶ αἱ παραδεδομέναι φῆμαι παρὰ τῶν μυθολόγων· 'Ελαίαν μὲν γὰρ λέγουσι τὴν 'Αθήνησι κ. τ. λ. Plinius N. H. XVI. 44. *Athenis quoque olea durare credita in certamine edita a Minerva.* Hæc Brodæus; quibus adde Soph. Œd. Col. 725. seq. Musgr.

1475. οὐχ ὑπὸ λαμπάδων, κ. τ. λ. De nuptialibus facibus et Hymenæi tæda, vide ad Helen. 639. Barnes.

1477. ἔτικτε σὸν κάρα. Id est, *te.* Cf. Heraclid. 539. Barnes.

1479. ἴστω Γοργοφόνα. Id est, *Testis sit Gorgonis interfectrix Minerva.* Sic Ἴστω νῦν Ζεὺς αὐτός, Hom. Iliad. K. 329. Ubi Scholiastes: γινωσκέτω, μάρτυς ἔστω. Ex Brodæo. Musgr.

1480. ἃ σκοπέλοις ἐπ' ἐμοῖς. Vide similem locum supra ad v. 1433. Barnes.

1492. πλάνους. *Errores;* i. e. rudimenta, tirocinium: vide v. 1418. Musgr.

1494. Valckenærius ad Phœn. 45. negat, τροφεῖα de *ali-*

mentis dici. Sed contra stat hic versus, et Sophoclis Œd. Col. 353. Musgr.

1511. πρὸς τὰ τυγχάνοντα νῦν. *Si comparetur cum his, quæ nunc acciderunt.* Sic solent Græci πρὸς adhibere, quod etiam Lexica vulgaria non omiserunt, adducto ex Platonis Ep. VII. loco: σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτα μοὶ βλάβη. Vide et Viger. de Idiotism. IX. 8. 13. Male igitur Barnesius πρὸς τὰ τυγχάνονθ' ὁρῶν. Musgr.

1516. περιπτυχαῖς. Interpretor: περιειλιγμοῖς, *circumvolutionibus.* Musgr.

1529. νίκην 'Αθάναν. Vide supra ad v. 460. Musgr.

1549. ὑπερτελής. Exstat vox Soph. Trachin. 14. Æsch. Agam. 294. Ab ὑπερτέλλω fluere nihil prohibet, eadem sc. analogia, qua ἀμφιθαλὴς a θάλλω, ἐπισφαλὴς a σφάλλω, περισκελὴς a σκέλλω. Quod eo probabilius est, quoniam ὑπερτέλλων non raro eadem potestate legitur, quam hic habere debet ὑπερτελής. Vide Hecub. 989. Orest. 6. 828. Musgr.

1550. ἀνθήλιον. *Solis ad instar fulgens.* Sic Homero ἀντίθεος pro θεοείκελος. Barnes.

1551. μὴ τὰ δαιμόνων 'Ορῶμεν. Vide Callimach. Hymn. in Lavacrum Pallad. 101. ibique, si vacat, Spanhemium. Musgr.

1553. μὴ φεύγετ' κ. τ. λ. Hic videtur poëta noster personarum numerum frustra et sine causa augere; quia Mercurius, qui prologum egit, potuit quoque huic epilogo sufficere, et forte magis decore, quam Minerva, quæ virgo erat. Sed dicendum, magis hæc Minervæ convenire, cui domus Erichthonii præcipue cordi erat, et Athenis præcipue ipsa colebatur, et Apollinis erat paulo amantior. Gratior autem erat Atheniensium theatro Divæ patriæ adspectus; et recte Apollo per se non jam apparet, utpote quem pudor retraheret. Barnes.

1563. ἐπεὶ δ' ἀνώχθη πρᾶγμα. Sc. cum proditum esset, Creüsæ Ionem Apollinis oraculo filium Xutho datum esse. Respicit enim enunciationem Chori, quæ supra legitur a v. 774. ad v. 798. Musgr.

1566. ἔμελλε δ', αὐτὰ διασιωπήσας. *Alioqui consilium ei fuerat, hæc reticentem.* Musgr. De Apolline aperte hoc in loco dicitur. Male Brodæus de Xutho capit, qui harum omnium rerum ignarus fuisse putatur. Barnes.

1569. θεῷ. Scaliger legit θεοῦ. Sed et θεῷ stabit, si *illius vice* exponas, ὑπὲρ τοῦ θεοῦ. Barnes.

1570. ἐζεύξαθ'. Scil. *Xuthus et Creüsa.*

1577. ἐπώνυμοι γῆς κ. τ. λ. Tribus Atticas ab Ionis filiis no-

mina accepisse, cum Euripide tradit luculentus auctor Herodotus; V. 66. eumque forte secuti, Pollux, VIII. 111. et Stephanus Byzantinus v. Αἰγικορέως. Favet porro huic opinioni ipsum Hopletis nomen, cujus filiam Ægeo nupsisse tradunt Apollodorus, Bibl. III. 14. 6. Tzetzes ad Lycophron. 494. Fuere tamen etiam priscis temporibus, qui traderent, populum Atheniensem secundum vitæ instituta ab Ione distributum fuisse, atque inde desumta esse nomina, Τελέοντες, Ὅπλητες, Ἐργαδεῖς, Αἰγικορεῖς. Docent hoc Strabo, VIII. p. 383. et Plutarchus in Solone, p. 166. Ed. Steph. quanquam in expositione vocis Αἰγικορεῖς dissentientes, quam Plutarchus *Pastores* interpretatur, Strabo *Sacerdotes*. Rectius Strabo, quod et hic ipse Euripidis locus ostendit, et traditio de Ione: Athenienses ab eo, plane ut Romanos a Numa, religione imbutos fuisse. Plutarch. adv. Coloten; Op. Mor. p. 2062. Reliqua nomina, Plutarcho auctore, sic exponenda sunt: ὅπλητες, vel, ut ille vocat, ὁπλῖται, *militares; ἐργαδεῖς, operarii; τελέοντες, agricolæ;* quibus æquipollent Strabonis φύλακες, δημιουργοὶ, γεωργοί. Nulla hic quoad ὅπλητας et ἐργαδεῖς difficultas: τελέων an *agricolam* unquam significaverit, valde dubito: videturque id nomen melius convenire τοῖς ἐν τέλει, iis, penes quos summa imperii erat, i. e. εὐπατρίδαις, ex quibus omnes magistratus, saltem usque ad Thesei et Solonis tempora, Athenis electi. Plutarch. in Theseo, p. 20. in Solone, p. 160. Verum si singulæ tribus, ex Ionis descriptione, ex totidem hominum generibus constabat, mutata est postea reipublicæ forma. Testatur enim Pollux, singulas tribus priscis temporibus ex tribus phratriis constitisse, phratrias vero in tribus secundum vitæ instituta descriptas fuisse; in unaquaque enim tribu unam εὐπατριδῶν phratriam fuisse, aliam γεωμόρων, tertiam denique δημιουργῶν. Pollux; VIII. 111. quocum confer Hesychium in ἀργιῶτας et δημιουργούς. Diod. Sic. I. 28. Plutarch. in Theseo, p. 20. Sed ut, unde abii, revertar. Fieri potest, ut Ionis liberi revera audierint Teleon, Hoples, Ergades, Ægicoreus, licet ea nomina a diversis vitæ institutis desumta sint. Quid enim credere vetat, si post descriptam ab Ione reipublicæ formam nati sunt, talia nomina ipsis ad rei memoriam utcunque conservandam imposita esse? MUSGR.

1579. Τελέων. Ita scribunt præter Euripidem Plutarchus et Pollux, confirmatque Apollodorus, qui Τελέοντα quendam commemorat; Lib. I. 9. 16. Plures quoque ejus nominis novit Apollon. Rhod. I. ubi videndus et Scholiastes. Γελέοντα vocant Herodotus et Steph. Byzantinus. Mox emendo εἶτα δεύ-

τερον, Ὅπλητες, Ἐργαδεῖς τ', ἐμῆς τ' ἀπ' Αἰγίδος Ἔμφυλον ἕξουσ' Αἰγικορεῖς κ. τ. λ. præeunte Cantero, præterquam quod Ἀργαδεῖς legit, non Ἐργαδεῖς. Sensus est: *Secundum deinde Hopletes, alium Ergades, ultimum ab Ægide mea denominati Ægicorenses tribulem habebunt.* Omnia ἐλλειπτικῶς, præter morem Euripidis. In Ed. Ald. sic legitur: εἶτα δεύτερος Ὁ πάντες ἀργολῆς τ' ἐμῆς ἀπ' Αἰγίδος Ἔμφυλον ἕξουσ' Αἰγικορῆς. MUSGR.

1583. Κυκλάδας ἐποικήσουσι νησαίας πόλεις. Nonnulli hæc de Insulis Cycladibus dictis sumunt, alii vero referunt ad Ἰωνικὰς τὰς δώδεκα πόλεις ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Καρίας καὶ τῆς Λυδίας, quas ipse poëta mox notare videtur per Χέρσους τε παράλους. Thucydides, I. Καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ Νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν. De his vide Strabon. VIII. et XIV. et supra ad v. 74. BARNES.

1590. Δῶρος. De eo vide Strabon. VIII. p. 383. MUSGR.

1592. Ἀχαιός. Achæus, Xuthi alter filius, homicidio imprudenter facto, in Laconiam secessit, unde Achæi dicti, qui oram maritimam incolunt, juxta Rhium, promontorium Peloponnesi in Achaia ad fauces sinus Corinthiaci ad Antirrhium promontorium. Strabo; ubi supra. BROD.

1596. Est λοχεύω proprie *pario*, hoc in loco, more Hebræorum, qui verba in Kal pro verbis in Hiphil utuntur, *parere facio.* Non hoc dico Euripidem ex Hebræis duxisse; sed certe eodem modo plus semel verbis utitur. Vide ad Hecub. 523. Sic D. Matth. v. 45. Ἥλιον ἀνατέλλει exponitur ἀνατέλλειν ποιεῖ. Cf. 1 Sam. viii. 22. 2 Corinth. ii. 14. BARNES.

1611. εὐωποί. Scil. εἰσί.

FINIS NOTARUM IN IONEM.

NOTÆ

IN

HERCULEM FURENTEM.

NOTÆ IN HERCULEM FURENTEM.

2. Ἀμφιτρύων', ὃν Ἀλκαῖος κ. τ. λ. Danaus, Hypermnestræ pater; Illi ex Lynceo, Ægypti filio, natus Abas, huic Acrisius, huic Danaë filia, huic ex Jove Perseus, huic Alcæus, pater Amphitryonis, ut et Electryon, pater Alcmenæ, unde Hercules. Barnes.

6. ἀριθμὸν ὀλίγον. *Quinque* sc. quos recensent Nostri Scholiastes ad Phœn. 680. Apollodorus III. 4. 1. Scholiastes Apollon. Rhodii ad Lib. III. Musgr.

7. Non immerito hæc lectio suspecta visa est Musgravio, qui πόλιν στέφουσι conjicit. Eleganter id quidem, sed verius mihi videtur, non unam ob causam, quod mihi in mentem venit οἳ Κάδμου πόλιν Πυργοῦσι παίδων παισί. *qui Cadmi urbem filiorum filiis firmant et ad insignem altitudinem evehunt.* Suidas πυργοῦται· ὑψοῦται· et rursus Πυργώσας· ὑψώσας, αὐξήσας, μεγαλύνας· ἐπὶ τὸ σεμνότερον ἀγαγὼν τὰ ποιήματα. ἐν Ἐπιγράμματι (Antipatri Thess. LVII. Anal. V. P. T. II. p. 124.) Ὁ τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν Πυργώσας στιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ. quæ ducta sunt magnam partem ex Aristoph. Ran. 1004. ἀλλ' ὁ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον. Noster in Supplic. 997. ἡνίκα γάμων τῶν ἐμῶν πόλις Ἄργους ἀοιδὰς εὐδαιμονίας ἐπύργωσε. In hac ipsa Tragœdia, v. 468. τρεῖς δ' ὄντας ὑμᾶς τριπτύχοις τυραννίσι Πατὴρ ἐπύργου. Vide plura ap. Spanhemium ad Julian. p. 135. Abreschium in Æschyl. I. p. 181. Nostra igitur emendatione admissa, Sparti dicuntur progenerasse sobolem, quæ Thebas defenderet ejusque civitatis dignitatem sustineret augeretque. Qui aliis præsidio sunt, et tanquam murus adversariorum impetus excipiunt et retundunt, πύργοι appellantur, cum apud alios poëtas, tum apud Nostrum, in Alcest. 323. καὶ παῖς μὲν ἄρσην πατέρ' ἔχει πύργον μέγαν. Med. 394. ἢν μέν τις ἡμῖν πύργος ἀσφαλὴς φανῇ. Confer Eustathium ad Il. Z. p. 474, 19. Jacobs.

10. ἦν. Reiskius et post eum Tyrwhittus ἧς. Recte quidem; nam ἀλαλάζειν τινὰ Græce vix dicitur. MUSGR.

15. Κυκλωπείαν. Vide ad Iphig. Aul. 151. MUSGR.

17. Ἠλεκτρύωνα. Amphitryon invitus Electryonem, Alcmenæ patrem et amicum, occidit, de qua re videsis Apollod. Bibliothec. II. 4. 6. Homeri Scholiast. ad Odyss. Λ. 265. Καὶ Ἀμφιτρύων ἀποκτείνας ἀκουσίως Ἠλεκτρύωνα, φεύγει εἰς Θήβας. BARNES.

21. Porsonus emendat τοῦ χρεὼν μετά.

*23. Ταινάρου διὰ στόμα. De Herculis ad inferos per hunc locum descensu ita Apollodorus Biblioth. II. 5. 12. Καὶ παραγενόμενος ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς, οὗ τῆς Ἅδου καταβάσεως τὸ στόμιόν ἐστι, διὰ τούτου ἀπῄει. BARNES.

24. τρισώματον κύνα. Id est, Κέρβερον, τὸν Κύνα Πλούτωνος, ὃν τρισώματον καλεῖ, ὅτι τρικέφαλος ἦν· φυσικῶς δ' οὐκ ἂν εἴη κεφαλὴ ἄνευ τοῦ σώματος. Et sane communiter tria capita Cerbero tribuuntur. Unde et Sophocles vocat τρίκρανον ᾅδου σκύλακα, et κύων τρικάρηνος aliis dicitur. Sed latius Hesiodus vocat Κέρβερον πεντηκοντακάρηνον, Theogon. v. 312. Et Horatio dicitur Od. II. 13. *Bellua centiceps*. Et Tzetzes: Ἐκεῖ δὲ λέγουσιν εἶναι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς· ἃς φυλάσσει ὁ Κύων τοῦ Ἅδου, ὃς ἔχει ἑκατὸν κεφαλάς. Et idem tamen Horatius tria capita quoque illi affigit, eodem Carminum libro, Od. 19. *Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum leniter atterens Caudam et recedentis* trilingui Ore *pedes, tetigitque crura*. Quæ quidem opinio usitatior, et a Virgilio quoque, Ovidio, Tibullo, confirmata. Pausanias Laconic. p. 108, 41. Ἀλλὰ Ἑκαταῖος μὲν ὁ Μιλήσιος λόγον εὗρεν εἰκότα, Ὄφιν φήσας ἐπὶ Ταινάρῳ τραφῆναι δεινόν· κληθῆναι δὲ Ἅδου κύνα, ὅτι ἔδει τὸν δηχθέντα τεθνάναι παραυτίκα ὑπὸ τοῦ ἰοῦ. BARNES.

27. Δίρκης τις εὐνήτωρ Λύκος. Prioris hujus Lyci historiam enarrat Apollodorus; III. 5. 5. MUSGR.

29. λευκοπώλω. Idem epitheton exstat Phœn. 606. ubi recte Valckenærius de Amphione et Zetho intelligit, hujus maxime loci subsidio usus, nec tamen negligens Hesychium, v. Διόσκουροι. Barnesius, non inepte, honoris indicium apud Veteres fuisse putat *Equis albis vectari*, unde Jason apud Pindarum: λευκίππων δόμους πατέρων φράσσετέ μοι. Pyth. IV. Stroph. 6. confer Lib. Judic. v. 10. MUSGR.

35. ἀνηγμένον. Amicus quidam Musgravii recte in ἀνημμένον mutare videtur. HERMANN. Cf. v. 472.

43. μήτρωσιν. *Avis maternis*. Pindarus Olymp. IX. Stroph. III. ubi Scholiastes: νῦν ὁ Πίνδαρος τὸν ἐκ μητρὸς πάππον μήτρωα

ὀνομάζει. Musgr. Reiskius docuit, pluralem sic pro singulari poni, sed monuit etiam, posse in μήτρωσι præter avum maternum intelligi *fratres matris*, scil. *avunculos*. Beck.

45. τροφόν. Legendum, cum Elmsleio, τροφέα. Recte monet V. D. in Censura Trimestri, T. VII. p. 447. nomen τροφὸς in genere masculino nunquam usurpari.

50. Μινύας. Orchomeni incolas, *quibus cum Thebani vectigales essent*, Herculis *ope libertatem recuperarunt*. Vide Apollod. II. 4. 11. Diod. Sic. IV. 10. Musgr.

51. χρεῖοι. *Indigi*. Heath. Adjectivum χρεῖος, de quo non cogitarunt interpretes, exstat infra 1308. Æsch. Suppl. 210. et in fragmento Andromedæ apud Stobæum Tit. XCI. Philo Judæus de Cosmopœia: μὴ γὰρ χρεῖός ἐστιν, ᾧ πάντα ὑπήκοα. Musgr.

53. Reiskius ἐκσφραγίζειν vult esse *excludere aliquem domo*, ceris velut et signis appositis arcere. Beck.

59. ἔλεγχον. Accusativus absolutus est; de quo vide ad Orest. 1475. In similibus nonnulli participium ὁρῶν subintelligere solent.

60. De Taphiis ab Amphitryone subactis vide Apollodor. II. 4. 7. et Plautum *Amphitryone*, passim. Musgr.

63. ἀπηλάθην τύχης. *Expers eram fortunæ*. Isocrat. Evagora: ἀπεληλαμένον τῆς πολιτείας. Maxim. Tyr. Dissert. XXI. ἀπεληλαμένην τοῦ ὑγιεινοῦ. Idem Dissert. XXXIII. βάναυσος ψυχὴ, ἀπεληλαμένη λόγου. Vide et Dissert. XL. in fine. Xenoph. p. 7. Themist. p. 90. C. Plutarch. Agesil. p. 1125. Ed. H. Steph.—οὔτ' εἰς πατέρ'. *Nec quoad patrem*. Opponi debuit in sequentibus οὔτ' εἰς πόσιν, *nec quoad maritum*. Sed hoc videtur latere in κἄμ' ἔδωκε παιδὶ σῷ. Musgr.

71. Vulgo ὑποπτέρους. Recte Piersonus ὑπὸ πτεροῖς, conferens Heraclid. 10. Musgr.

72. σώζω νεοσσοὺς, κ. τ. λ. Vide ad Alcest. 416.

75. τῷ νέῳ. Id est, τῇ νεότητι. Vide ad Ion. 547. Barnes.

80. Vulgo ἢ πέδον. Canterus ἔμπεδον. Legendum ἢ πόρον. Est πόρος σωτηρίας apud Josephum XX. 3. 1. et de vita sua, sect. 3. Musgr.

81. εὐμαρίζει. *Facilem*, i. e. *in promptu habes;* ab εὐμαρής. Sensu paulo diverso occurrit supra v. 18. ubi *lenire*, i. e. *facilius reddere*, sonat.

86. λέγ' εἰς τὸ κοινὸν, κ. τ. λ. Videntur dura verba sic exponi debere: *dic, annon expeditum et consultum sit mori, et annon tempus tantummodo trahamus absque fructu, quum non valeamus cædem arcere*. Reisk.

87. χρόνον δὲ μηκύνωμεν. Supple μόνον, ut in Hec. 1007. Vide et ad Hipp. 358.

90. προσδεῖς. Male vulgo, quod et habet contextus, προσδεῖ σ'. Vide Iph. Aul. 41. Troad. 801. Musgr.

95. γένοιτ' ἂν, κ. τ. λ. In Libris ἔτ' abest, quod recte reposuit Matthiæ.

103. οἵ τ' εὐτυχοῦντες κ. τ. λ. In hanc sententiam vide ad Iphig. Aul. 161. Barnes.

105. οὗτος δ' ἀνὴρ κ. τ. λ. Theocritus: Idyll. IV. 42. 'Ελπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες. At vetustissimus poëta, Linus, optime: Ἔλπεσθαι χρὴ πάντ'· ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον. Ῥᾴδια πάντα Θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν. Barnes.

108. Barnesius ex Scaligeri conjectura post γεραῖα addidit λιπών. Musgravio ἐστάλην in ἐξῆλθον mutandum videbatur. At μέλαθρα καὶ δέμνι' ἔρεισμα θέμενος idem est ac si dixisset, μέλαθρα καὶ δέμνια σὺν βάκτροις διαπορευόμενος. Sic in Ione 743. βάκτρῳ δ' ἐρείδου περιφερῆ στίβον χθονός. Herm. Pro ἐστάλην Elmsleius satis probabiliter ἐξέβην conjecit, quod verbum supra v. 82. cum accusativo struitur. Hac emendatione admissa, recte procedunt omnia; Hermanni autem interpretatio dura nimis et aspera videtur. Ad constructionem illustrandam nonnihil faciunt etiam ea, quæ attulit Musgravius. Herod. V. ἐξελθόντα τὸ ἄστυ Σαλαμινίων. Polyb. p. 586. B. τὴν πύλην οὐδεὶς ἐξιέναι θαῤῥήσει. Idem p. 630. A. ἐκπορευόμενος τὸ βουλευτήριον. Dionys. Halicarn. p. 252, 44. τὰς πύλας ἐξεληλυθότι. Aristid. Orat. Sacr. III. ἐξιόντι δέ μοι τὰ προπύλαια.

110. πολιὸς ὄρνις. Id est, *cygnus*. Musgr.

111. ἔπεα μόνον κ. τ. λ. Recto casu ponitur, et a senibus de se dictum accipi debet. Beck.

114. πατρὸς ἀπάτορ'. De hoc locutionis genere vide ad Phœn. 324. Androm. 603.

118. Comma post προκάμητε ponendum: nam πόδα cohæret cum ἀνέντες, *remittentes*, de cursus vigore scilicet. Beck.

120. Ante ἀνέντες syllaba deest. Fortasse ἐξανέντες scribendum. Rarior est remittendi significatio in forma ἐξανίημι. Sed habet Sophocles in Philoct. 705. Sensus est: *ne fatigemini, pedem senio gravem remittentes, velut equum jugalem in loco acclivi.* Herm.

121. κῶλου. Ita pro Aldino πώλου præbuerunt MSS. Stephani. Intelligitur *pes titubans*. Eamdem rem similiter in Ione 743. per περιφερῆ στίβον χθονὸς indicavit. Herm.

122. ὅτου. *Cujuscunque*. Legitur etiam ὅπου, sed, ut opinor, perperam. Heath.

132. Hæc sensu carent. Scribendum videtur: Τὸ δὲ δὴ κακοτυχὲς οὐ λέλοιπεν ἐκ πατρὸς Τέκνοις, οὐδ' ἀποίχεται χάρις. *At nimirum infortunium paternum non destituit liberos, neque exstinctus est decor;* oris scilicet paterni. Herm.

133. οὐ δ' ἀποίχεται χάρις. Sic etiam in Sophocl. Electr. 132. Herm.

146. Addidi θεὸν ex conjectura Erfurdtii. In Bacchis 440. Ζεὺς δ' ἔστ' ἐκεῖ τις, ὃς νέους τίκτει θεούς; Herm.

148. τί δὴ τὸ σεμνόν. Reiskius et Porsonus τί δῆτα.

151. βραχίονος ἀγχόναισιν. Graphice depingit Theocrit. Idyll. XXV. 266. Musgr. Nempe faucium compressu leonem Nemæum interfecit Hercules. Vide Apoll. Bibl. II. 5. 1. Hinc Cic. Tusc. Quæst. II. *O lacertorum tori, Vestrone pressu quondam Nemæus leo Frendens efflavit graviter extremum halitum?*

157. τόξ' ἔχων, Κάκιστον ὅπλον. Artem sagittariam nonnulli apud veteres, utpote timidis et imbellibus accommodatam, in contemptu habuisse videntur. Hinc Hom. Il. Λ. 385. Τοξότα, λωβητὴρ, κ. τ. λ. Soph. Aj. 1120. Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὰ φρονεῖν. Cf. etiam Q. Calab. III. 436. sqq. et vide Eustath. ad Hom. p. 851, 32. Schol. Aristoph. p. 290. Jure tamen multi, qui hujus artis peritissimi erant, inter fortissimos heroes recensentur; ut Teucer, Philoctetes, Meriones, alii. Unde eam strenue defendit Amphitryon, infra v. 185. sqq.

161. δορὸς ταχεῖαν ἄλοκα. *Velocem hastæ sulcum.* Metaphoram optime illustrat Sap. Salom. v. 12. LXX. ὡς βέλους βληθέντος ἐπὶ σκοπὸν, τμηθεὶς ὁ ἀὴρ εὐθέως εἰς ἑαυτὸν ἀνελύθη, ὡς ἀγνοῆσαι τὴν δίοδον αὐτοῦ.

162. ἀναίδειαν. *Crudelitatem.* Sic Pindar. Olymp. X. in fine: ἀναιδέα πότμον. Antholog. p. 47. ἀναιδεῖ ἄγρῃ. Emendat Piersonus ἀνανδρίαν. Mihi nullo modo necessarium videtur, ut Lycus crimine ignaviæ sese purget, priusquam objiciatur; cum præsertim consilium ejus prima facie non tam ignaviam indicet, quam crudelitatem. Nam quod postea timiditatis ejus mentio fuit, peperisse hoc videtur Lyci ipsius professio, se idcirco in domum liberosque Herculis animadvertere, ne postea cædem Creontis ulciscantur. Confer etiam v. 541. 549. Musgr.

174. ἠρόμην. Imperfectum pro præsenti, ut infra v. 1210. Musgr.

176. γίγασι. Adjectivi vim habet, ut νεανίαν infra v. 1067. νεανίαις, Helen. 1562. Hinc γίγασι πλευροῖς interpretor *lateri-*

bus giganteis, ut sit synecdoche partis pro toto, velut cum *mucro* dicitur pro *ense,* aut *puppis* pro *navi.* De Gigantibus Herculis ope profligatis videndi Diod. Sic. IV. 15. et Scholiastes ad Pindari Nem. I. Musgr.

179. Φολόην. Montem Arcadiæ, ut docet Strabo VIII. p. 388. D. De Herculis ad hunc locum pugna consulendus Diodor. Sic. IV. 12. et quos citat Rittershusius ad Oppiani Cyneget. II. 5. Musgr.

181. εἶναι δοκεῖν. Supple μόνον, ut supra v. 88. nisi malis cum Jacobsio pro his vocibus ἀναλκίδα substituere.

182. Vulgo Δίρφην. Legendum Δίρφυν. Simonides in Antholog. p. 205. Δίρφυος ἐδμήθημεν ὑπὸ πτυχί. Stephanus Byzantinus, citatus hic a Barnesio: Δίρφυς, ὄρος Εὐβοίας. Cæterum pendet in hoc versu vox ἐρωτῶν, nova sententia in sequenti inchoata. Simile exemplum vide Hippol. 23.—'Αβαντίδα. *Euboicam.* Strabo de Eubœa, X. initio: οὐ μόνον δὲ Μάκρις ἐκλήθη ἡ νῆσος, ἀλλὰ καὶ 'Αβαντίς. Rationem pete ex Scholiasta Homeri ad Il. B. 546. Musgr.

192. χεῖρα εὔστοχον. Vide ad Helen. 76.

200. Frustra hæc tentantur. Numero mutato posuit ὡρμισμένους, quoniam δρῶντά τινα idem est, ac si δρῶντας dixisset. Hoc, inquit, in prœlio prudentissimum est, dum hosti noceas, temet ipsum tutum præstare, non consistentem extra stationem a bona fortuna oblatam. Persimile illud est in Iph. Taur. 876. σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν ταῦτα, μὴ 'κβάντας τύχης, καιρὸν λαβόντας, ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν. Non est autem ἐκ τύχης ὡρμισμένους idem quod ἐξωρμισμένους τύχης, sed quoniam verbum ὁρμίζεσθαι etiam motus notionem continet, ἐκ τύχης dici potuit pro ἔξω τύχης, ut in Androm. 84. χρόνιος οὖσ' ἐκ δωμάτων. Herman. Phrasis eadem fere est, quæ in Med. 768. Musgr.

215. λόγους ὀνειδιστῆρας ἐνδατούμενος. *Verba exprobratoria dividens.* Sic interpretatur Kusterus ad Hesychium v. ἐνδατούμενος, ubi videndi interpretes. Musgr. Illustravit hunc verbi ἐνδατεῖσθαι et formulæ ipsius usum Brunck. ad Soph. Trach. 791. Beck.

217. εἷς. Si voluit auctor, unum Herculem ab universis Minyis victoriam reportasse, adstipulantes Historicos non habet. Tradunt enim ii, Herculem privatum quidem Orchomenios fudisse, sed non solum. Vide Diodor. Sic. IV. 10. Atque hoc, credo, est quod voluit Euripides, Herculem non publica auctoritate ducem electum, sed propria virtute impul-

sum, raptim congregata amicorum et æqualium manu, patriam liberasse. Musgr. Vide Apoll. Bibl. II. 4. 11.

222. ποντίων καθαρμάτων. Herculis in mari egregia facinora tangit auctor infra v. 397. Sophocles Trachin. 1029. Senec. Herc. Fur. 270. Mirum tamen, quæ ea fuerint, neminem diserte prodidisse. Solus Pindarus docet, θῆρας ἀϊδροδίκας in mari ab eo interfectos, Nem. I. antistr. 4. Vide Schol. in loc. Musgr.

231. Ἀτλαντικῶν ὅρων. Vide ad Hippol. 2.

235. Post λόγοις tacite supplendum e seq. versu κακῶς. *Tu quidem male dic nobis verbis, quibus exaggeratus es; ego te non verbis, sed ipsa re, affligam.* Beck.

238. ἄνωχθι. Vide ad Rhes. 984.

240. ἀμφήρη. *Undecunque aram cingentia.* Exstat vox ἀμφήρης non dissimili sensu Ion. 1128. De more ignem admovendi iis, qui ad aras confugissent, consulto agit Turnebus; Advers. IX. 12. non negligens Andromach. 257. Musgr.

246. δόμου. Scil. *vestræ.* Proprias et domesticas calamitates, quas ipsi passuri erant, indicat.

249. Vulgo λόχευμα, τοὺς. Reponit Piersonus λοχεύμαθ', οὓς. Pendet hujus emendationis veritas ex quæstione nondum dijudicata, sc. an ὁ pro ὃς in tragicis retineri debeat. Musgr. Sed vide ad Hipp. 525.

254. τῶν νέων. Male Piersonus ἐγγενῶν, Verisim. p. 222. putans scil. advenam Lycum indigenis Thebanis opponi. Oppositio est inter juventutem Thebanam, quæ Lyco se in clientelam dederat, et senes, ex quibus Chorus constat, qui imperium ejus detrectant. ἄρχει τῶν νέων, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ σὺ δεσπόσεις. Musgr.

257. ἀπέῤῥων. Hesychius: ἄπεῤῥε· ἀποφθείρου, πορεύου μετὰ φθορᾶς. Musgr.

259. οὐ τοσόνδε γῆς Ἔνερθ'. Juxta illud: Τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης. Barnes.

268. ᾠκήσαμεν. Recte vertit Elmsleius *administrassemus;* de qua verbi significatione vide ad Phœn. 611. Reddunt interpretes, aoristo repugnante, *incoleremus.*

282. πυρὶ καταξανθέντας. Vide ad v. 240.

284. δώμασιν. Leg. πολλὰ δαίμοσιν, *debemus diis multa bona.* Reisk. Probante Hermanno.

287. ἀμαρτύρητος. *Etiam testimonio non ornatus.* Dio Chrysostom. p. 615. A. μαρτυρήσαντες αὐτόν τινες καὶ ἐπαινέσαντες. Ubi μαρτυρεῖν raro exemplo accusativum adsciscit. Hinc Plutarcho μαρτυρεῖσθαι est *collaudari testimonio:* Op. Mor.

p. 849. Ed. Steph. μαρτυρεῖσθαι μᾶλλον, ἢ παρακαλεῖσθαι, δόξετε, iterumque, p. 1106. βούλονται γὰρ ὑπ' ἄλλων μαρτυρεῖσθαι. MUSGR.

290. Prepositio ὑπὲρ dativo juncta nunquam reperitur. Igitur vertendum: *Laborant infamia propter liberorum facta.* HEATH.

296. ἥκιστα. *Minime.* Qua voce Megara ipsa sibi respondet. *Virum stultum,* pergit, *oportet fugere, nec cum eo agere.* FAEHSE. Vulgo deficit interpunctio post ἥκιστα.

301. περιβαλεῖν σωτηρίαν. Ad verbum: *Salutem vestis modo inducere.* Insignis metaphora, nec optimis auctoribus ignota, nec Euripidi singularis: idem enim Iphigen. Aul. 923. Τοσοῦτος οἶκτον περιβαλὼν καταστελῶ. Sic Tacitus Annal. XII. *Quorum rex Izates societatem Meherdatis palam induerat.* Cæsar B. G. VII. *Se ipsi acutissimis vallis induebant.* Virgil. Æn. X. 681. *An sese mucrone ob tantum dedecus amens Induat.* Manifestius exemplum habes, Jeremiæ xliii. 12. *Induet se Ægypto;* i. e. possidebit eam. Quin Homerus, omnium elegantiarum pater, μεγάλην ἐπιειμένος ἀλκὴν, eodem modo dixit. BARNES.

306. ἐκμοχθεῖν. *Depellere,* ut infra ἐκπονήσω, v. 575. MUSGR. In Heraclid. 614. Μόρσιμα δ' οὔτι φυγεῖν θέμις· Οὐ σοφία τις ἀπώσεται, 'Αλλὰ μάταν ὁ πρόθυμος ἀεὶ πόνον ἕξει. HERMAN.

308. Recepi emendationem Porsoni ad Phœn. 5. χρεὼν pro θεῶν. Sic in versu illo apud Plutarchum in Cons. ad Apoll. p. 103. B. τό τοι χρεὼν οὐκ ἔστι μὴ χρεὼν ποιεῖν. HERMAN.

322. ἢ πρόθυμος εἶ. *Sicut vis.* Ita et Elmsleius. Vulgo εἴ.

328. Hoc in loco ἀλλὰ præter solitum pro *saltem.* Hesych. 'Αλλά· κἂν, ἢ ἐπὶ τάδε. Sæpe hac voce Euripides ita utitur; sicut non semel testabimur. BARNES.

337. Ald. παιδός τοι νεὼν ἐκλήζομεν. Tres Musgravii Codd. τὸν νεὼν, supra scripto τοί. Inepte Reiskius παιδὸς σοῦ γονεὺς ἐκληζόμην. Scaliger κοινεὼν ἐκληζόμην. Musgravius ποινεῶν'. At auctoritate hæc verba carent. Mihi quidem, proxime ad litterarum vestigia, sensus exigere videbatur, παιδὸς γονέα νῷν: *nobis,* inquit, i. e. *mihi et Alcmenæ.* Γονέα brevi ultima, ut alibi φονέα. Vide Porsonum ad Hec. 865. HERMAN.

344. Vide Pors. ad Orest. 389. HERMAN. Reisk. legit: εἰ δίκαιος, *si justus non es.* BECK.

345. Athenæus XIV. p. 619. C. λίνος δὲ καὶ αἴλινος, οὐ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ μολπᾷ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην. Et inde Eustathius, p. 1164, 8. Mirati rei insolentiam, temere corrigunt critici. Hoc dicit Chorus: *quemadmodum lugubre*

carmen Phœbus canit, felicem eventum ominans, sic ego quamvis ad inferos profectum Herculem laudabo, non prorsus de reditu ejus desperans. Exemplum talis αἰλίνου præbet illud Æschyli in Agamemnone; αἴλινον, αἴλινον εἰπέ· τὸ δ' εὖ νικάτω. HERMAN.

356. πρῶτον μὲν Διὸς ἄλσος κ. τ. λ. Hinc incipit catalogus Herculis laborum, de quibus vide Virg. Æn. VIII. 288. *Ut prima novercæ Monstra manu geminosque premens eliserit angues: Ut bello egregias idem disjecerit urbes, Trojamque Œchaliamque; ut duros mille labores Rege sub Eurystheo, fatis Junonis iniquæ, Pertulerit,* &c. Item Apollonii Scholiasten ad Argon. IV. Senecæ Herc. Fur. 527. Ovid. Metam. IX. Fabul. 3. *Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore Busirin domui?* &c. Nostri Heraclid. 943. Ion. 1161. BARNES.

359. ξανθὸν κρᾶτα. Ad Herculem, non ad leonem, referendum monet Reisk. BECK. Hercules ita corpus suum leonis tegmine cooperuit, ut, capite leonis supra illius caput posito, os illius ex hiatu leonis pateret. BARNES. De verbo νωτίζω vide ad Phœn. 654.

362. Κενταύρων γένναν. De Centauris, Hylæo, Pholoque, aliisque in Pholoë sylva ab Hercule occisis, vide Virg. interpretes ad Æn. VIII. 294. *Tu nubigenas, Invicte, bimembres, Hylæumque Pholumque,* &c. Item Apollod. Biblioth. II. 5. 4. BARNES.

365. ξύνοιδε. Nescio, an mens auctoris sit, Herculem in vicinia Penei Centauros fugasse. Factum hoc quidem a Pirithoo et Lapithis, quorum socios enumerans Nestor, Iliad. A. 263, 4. de Hercule tacet. Alia est pugna ad Pholoën, Arcadiæ montem, cujus meminit supra v. 181. Sed videtur Euripides diversam ab Homero traditionem sequi, et cladem Centaurorum Thessalicam Herculi imputare. Certe ξύνοιδε Πηνειὸς non commode diceretur, nisi de re ad Peneum gesta. MUSGR.

367. θεράπναι. Recte ita Ed. Ald. et MSS. vide, quæ notavimus ad Iphig. Aul. 1474. MUSGR.

368. σύγχορτοι. *Contermini:* ut Androm. 17. Sic certe interpretatur Hesychius in χόρτος, ubi vide Kusterum.—'Ομόλας. De hoc monte sic Pausanias: 'Ομόλην, ὀρῶν τῶν Θεσσαλικῶν καὶ εὔγεων μάλιστα, καὶ ὕδασιν ἐπιῤῥεομένην, p. 238, 36. Ed. Sylburg. Hinc Theocritus 'Ομόλας ἐρατὸν πέδον vocat, Idyll. X. 103. MUSGR.

374. ἀγρωστᾶν. Interpretor *rusticorum,* ut Rhes. 262. non *venatorum,* quod in mentem venit Barnesio. Vide interpretes

ad Hesychium in voce. Musgr. De hujus Cervæ interfectione vide Apoll. Bibl. II. 5. 3.

376. Οἰνῶᾶτιν. Hesychius: Οἰνῶᾶτιν· Ἄρτεμιν, τὴν ἐν Οἴνῃ τῆς Ἀργείας. Rectius Οἰνόην hunc locum, non Οἴνην, vocat Pausanias, p. 67, 16. Ed. Sylb. vide etiam Steph. Byzantin. in Οἴνη. Musgr.

378. πώλους Διομήδεος. Diomedes hic, Martis et Cyrenæ filius, Bistonum, Thraciæ populi, rex inhospitalis equos habuit hominivoros, quibus Hercules dominum suum dedit ultimo devorandum. De qua re videsis Apollod. II. 5. 8. Hoc Herculis certamen attigit Euripides in Alcest. 501. Barnes.

380. ἀχάλιν'. Pro ἀχαλίνως, ut supra κλεινὰ pro κλεινῶς, v. 61. Musgr. De verbo θοάζω vide ad Orest. 325.

381. κάθαιμα σῖτα. *Cibos cruentos.* σῖτα in plurali *cibaria* cujuscunque generis significat, unde Xenophon et alii σῖτα καὶ ποτά. σῖτος in singulari *frumentum* est. Nescio, an hoc satis attenderit Tyrwhittus, qui legi voluit: κάθαιμ', ἄσιτα, *cruente, sine frumento.* Musgr.

383. Ἕβρον ἐκπ. ὄχθαν. Duplicem accusativum verbo junxit. Herm.

385. Μυκηναίῳ τυράννῳ. Eurystheus Mycenarum rex erat, ad cujus jussa laborabat Hercules: de qua re Apollodor. II. 5. toto capite. Barnes.

387. Ald. πύλας. Tres codd. Musgravii πήλας. Unus recte πήγας. Herm. De fluvio Anauro complura habet Spanhemius ad Callimach. Hymn. in Dian. 101. De historia montis ab Hercule discissi, viæque ea ratione aquis Thessaliam inundantibus factæ, videndi Diod. Sic. IV. 18. Senec. Herc. Fur. 282. sqq. Musgr. Qui vulgatum πύλας defendit ex Philostr. p. 800. Ed. Paris. πύλας τῷ ποταμῷ προσεργάζεται.

389. Ἀμφαναίας. Stephanus Byzantinus in voce duplicem Ἀμφαναίαν agnoscere videtur, alteram urbem Doricam, alteram vero Thessaliæ regionem. Utra harum hic intelligatur, non constat. Pindarus enim, quo vix alius locupletior testis, Cycnum Locris Epizephyriis concivem facit, Olymp. X. 19. Ex Hesiodo contra, Scut. Herc. 70. colligas licet, locum pugnæ circa Pagasas fuisse. Diodorus etiam tradit, Herculem, cum a monte Olympo Trachinem reverteretur, cum Cycno congressum fuisse. De Cycni morte vide et Pausan. p. 25, 40. Musgr.

390. ἄμικτον. Id est, δυσόμιλητον, ἄξενον, ἀπηνῆ. Barnes.

391. ὑμνῳδούς τε κόρας. Hesperidas virgines notat, quæ juxta draconem aurea mala servantem cantabant, et post ejus cædem plorabant. De quibus vide Apollodor. II. 5. 11. ubi

illarum nomina, Ægle, Erythia, Vesta et Arethusa. Barnes. Vide etiam ad Hipp. 737.

396. ἀμφίλικτος. Ita optime Scaliger. Lucretius de hoc ipso dracone: *Arboris amplexus truncum:* Lib. V. 35. Ed. Ald. ἀμφ' ἑλικτόν. Musgr.

399. Vulgo ταλανίας. Legendum, quod et vidit Heathius, γαλανείας, *tranquillitates.* Sic τὸν ἄκυμον βίοτον, infra v. 686. De rebus ab Hercule in mari gestis vide quæ citavimus ad v. 222. Musgr.

403. ἀστρωπούς τε κατέσχεν οἴκους. Quomodo Hercules aliquando cœlum sustinuerit pro Atlante, vide Apollod. II. 5. 11. Barnes.

404. θεῶν. Regitur ab οἴκους, non ab εὐανορίᾳ. Musgr.

405. Ἀμαζόνων στρατόν. De hac re, nempe Herculis cum Amazonibus pugna, de Hippolytæ Balteo, &c. idem Apollod. Bibl. II. 5. 9. Barnes.

407. Elmsleius λίμναν mavult, ut cum Μαιῶτιν jungatur. Cf. Arist. Nub. 273.

409. ἄγορον. Edd. recent. sine auctore ἀγοράν. Exstat vox ἄγορος, Iph. Taur. 1065. Electr. 727. Hesychius: ἄγορος· ἄθροισμα, στρατός. Musgr.

410. πέπλων. Forte, σκυλῶν. *Raptum, ablatum, ibat gestamen puellæ Martiæ.* Aut στελῶν, *inde arcessitum;* aut πέμπων, eodem sensu, si metrum patitur. Reisk.

416. Λέρνας Ὕδραν. Hydræ descriptionem et occisionem ab Hercule factam fuse memorat Apollodorus, Bibl. II. 5. 2. Hic autem κύνα vocat poëta, ob importunam ferociam, ut Antipater apes vocat κύνας, quæ infantem aculeis ad mortem usque pupugissent: Τὸ βρέφος Ἑρμώνακτα διεχρήσασθε, Μέλισσαι, Φεῦ κύνες. Sic Polymestor Hecubam et ancillas ejus *canes* vocat, Hecub. 1149. διώκω τὰς μιαιφόνους κύνας. Ita Apollonius de Harpyiis loquens: Θέλγε δὲ κῆρας θυμοβόρους, ἀΐδαο θοὰς κύνας. Homerus denique de Ulyssis procis; Odyss. X. 35. Ὦ κύνες, οὔ μ' ἔτ' ἐφάσκεθ' ὑπότροπον οἴκαδ' ἱκέσθαι. Brod.

418. βέλεσί τ' ἀμφέβαλλε. Id est, *fel Hydræ sagittis illevit.* Apollod. I. 4. 2. Musgr.

419. τὸν τρισώματον οἶσι κ. τ. λ. *Quibus quidem sagittis Geryonem, Erytheæ pastorem, tria habentem corpora, confodit.* Brod. De hoc ita Hesiod. Theogon. 287. Ἤματι τῷ, ὅτε περ βοῦς ἤλασεν εὐρυμετώπους Τίρυνθ' εἰς ἱερὴν, διαβὰς πόρον Ὠκεανοῖο, Ὄρθον τε κτείνας, καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα. Vide Scholiast. Apollod. Bibl. II. 5. 10. De Erythea hac insula, quæ et *Gadir,* vide Plinii Lib. IV. 22. Barnes.

423. ἔπλευσ' ἐς Ἅιδαν. Descensum Herculis ad Inferos ad Cerberum extrahendum describit Apollodorus, Bibl. II. 5. 12. Barnes.

429. σάς. *Herculis*. Herm.

430. Recepi Musgravii emendationem pro vulgato σῶμα τοῦ παρόντος. Herm.

440. Est ὑπὸ σειραίοις ποσὶν ἕλκειν, *secum tardo incessu trahere alium*. Reisk. Est metaphora ab equis jugo simul ad latera junctis. Vide ad Orest. 1010. et Iphig. Aul. 218. Barnes. Pictoris ἐνάργειαν hic æmulatur poëta. Habitus enim et actio Megaræ et filiorum ad mortem prodeuntium ita ad vivum exprimuntur, ut eos oculis quasi cernere existimemus. Procedit scil. Megara, filiis eam utrinque circa medium corpus amplexantibus, et ita ab ea pendentibus, ut pedes ejus progredientes eos reluctantes una attrahere, sicut equi jugales currum, viderentur. Heath.

454. Musgravius, ne quis vulgatam e v. 752. defensum eat, illum quoque locum corruptum esse pronunciat. Hic quidem legendum censet, ἢ πολύ με πράξεις ἐξέπαισαν ἐλπίδος. Quod non magis probandum videtur, quam quod quibusdam placuit, ἐξέπαισαν esse ab ἐκπαίζω, verbo, quod nusquam invenitur. Sensus est idem ac si dixisset, ἐλπίδες με ἔψευσαν δόξης, *spes mea frustrata est opinionem meam*. Herm.

463. Legebatur ἐξέπειθε. Id servans Heathius σε in με mutabat, Creontem intelligens. Scaliger ἐξέπειθον. Sic etiam Reiskius, vel ἐξέπεισα. Piersonus ὡς δόξ' ἔπειθε, probante Musgravio. Ego ἐξέπειθες scribendum judicavi. Herm. Recte, nam ad Herculis filium, quem Megara alloquitur, refertur.

464. εἰς δεξιὰν δὲ σήν. Ex particula δὲ colligi posset, Herculem alii liberorum clavam destinasse, alii Thebarum regnum; unde sequeretur, eum quatuor ex Megara suscepisse liberos, quod falsum esse ostendit v. 468. Legendum igitur τὲ pro δέ. Musgr.

465. Δαιδάλου. Forsan in capite ferro muniebatur a Dædalo. Barnes. Clava Herculis donum Vulcani dicitur a Diod. Sic. IV. 14. Quid vetat, ab aliis Mythologis, ut solent longissime a se invicem discrepare Mythologorum traditiones, Dædali donum vocatum esse: quem quidem Dædalum Vulcani filium facit Plato Alcib. I. p. 440. Hoc si probetur, intelligi potest ut clava, quam ipsi Dædalus dono dederat, ξύλον Δαιδάλου idcirco audiat; sed ψευδὴς δόσις vocetur, utpote filio Herculis incassum legata. Musgr. ψευδῆ δόσιν. Vel, quia Herculi ad inferos nihil, ut putabat, profuisset. Heath.

467. Οἰχαλίαν. Ut Hercules Eurytum, regem Œchaliæ, vicerit, illamque urbem debellaverit, Iole capta, vide Sophocl. in Trachiniis; Apollod. Biblioth. II. 6. 1. 7. 7. Strabo X. Quænam porro fuerit ab Hercule diruta, non satis constat. At idem Strabo Thessalicam urbem putat, VIII. Quin Homerus putatur scripsisse poëma Οἰχαλίας Ἅλωσιν dictum, quod Creophylo Samio dono dedit; de qua re idem Strabo XIV. Item Callimachus: Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον Δεξαμένου· κλαίω δ' Εὔρυτον, ὅσσ' ἔπαθεν, Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν. Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα. BARNES.

469. ἐπ' ἀνδρίᾳ. Vocem ἀνδρία bene Atticam esse negat Elmsleius, et εὐανδρίᾳ reponi jubet.

470. Schol. Barnesii: ἠκροθινιαζόμην· τὰς πρώτας καὶ ἀρίστας ἐξελεξάμην, οἷα δήποτε τὰ τῶν θεῶν ἀκροθίνια, μεταφορικῶς. Ordo verborum, monente Elmsleio, hic est: ἐγὼ δὲ (τρισὶν οὖσιν ὑμῖν τριπτύχας) νύμφας ἠκροθινιαζόμην, κήδη ξυνάψουσα, κ. τ. λ.

471. Ἀθηναίων χθονὸς κ. τ. λ. Hæ tres, quas enumerat poëta, civitates, fuerunt ejus seculo totius Græciæ nobilissimæ. Et sicut Athenas, urbem patriam, suo more primo loco ponit poëta piissimus, ita Spartam, licet Athenis tunc temporis infensam, secundo loco memorat, æquus homo, qui et hostem sua laude nequaquam privandum præcipit. BARNES.

472. Vulgo κάλως. Heathius κάλως. In Medea 768. ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων. Vide ibi Schol. HERMAN.

475. νύμφας μὲν ὑμῖν κ. τ. λ. Nisi hoc per ellipsin explicandum est: *pro iis, quas spe conceperam, virginibus* κῆρας νύμφας ἔχειν ὑμῖν ἔδωκεν; levi forsitan mutatione legendum: Νύμφων μὲν ὑμῖν κῆρας ἀντέδωκ' ἔχειν. ut νύμφων pendeat ab ἀντέδωκε. Iph. T. 28. Ἀλλ' ἐξέκλεψεν, ἔλαφον ἀντιδοῦσα μου Ἄρτεμις Ἀχαιοῖς. *Orco* sive *morti nubere* dicuntur puellæ, quæ ante justas nuptias diem supremum obierunt. Sophocl. Antig. 814. οὔτ' ἐπινυμφίδιος πω μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω. Meleager Epigr. CXXV. Anal. V. P. T. I. p. 36. Οὐ γάμον, ἀλλ' ἀΐδαν ἐπινυμφίδιον Κλεαρίστα Δέξατο, παρθενίας ἅμματα λυομένα. Anyte Epigr. XVII. Anal. T. I. p. 200. Οὐ γὰρ ἐμείναμεν αἷμα τὸ δυσσεβὲς, οὐδ' ὑμέναιον Νύμφιον, ἀλλ' Ἀΐδην κηδέμον' εὑρόμεθα. Cum quibus Anytæ versibus comparari potest quod sequitur apud Euripidem, ᾅδην νομίζων πενθερὸν, κῆδος πικρόν. Sic enim cum Reiskio legendum est pro eo quod vulgatur: κῆδος πατρός. Cf. Med. 403. Πικροὺς δ' ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους πικρόν τε κῆδος. JACOBS.

476. λουτρά. De lavatione nuptiali vide Phœniss. 345.— Sic λουτρὰ illa nuptialia, toties a poëtis memorata, balneum designarent, cui sponsa totum corpus immergere deberet, lacrymas Megaræ cum tali balneo comparare ineptum esset et κακόζηλον. Verum docet Porphyrius, de antro Nympharum, p. 63. λουτρὰ aquam esse, quam sponsæ *infundi* mos erat: ὅθεν καὶ τὰς γαμουμένας ἔθος, ὡς ἂν εἰς γένεσιν συνεζευγμένας νύμφας τε καλεῖν, καὶ λουτροῖς καταχεῖν ἐκ πηγῶν, ἢ ναμάτων, ἢ κρηνῶν, εἰλημμένοις. MUSGR.

489. Legebatur ἱκανόν. Sensus est: *satis erit, etiam si nihil aliud, quam veneris.* HERMAN.

492. δίκων. Vide ad Phœn. 641. Bacch. 557.

498. διαπεράσετε. Ita legendum; non διαπεράσατε. Vide Aristoph. Ecclesiaz. 949. et quæ dedit Dawesius affatim ad Nub. 822. MUSGR.

504. πτερόν. Non *pennam* hic intelligo, sed *avem*, ut sit synecdoche partis pro toto. Sic κίττας, μιμηλὸν βιότου πτερὸν, Anthol. H. Steph. p. 107. iterumque οὐ πτερὸν ἀγρεύω, p. 377. denique, p. 431. σοὶ γὰρ ἀπὸ πτερύγων ταῦτα φέρει. Eadem comparatione utitur Noster Hippol. 822. MUSGR.

514. ἐκκρήμνασθε. Frustra hanc vocem in suspicionem trahit H. Steph. Exstat enim, notante Barnesio, Ion. 1613. et simplex κρήμναμαι apud Aristophan. Nub. MUSGR.

515. Διὸς Σωτῆρος. Id est, *ejus*, cujus aram tum insidebant. Vide v. 48. MUSGR.

517. ὦ χαῖρε. Vide ad Orest. 466.

522. δακρύοντα συμφορᾶς τινός. Eadem hic constructio esse videtur, quæ in θυγατέρος θυμούμενος, Orest. 739. ubi Lamb. Bos V. Cl. ἕνεκα subaudiri arbitratur. Sic παιδὸς ἀλγεῖν, Hecub. 1232. MUSGR.

525. ὦ φάος μολὼν πατρί. Hæc verba, et Herculis responsio, hos duos versus Amphitryoni tribuendos esse monent; quod recte, post Jacobsium, docuit Elmsleius. Unde igitur γύναι, v. 524? Legendum scilicet, eodem emendante, τί καινὸν ἦλθε τοῖσδε δώμασιν χρέος, ut τί καινὸν cum ἐκπύθωμαι jungatur. Cf. Cycl. 94.

551. τῆσδε τῆς θεοῦ. Intellige βίας, ut recte Barnesius. Favet Hesiodus, Κράτος et Βίαν inter immortales recensens, Theogon. 385. Fuit etiam templum Βίας Corinthi, teste Pausania, p. 48, 18. Ed. Sylburg.—ἀποικεῖ πρόσω. Sic Plato: πόῤῥω που ἐσκήνωται, p. 759. A. MUSGR.

554. Μινυῶν. Vide supra ad v. 50. MUSGR.

556. Notandum, Ἅιδου a περιβολὰς regi. Sic supra φθιμένων ἔνδυτ', v. 437. στολμοῖσι νεκρῶν, v. 520. θανάτου περιβόλαια, v. 543. Contra κόμης a ῥίψετε regi puto, ut constructio sit: ῥίψετε [ἀπὸ] κόμης τάσδε Ἅιδου περιβολάς. MUSGR.

565. διαφορῶν. *Distrahens, dividens*, ut διεφορήσαμεν, Bacch. 1162. Sic Aristophanes: διαφορηθῆναί θ' ὑφ' ἡμῶν, Av. 338. Philostrat. Heroicis: ὁ Αἴας λέγεται ταῖς ἀγέλαις ἐμπεσὼν διαφορῆσαι σφᾶς, p. 653. C. Adde Aristoph. Equ. 294. MUSGR.

570. Legendum τῶνδ' ἁμαρτών. *Horum jacturam si fecero*, hoc si mea negligentia perire sivero. REISK.

575. ἐκπονήσω. Præstiterit ἐκπονῆσαι in infinitivo, ut supra ἐλθεῖν. MUSGR.

577. δίκαια. Optime Tyrwhittus hunc versum cum sequenti, qui Herculis sermoni male assuuntur, Choro reddendos suadet. Δίκαια pro δίκαιον bene illustrat Barnesius ex Hecub. 1216. Phœniss. 994. Med. 488. Hippol. 371. MUSGR.

582. πολλοὺς πένητας. Hic optime ostendit poëta, *seditiosi qui sint maxime*, et qui Rerumpublicarum turbis magis inhient, nempe qui divites apparent, revera autem pauperes sunt, quique otio et luxuria res suas penitus dissiparunt, ut Catilina. Hunc locum ita vertit H. Grotius: *Plebs magna, fama divitum, re pauperum, Adest tyranno; turbidus quorum furor Rem penitus omnem publicam evertit: Bona namque appetunt aliena, prodactis suis Sumtu immodesto pariter et segni otio.* BARNES.

590. αἰσίοις ἕδραις. Locus, in quo avis considens auspici sese contemplandum præbet, vocatur ἕδρα. Vide Aristophan. Av. 276. ibique Scholiasten, Hesychium et Suidam v. ἔξεδρον. Is locus, si boni ominis erat, vocabatur αἴσιος. Sed quæ ad auspicia Veterum pertinent, affatim collegit Spanhemius ad Callimach. Lavac. Pall. 123. MUSGR.

594. δώμασιν. Eleganter emendat Reiskius δαίμοσιν. Vide infra v. 603. Quanquam et vulgata retineri potest: vide Æschyl. Choëph. 807. Confer etiam Agam. 527. et seq. qui quidem locus non magis uni lectioni, quam alteri, favet. MUSGR.

603. τοὺς κατὰ στέγας. *Eos, qui intra tectum erant.* Antea enim, quo tempore in conspectum venit, ædes suas et πρόπυλα Ἑστίας salutaverat, v. 517. Morem Deos Penates salutandi illustrat Barnesius ex Æschyl. Agam. 819. Senec. Agam. 687. MUSGR.

607. ὄργια. Intelligo non mysteria Eleusinia, sed ea, quæ

οἱ μεμυημένοι apud inferos celebrare credebantur. Confer Scholia ad Aristoph. Ran. 158. Barnesius cum Brodæo interpretatur de Sacris Eleusiniis, quibus Hercules, cum ad inferós descensurus erat, initiari se fecerat. Æschin. Socrat. Axioch. 20. Sed alterum magis memorabile erat, digniusque adeo, quod patri enarraret. MUSGR.

609. Χθονία hæc non est *Hecate*, sed *Ceres*, peculiari nomine χθονία dicta. Vide Pausan. in Corinth. p. 78. Ed. Sylburg. ubi multa de hoc templo, a quo non longe aberat hiatus terræ, per quem Hercules Cerberum ab Inferis traxisse credebatur. Χθονίαν, ut hic, simpliciter vocat Plutarch. in Pompeio. MUSGR. Urbs *Hermion*, et *Hermione*, in Peloponneso sita, templum habuit Cereri et Proserpinæ sacrum, ad quod qui confugerent, tuti erant propter loci religionem. Unde natum proverbium Ἀνθ' Ἑρμίονος, *Hermiones vice*, apud Zenobium, id est, *Asyli adinstar:* vide Erasmum in adagio, *Hermiones vice*. BARNES.

611. Vulgo οὐκ οἶδεν· ἐλθὼν κ. τ. λ. Locum optime restituit Matthiæ. Causam docet Hercules, quapropter reditum suum Eurystheo non communicaverit.

613. Vulgo ἐν Ἅιδου. Optime meo judicio Canterus ἐξ Ἅιδου, ut constructio sit: Θησέα ἐξ Ἅιδου κομίζων ἐχρόνισα, πάτερ. MUSGR.

619. ἐξανίετε. *Effundatis.* Ita conjecerat jam Heath. quia ἀνύειν nunquam ultimam producit. BECK. Verum esse ἐξανίετε ostendit Philo Jud. apud quem πηγὴν δακρύων ἀνιεὶς legas, p. 359. Ed. Turn. Vide et p. 380. MUSGR. Vide ad Phœn. 453.

622. φευξείω. Vide ad Phœn. 1208. Ad πτερωτὸς subaudiendum εἴμι, ut ante ἕτοιμος, et similia.

624. ἐπὶ ξυροῦ. Subaud. ἀκμήν. Vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Choëph. 870.

625. τοὺς δ' ἐφολκίδας. Sensus: τούτους δὲ χερσὶν ἐφέλξω εἰς ἐμαυτὸν, ὡς ἡ Ναῦς τὰς ἐφολκίδας μεθέλκειν εἴωθεν. Ita infra v. 1396. Θησεῖ πανώλεις ἑψόμεσθ' ἐφολκίδες. BARNES.

629. Plene interpungendum post διάφοροι. In sequenti ellipsis est, per οἱ μὲν supplenda, οἱ μὲν ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ. *Hi quidem divites sunt, illi non.* Vide ad Iph. Taur. 1315. MUSGR.

632. Αἴτνας σκοπέλων. Cicero de Senect. c. 11. *quæ plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Ætna gravius dicant sustinere.*—ἐπὶ κρατί. Expressit Auctor Mimnermum: τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον Γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται. MUSGR.

633. φάρος. Stiblini emendationem φάος recepit Canterus et inde alii, injuria improbatam a Musgravio. Ad ἐπικαλύψαν intellige τῷ κρατί. Βλεφάρων σκοτεινὸν φάος dicit *vultum tristem et morosum.* HERMAN.

634. Ἀσιήτιδος τυραννίδος ὄλβος. Regum Asiaticorum, ac præcipue Persicorum opes notat et Phrygum; de quibus Horat. Carm. II. 12. *Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes, Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias Opes, Permutare velis crine Licymniæ? Plenas aut Arabum domos?* In universum autem tanta Asiæ ubertas rerum omnium atque fertilitas fuit, ut omnibus terris antecellere videretur. Cicero pro *Q. Ligario: Asia tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat.* Eadem Mithridates apud Justinum ad milites perorans affirmat. Ait enim: *Neque cælo Asiæ esse temperantius aliud, nec solo fertilius, nec urbium multitudine amænius: magnamque temporis partem, non ut militiam, sed festum diem acturos.* BARNES. De constructione vide ad Med. 539.

647. Nominativus verbi ἔφερον continetur sequentibus ὅσοισιν μέτα. BECK.

648. ὅσοισιν μέτα. Scil. ἀρετή. Est μέτα pro μέτεστι.

652. Temere βιόταν sollicitant. Vide Pors. ad Hec. 296. HERMAN. Vide etiam ad Med. 981.

653. καὶ τῶδ' ἦν κ. τ. λ. Vide ad Med. 158.

667. κελαδεῖ. Ita Ed. Ald. nec aliter citat Athenæus, p. 608. ubi ut proverbialem locutionem adhibet. Sensus utique est: *Poëta, etiam cum senex est, Mnemosynen celebrare solet,* i. e. Mnemosynen, Musarum matrem. MS. Steph. κελαδῶ, quod male receperunt editores. MUSGR.

669. Ad καλλίνικον subaudiendum esse ᾠδὴν, contra Barnesium monuit Heathius. BECK. Vide ad Med. 45.

671. χέλυος ἑπτατόνου. De hac re vide ad Ion. 880. BARNES.

672. Λίβυν αὐλόν. Quod hæ tibiæ ex loto erant factæ, et ideo Libycæ dictæ, quia optima lotus in Libya nascitur, vide ad Troad. 546. Unde Theophrastus περὶ φυτῶν, l. 4. Ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος. BARNES.

674. ἐχόρευσαν. Similem usum vocis χορεύειν, vide infra vv. 851. 858. MUSGR. Vide Brunck. ad Soph. Ant. 1151.

676. ἀμφὶ πύλας. Musgravius ἀμφὶ πυρὰς, *de aris,* affertque Callim. H. Del. 321. Apoll. Rhod. I. 538. Sed quum de una Apollinis ara sermo sit, certe singularis præferri debebat. Facilior tamen visa est Reiskii correctio ἀμφίπολοι, quam

firmat antiquissimus auctor de his sacris, Homerus in Hymno Apollinis, 157. κοῦραι Δηλιάδες, Ἑκατηβελέται θεράπαιναι. Ad reliqua apte comparat Musgravius Iph. Aul. 1458. ἑλίσσετ᾽ ἀμφὶ ναὸν, ἀμφὶ βωμὸν Ἄρτεμιν. HERMAN.

683. τοῖς ὕμνοισιν ὑπάρχει. Vertendum, si quidem sana est lectio: *hymnis patrocinatur, hymnos juvat.* Confer Heraclid. vv. 181. 352. Verum et sic quidem sensus subfrigidus est. An legendum: σῶς ὕμνοισιν ὑπάρχει. *Sospes materiem præbet hymnis.* MUSGR. Nihil mutandum.

685. Manifestum est, huic versui tres syllabas in fine deesse. Si legamus: πλέον ὑπερβάλλων ἀρεταῖς, sensui, opinor, æque ac metro, non parum opitulabimur. TYRWH. Quem sequuntur Musgravius et Hermannus.

686. τὸν ἄκυμον. Irregulariter fit pro ἀκύμονα, si modo vere scribitur in vetustis libris. BARNES. Hes. ἀκύμονα· ἀτάραχον. ubi Wessel. (Probab. 5. p. 39.) legit ἄκυμον, et huc respici putat. BECK. Reiskius πανάκυμον, male, ob sensum. Articulus sic intelligendus est, ut significet hanc vitam, quam nunc degunt vacuam turbis. HERMAN.

688. πέρσας. Proprie dicitur de *agrorum*, aut *urbium*, vastatione. Sed eleganter dicitur pro *perdere, pessumdare,* ut Soph. Ajac. 1222. κεῖνος γὰρ ἔπερσεν ἀνθρώπους. MUSGR.

697. ἃ χρῆν κ. τ. λ. Subaud. κατά.

698. Legebatur προστιθεῖς. Vide Pors. ad Orest. 140. HERMAN.

701. δοκῶ μὲν αὐτὴν κ. τ. λ. Imperfecta sententia, quam post brevem Lyci interruptionem, continuando implet: ἱκέτιν πρὸς ἁγνοῖς, κ. τ. λ. BARNES.

710. ἐνθύμιον. *Formido interna.* Sic Antiphon: ἡμῖν προστρόπαιος ὁ ἀποθανὼν οὐκ ἔσται, ὑμῖν δὲ ἐνθύμιος γενήσεται, p. 106. Ed. Ald. vide et p. 108. Idem ἐνθύμιον ὑπολείψεσθε, p. 112. Confer Ion. 1346. Soph. Trachin. 111. Hinc etiam explices Hesychium in ἐνθύμιον. MUSGR.

713. Vulgo σχολὴν λύσωμεν. Cantero placet λεύσσωμεν. Non deterius esset λάβωμεν. MUSGR.

716. εἰς καλόν. Id est, καλῶς, *commode.* Xenophon: εἰς καλὸν ὑμῖν συντετύχηκα. Sophocles in Œd. Tyr. Ἀλλ᾽ εἰς καλὸν σύ τ᾽ εἶπας. Scholia: Καὶ μὴν καλῶς καὶ κατὰ τὸν προσήκοντα χρόνον. BROD.

726. ὕβρεις ὑβρίζων. Vide ad Supp. 495.

727. χαρμοναὶ δακρύων ἔδοσαν ἐκβολάς. Notum est, aliquando *lacrymas a gaudio exprimi;* unde Xenophon. Hellen. VII. Οὕτω κοινόν τι ἄρα χαρᾷ καὶ λύπῃ δάκρυά ἐστι. De hac re et ra-

tione ac causa lacrymarum tam mœrentibus, quam gaudentibus, vide Cœl. Rhodigin. Antiqu. Lection. XII. 4. Barnes.

731. πράσσει. Hoc in loco pro πάσχει. Lycum enim innuit, quem videre vult Chorus patientem, quæ cupit: hoc est mortem. Barnes. Notissima verbi significatio est.

736. Legit Elmsleius, propter διώλλυς in versu sequenti, Κ. γῆ, διόλλυμαι.

737. διώλλυς. Subaudi ἄλλους. Pro ἀντίποινα Homerus diceret ἄντιτα ἔργα. Barnes.

739. τίς ὁ θεοὺς κ. τ. λ. Usitatum est melioris notæ auctoribus, dum res improborum nimium florent, dubitare videri de divina providentia, animo autem rursus confirmari, ubi digna illos et inopinata affici pœna viderint. De hoc loco perquam optime tractat Psaltes Divinus, per totum Psalmum xxxvii. totumque Psalmum lxxiii. Claudianus quoque in Ruffinum I. principio: *Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,* &c. *Abstulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum, Absolvitque Deos.* Præterea hoc argumentum tractat Seneca libro, qui inscribitur: *Cur bonis Viris mala accidant.* Barnes.

750. Vulgo κλεινός. Optime Piersonus καινὸς, quod verum esse oppositio vocis παλαίτερος ostendit. Confer etiam v. 561. Senec. Herc. Fur. 347. Nec obstat, quod Lycus, vv. 38. 535. ironice κλεινὸς vocetur, quemadmodum alibi Ægisthus Electr. 325. 780. Soph. Electr. 302. quæ omnia loca indicat V. Clarissimus. Musgr. Piersoni emendatio adeo arridet Elmsleio, ut vel in omnibus hujus Tragœdiæ locis, quæ ille indicat, καινὸς pro κλεινὸς legere mallet.

753. μέλουσι. Dicitur: θεοὶ μέλουσι τῶν ἀδίκων, ut hic, et: θεοῖς μέλει τῶν ἀδίκων, et: οἱ ἄδικοι μέλουσι τοῖς θεοῖς. Aldi editio habet μέλλουσι, ut sit: μέλλουσι τῶν ἀδίκων ἐπαΐειν, et per versum stare potest. Barnes. Heathius revocari jussit scripturam Aldinam: μέλλουσι ἐπαΐειν, quia verbum μέλει semper nominativo rei, nunquam nominativo personæ, subjungitur. Locum autem vertit: *Dii et de flagitiosis cognoscent, et de piis.* Beck.

756. φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται. Id est, ἐκ τοῦ φρονεῖν, καὶ ἐκτὸς νοῦ, ἄγει. Barnes. An legendum φρενῶν?

757. Delevi ἄδικον, quod post δύνασιν legebatur. Herman.

758. χρόνου γὰρ κ. τ. λ. Sensus est: *non audet temporum vicissitudines respicere vir injustus.* Herman.

759. χάριν διδούς. Sic Κύπριδι χάριν πράσσων, Ion. 894. ὀργῇ χάριν δοὺς, Soph. Œd. Col. 901. Musgr.

760. Pro ἔθραυσεν scripsi ἔθραυσε δ'. Κελαινὸν non ausim ten-

tare, quum hoc epitheton ad scelera spectare possit. Vide Æschyl. Suppl. 539. HERMAN. Translatum ab aurigis, qui nimio impetu ruentes, currus impingendo frangunt. BARNES.

761. Tyrwhittus, Ἰσμὴν' ὦ, στεφανηφόρει. Nihil mutandum putavi, præter vulgatum Ἰσμηνῷ. HERMAN.

765. Ἀσωπιάδες κόραι. *Asopus* erat Oceani et Tethyos filius,—vel, ut alii, Perus et Neptuni, vel, ut alii, Jovis et Eurynomæ,—qui ex Meropa, Ladonis fluvii filia, duos habuit filios, Ismenum et Pelagonem, et viginti filias, quarum una, Ægina, a Jove compressa; quas omnes nunc poëta Ἀσωπιάδας κόρας vocat. Hic fluvio Asopo nomen dedit, qui ex Cithærone monte profluens, agrumque Thebanum irrigans, a Platæensi decidit, ipsasque Thebas præterfluens, Platæas et Tanagram, inter Oropum oppidum et Cynosuram promontorium mari excipitur. Vide de Asopo Apollodor. Biblioth. III. 11. 6. BARNES.

769. Heathius accusativum καλλίνικον ἀγῶνα putat referendum esse ad συνaοιδοὶ, quod pro συναείδοντες positum sit. BECK. Constructio est: λιποῦσαι πατρὸς ὕδωρ βᾶτε συναοιδοὶ νύμφαι τὸν Ἡρακλέους καλλίνικον ἀγῶνα. MUSGR. Videtur μοι vel νῦν excidisse. HERMAN.

772. ἥξετ'. Futurum indicativi pro imperativo. Sic Virgil. Æneid. II. 547. Referes *ergo hæc et nuncius* ibis. MUSGR.

775. χαλκασπίδων λόχος. Ita Spartos vocat, quia ex Draconis dentibus seminatis proruperunt armati. Notandum est, quod horum Spartorum posteris lanceæ nota erat naturaliter expressa in singulorum corporibus, perque plurimas generationes durabat, teste Plutarcho *de sera Numinis Vindicta;* et quod ex quinque superstitibus Spartis, regia apud Thebanos prosapia ἐκ διαδοχῆς et nobiliores familiæ diutissime continuabantur; qui est sensus horum verborum: ὅς γᾶν τέκνων τέκνοις μεταμείβει, Θήβαις ἱερὸν φῶς. BARNES.

781. Νύμφας τᾶς Περσῆδος. *Alcmenæ;* quæ patrem habuit Electryonem, avum Persea. Tzetzes: Περσέως Ἠλεκτρύων, Ἠλεκτρύωνος Ἀλκμήνη. Unde Theocritus Idyll. XXIV. 72. Θάρσει, ἀριστοτόκεια γύναι, Περσήϊον αἷμα. BROD.

791. ἅ. Pro δι' ἅ. HERMAN. In v. 793. εἰ significat *num, an, utrum.*

795. ἔα, ἔα. Ad subitam apparentiam Furiæ et Iridis ex alto hæc Chorus exclamat. BARNES.

796. πίτυλον. Quid sit πίτυλος, vide ad Iphigen. Taur. 297. πίτυλος φόβου hic dicitur, ut πίτυλος μανίας ibi. BARNES.

799. πέδαιρε. De hoc verbo vide ad Phœn. 1027.

802. νυκτὸς ἔκγονον. Lyssam inter Noctis sobolem non numerat Hesiodus Theogon. 210. et seq. nisi, quod verisimillimum, una fuit Κήρων. MUSGR.

805. Vulgo σώματα. Legendum cum Scaligero δώματα. Non enim ad unum Herculem, sed ad universam ejus domum, pertinebat calamitas. MUSGR.

811. καινόν. Wakefieldius κοινόν. Vide Sophocl. Antig. 201. HERMAN.

820. γνῷ μὲν τὸν Ἥρας κ. τ. λ. De constructione vide ad Hec. 1023.

825. τιμὰς δ' ἔχω τάσδ', κ. τ. λ. Sensus est: *hoc munus, de quo Iris dixit, habeo, non invidendum amicis.* HERMAN.

833. ἀνοσίων ἀνδρῶν. Id est, Γιγάντων. Quod Hercules et Bacchus pro Deorum partibus steterint contra Gigantes, vide supra ad v. 177. BARNES.

840. τάχος. Pro κατὰ τάχος, ut Rhes. 983. Sic οὐχ' τάχος ῥίψεις; in Epigr. Incerti, Antholog. H. Steph. p. 86. MUSGR.

841. Vulgo λάβρως. Constructio postulare videtur, ut scribatur λάβρος. *Non pontus fluctibus ingemiscens adeo est impetuosus.* Jacobs. Spec. Emend. p. 10. conjicit: οὕτω πνεύμασι στένων λάβροις, quia et in Soph. Ajac. 683. est: πνευμάτων ἐκοίμισε στένοντα πόντον. BECK.

846. Legebatur ἐμᾶς λύσσας ἀφῇ. Facillimum erat, scribere ἐμάς. At nec λύσσαι numero plurali facile invenietur, et ἀφιέναι rectius furor Herculem, quam Hercules furorem dicitur. Quare ἐμῆς λύσσης ὑφῇ scripsi. Herodot. I. 156. ὑπεὶς τῆς ὀργῆς. HERMAN.

851. καταυλήσω. Sic καταυλουμένους πρὸς Χελωνίδος, Athenæus, p. 527. F. MUSGR.

855. ἄνθος. Vocat poëta Herculem *florem* Thebarum, quemadmodum Æschylus de Persicis ducibus dixit: Τοιόνδ' ἄνθος Περσίδος αἶας οἴχεται ἀνδρῶν. Quæ figura Latinis etiam et Gallis est usitata. CANTER.

856. τὸν εὐεργέταν. Ita quidem veteres bellatores et heroës, humani generis benefactores vocabantur; Hercules autem præcipue Græciæ dicebatur Εὐεργέτης, ob innumera beneficia patriæ illata ex bene collatis illius viribus, in tyrannis, bestiis, aliisque terrarum pestibus opprimendis. Sic Ptolemæus ille, Ægyptiorum rex, qui Philadelpho successit, *Euergetes* cognominabatur a Græcis, ob maxima ejus in Græcas civitates merita. Sic Arimaspi, populus Scythiæ, quod benefici fuerint in Argonautas, tempestate maris ad eorum terram appulsos, *Euergetæ* dicebantur. Vide Stephan. *de Urb.* in voce

Εὐεργέται: Cœl. Rhodigin. XVI. 22. ubi a Cyro ita vocatos ob frumentum opportune ipsi ab illis suppeditatum ex Alexandri historia probabilius ait. Hic enim mos a Persis ortum habuit, apud quos amici regis *benefactores* dicebantur; ita Herodotus in Urania: Φύλακος δὲ Εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη. Barnes.

858. Vulgo ἐναύλοις. Frigidum sane epitheton. Quis enim alio, quam interno, furore agitur? Quid quod ἔναυλον *internum* significare nemo hactenus ostendit? Legendum cum Tyrwhitto ἀναύλοις, *tibiarum expertibus*. Sic Phœn. 790. Martis κῶμος dicitur ἀναυλότατος. Musgr.

860. ἅρμασι. Recte interpretes: *Equis currum trahentibus*. Sic πτεροφόρων ὀχημάτων in fragmento Phaëthontis apud Longinum. Musgr.

865. ἐκπνεύσεται. Ita etiam Elmsleius. Vulgo legitur ἐκπνεύσετε.

868. Mira est Schneideri conjectura ἀποινοδόκοι in Lex. Gr. Vulgatam recte tuetur Barnesius. Intelligitur *vindicta Junonis*. Herman.

872. κεχαρισμένα. Interpretor: *non in honorem Bacchici thyrsi; non thyrsi colendi causa*. Musgr.

874. αἷματ'. Intelligo αἵματα. Usus præpositionis idem est, qui in πρὸς λύραν ᾄδειν, apud Suidam, πρὸς αὐλὸν, Archiloch. ap. Athen. p. 180. Constructio est: πρὸς αἵματα, οὐχὶ πρὸς τὰς Διονυσιάδας λοιβάς. Sic enim lego, Barnesio præeunte, pro λώβας. Musgr. Probante Hermanno.

875. Scribo ἐπιχεύμασι conjunctim pro ἐπὶ χεύμασι. Interpretor autem de ista meri affusione, qualiscunque demum fuerit, quæ pedestri oratione ἐπίχυσις dicitur, de qua loca nonnulla congessi ad Theocrit. Idyll. II. 152. βοτρύων igitur, secundum hanc interpretationem, poëtice pro ἀκράτου dicetur. Musgr.

882. παιδοτρόφον. Id est, μητέρα. Barnes.

885. συμπίπτει στέγη. Hoc dicit fragorem audiens tecti, quod Hercules vectibus et ligonibus moliens adjecerat. Vide v. 979. Musgr.

887. ὡς ἐπ' Ἐγκελάδῳ κ. τ. λ. Ut olim in bello Giganteo Minerva Enceladum deturbavit, tota in eum conjecta Sicilia, ut scribit Q. Calaber. Brod.

902. ἱερά. Intellige ἱερεῖα, *victimæ*, quo sensu citatur ex Xenoph. Hellen. IV. ἐφάνη αὐτῷ τὰ ἱερὰ ἄλοβα. De re confer Æschyl. Agam. 1065. Musgr.

904. ἐξέβαλε. Factum hoc ex more Veterum. Confer Androm. 1133. Musgr.

906. De canistri circumlatione confer Iph. Aul. 1544. Aristoph. Pac. 957. Musgr.

907. φθέγμα ὅσιον. Horat. Od. III. 14. *Male ominatis parcite verbis.* Hæc utique est illa Veterum decantata εὐφημία. Musgr. Vide ad Iph. A. 1540.

908. δαλόν. Torrem hunc, teste Athenæo, ab ara sumebant; p. 409. A. Musgr.

912. ἐν στροφαῖσιν ὀμμάτων. Hæc est illa oculorum rotatio, quam antea depinxit Lyssa, v. 848.—ἐφθαρμένος. *Mutatus.* Plato Phædon. c. 66. οὐδὲν τρέσας, οὐδὲ διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος, οὔτε τοῦ προσώπου. Musgr.

913. ῥίζας. Hesychius: ῥίζαι· αἱ θέσεις τοῦ ὀφθαλμοῦ. quæ Homeri interpretatio est Odyss. I. 390.—ἐκβαλών. *Protrudens,* i. e. *ita oculos agitans, ut protrudi quodammodo videantur.* Musgr. Porsonus αἱματῶπας correxit ad Med. 1356. ubi vide notata.

918. μιᾶς χειρός. Pro μιᾷ χειρὶ, quod esset *una opera.* Nicander Theriac. 936. μιῇ ὑπὸ χειρὶ ταράξεις. Genitivum pro dativo habet Hesiodus Op. D. 480. περὶ χειρὸς ἐέργων. Adde Oppianum; χειρὸς μὲν εὔπλοκον εἰς ἅλα πέμπεις Ὁρμιὴν, Halieut. I. 67. Aristidem: τῆς χειρὸς διεχρήσατο, p. 31. Vol. II. Ed. Jebb. Incertum in Antholog. H. Steph. p. 66. καὶ τὸ ἀναίσθητον παντὸς ἔτυψε μέλους. Ubi παντὸς μέλους est *omni membro:* simul manibus pedibusque incessens. Musgr.

922. ὅπλον χερός. Ita *clavam* vocat Barnesius, quia hanc manu gestabat Hercules, arcum et pharetram in humeris. Musgr.

925. φοίνικι κανόνι. Interpretandum putaveram: *Phœnicia norma,* non *purpurea,* vel *rubra.* Phœnicum utique inventum fuit architectura. Nonnus Dionysiac. p. 90. Ed. Falkenb. Καὶ πόλις Ἀονίη Τυρίης ποικίλλετο τέχνης Κάλλεϊ λαϊνέῳ. Favet Clemens Alexandr. qui sic Lib. I. Κάδμος γὰρ ὁ Φοῖνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε. Plinius Nat. Hist. VII. 56. *Lapicidinas Cadmus Thebis* (invenit.) Sed retinet me Leonidæ Tarentini Epigramm. apud Reiskium, p. 23. κανόνα, regulam, μίλτῳ inquinatam fuisse docens. Ait enim: καὶ μίλτῳ φυρόμενοι κανόνες. Est τύκοις conjectura H. Steph. pro τύχαις, quod dant MSS. Tzetzes ad Lycophron. 349. τύκος· σιδηροῦν ἐργαλεῖον τεκτονικὸν, ᾧ τοὺς λίθους πελεκῶσι καὶ ἀποξέουσι. Paria fere dat Scholiastes Aristophanis ad Av. 1138. ἐτύκιζον οἱ κρέκες τοῖς ῥύγχεσιν. Hinc intelligas, cujusmodi instrumentum fuerit τύκος, et quem usum præstiterit. Musgr. Copiose de hoc vocabulo disseruit Hemsterhusius ad Pollucem, X. 147. Herman.

926. στρεπτῷ σιδήρῳ. Male Brodæus hoc de grandi terebra interpretatur, cujus meminit Vitruvius X. 19. quippe post Euripidis tempora inventa: στρεπτὸς porro non valet *ad instar terebræ circumactus*, sed *curvaturam* (etiam lenem) *habens*. Sic στρεπτῇ κορώνῃ habet Theocritus Idyll. XXV. 212. de curvatura in fine arcus. Pariterque Dionys. Perieg. στρεπτὴν ἅλμην, vv. 122. 384. στρεπτῆς θινὸς v. 878. Hoc in loco στρεπτὸς σίδηρος est *ligo ipse*, leniter utique incurvatus, uti quidem perpetuum est in eo genere ligonum, quod supra caput elevatur, ut deinde in terram cum impetu impingatur. Hinc idem Dionys. v. 1115. ψάμμον εὐγνάμπτῃσι λαχαίνοντες μακέλῃσι. Tryphiodorus, v. 199. εὐγνάμπτοισι μακέλλαις. MUSGR. Scaliger πόλιν in πάλιν mutatum sequentibus jungebat. Reiskio, etiam præcedentibus jungi posse videbatur. Musgravius quid sibi voluerit, quum πολῶν conjecit, non intelligerem, nisi in Latina interpretatione *moliens* posuisset. Fortasse poëta μολὼν scripsit. Defendi tamen vulgata potest. HERMAN.

934. Erat ἀνδρὼν, notante Barnesio, *conclave*, in quo convivia celebrari solebant. Cf. Vitruvium, VI. 10. Græci enim ἀνδρῶνας appellant *œcos*, (i. e. οἴκους,) ubi convivia virilia solent esse, quod eo mulieres non accedant.—Νίσου πόλιν. *Megaram* sc., quæ, partitione inter Pandionis filios facta, Niso in imperium cessit. Pausan. p. 37. Ed. Sylb. Apollodor. III. 14. MUSGR.

938. Ἰσθμοῦ πλάκας. Plurimi sunt isthmi, sed omnium fere celeberrimus est Corinthiacus, ubi et Ludi Isthmiaci ab Hercule, vel, ut alii volunt, a Theseo, alii a Sisypho, instituti, de quibus abunde Pindari interpretes in Isthmionicis, aliique lexicographi. BARNES.

941. Tyrwhittus interpungit post οὐδενὸς, et versu sequenti legit ἃ χρῆν ὑπειπὼν, *quæ dici oportuit, subjiciens*. Mihi ἀκοὴ *nomen* hic significare videtur. Auctor Incertus, apud Suidam v. δειμαίνει: δειμαίνοντες τοῦ εὐνούχου Εὐτροπίου τὴν ἀκοήν. In præconiis utique nomen victi addebatur, ut patet ex Plutarch. Op. Mor. p. 957. Ed. H. Steph. MUSGR.

945. ξενώσεως. Id est, *peregrinationis*, ἀποδημίας. Sic ξενοῦσθαι est *in exsilium ire*, Hippol. 1083. Confer etiam Ion. 819. MUSGR.

960. ὀρθοστάτας. Vide ad Ion. 1134. Ed. Ald. ὀρθοστάδας. Conf. Arnald. Lect. Græc. p. 107. MUSGR.

970. στρέφων. Aldus habet τρέφων, i. e. ἔχων. Hesychius: τρέφειν· ἔχειν. Hoc sensu Sophocles Antigon. 1101. τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχαιτέραν. MUSGR.

971. ἐντὸς τοξεύματος. Id est, *propius, quam ut arcu feriri posset.* Synesius Calvit. Encom. ἐξάξαι εἴσω τῶν τοῦ πολεμίου ὅπλων γενέσθαι. Musgr.

972. μυδροκτύπον μίμημ'. Imitatus est Rhesi scriptor v. 253. τετράπουν μῖμον ἔχων. Herman.

980. Male Piersonus [Ver. p. 145.] κατέτρωσεν. Vulgatum κατέστρωσεν tuentur Xenophon Cyropæd. III. sub finem, Ælian. de Animal. VI. 2. Agathias Scholast. p. 45. Musgr.

983. ἐπὶ λόφῳ κέαρ. Canteri conjecturam, ἐπίλογχον χερὶ, probatam Æm. Porto, recepit Barnesius. Musgravius, servans ἐπὶ λόφῳ, legebat κόρα, quod saltem debebat κόρη esse. MSS. H. Steph. ἐπὶ λόφῳ κέρα, et ὑπὸ λόφῳ κάρα. Hoc postremum recepi, correctis, quæ in præcedente versu impedita erant. Herman. Qui dedit, ἀλλ' ἦλθεν, εἰκὼν ὡς ὁρᾶν, ἔφαινέ τε κ. τ. λ. Nobis minime displicet Musgravii conjectura, modo legatur κόρη.

984. πέτρον. Lapidis hujus, Σωφρονιστῆρος dicti, meminit Pausanias, p. 290, 16. Ed. Sylburg. Musgr. In sequenti versu mavult Elmsleius μαργῶντά τ' ἔσχε, ut participium a genitivo φόνου pendeat. Soph. Aj. 50. κ' πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου. Cf. etiam Nostri Phœn. 1156.

987. πεσήμασι στέγης. *Casu tecti*, sc. cum Hercules illud fodiendo et moliendo dirueret, de quo supra v. 979. Musgr.

990. Hic versus ante v. 989. positus erat, et legebatur σειρεύων (MSS. Stephani τηρεύων) βρόχῳ. Emendavere certatim Heathius, Piersonus, Reiskius. Herman. Legendo scilicet σειραίων βρόχων. Recte. Locum ita vertit Heathius: *Nos vero a fuga liberantes pedem, cum sene vincula ex loris jugalibus columnæ alligamus.*

996. ὁ φόνος ἦν, κ. τ. λ. De hac Ægypti quinquaginta filiorum ex Danai totidem filiabus facta cæde, deque juvenum et puellarum singulis nominibus cæterisque ad hanc historiam pertinentibus, consule Apollod. Bibliothec. II. 1. 4, 5. Vide etiam Scholiast. Euripidis ad Orest. 876. Barnes.

997. ἄριστος. Malim: ἄπιστος, *incredibilis.* Olim hoc incredibile erat; nunc facto recenti superatur. Musgr. Ita etiam Reiskius et Hermannus.

999. τὰ δ'. Scil. κακά. *Hæc mala*, ab Hercule perpetrata, *illa priora* Danaidum *superaverunt.*

1001. θυόμενον. Videtur lectio sana esse, modo aliter, quam a Barnesio factum, explicetur. Hoc dicit, opinor: *Itye hostiam possum dicere mactatam, ut a Musis celebraretur.* Brodæus videtur λέξαι Μούσαις junxisse, quod ut ad constructio-

nem durum est, ita sensum turbat. HERMAN. De Procnæ, Philomelæ, Tereique et Ityos historia vide Apollod. Bibl. III. 13. Ovid. Metam. VI. 8. BARNES.

1004. ἐς τίνα. *In quemnam;* in occisosne, an in eum qui occidit. HERMAN.

1005. χορὸν Ἅιδα. Sic χορὸν τὸν Ἅιδας σέβει, Suppl. 74. Offendat forte aliquem χορὸν ἰαχεῖν. Sed videntur Græci χορὸν et χορείαν nonnunquam de carminibus adhibuisse. Apollon. Rhod. II. τόν γε χορείῃ μέλψαν ἀοιδῇ. Ubi Scholiastes: τῇ μετὰ χοροῦ λεγομένῃ ᾠδῇ. Sic et Philo Judæus cygneam Mosis cantionem χορείας vocat, p. 477. Ed. Turneb. Sic et Aristophanes χορείαν ἐφθεγξάμεσθα, Ran. 250. et vicissim χορεύσασθαι βοὰν, Thesmoph. 109. Plato de Legg. II. χορεία γε μὴν ὄρχησίς τε καὶ ᾠδὴ τὸ σύνολόν ἐστι, p. 788. A. Idem: χορεία δὲ τὸ ξυναμφότερον κληθείη, p. 795. C. Clemens Alexand. χορείαν inter poëmatum species recenset, p. 308. C. MUSGR.

1015. τὰ δέ. *Alia autem.* Sic scribendum, non τάδε, *hæc.* MUSGR. Subaudiri τὰ μὲν ante Ἡράκλειον monet Wakefieldius. Similem ellipsin habes supra v. 564.

1019. Vulgo τὴν λύσιν. Optime Canterus ἤλυσιν. Sic ἤλυσιν προτιθεῖσα, Hecub. 66. βαίνων ἤλυσιν, Phœn. 844.—διώκων. *Urgens, accelerans,* ut διώκουσ' ἄτρυτον πόδα, Æschyl. Eumen. 406. vide et Theb. 377. Pers. 84. MUSGR.

1021. Nisi, ut Wakefieldius, post σῖγα interrogationis signum posueris, cum Barnesio legendum erit ἐάσετε. Ἐκλαθέσθαι pro vulgato λαθέσθαι scripsi. In Oreste 315. τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον ἐάσατ' ἐκλαθέσθαι λύσσας. MUSGR. De phrasi ὕπνῳ παρειμένον vide ad Troad. 176.

1029. κεχυμένος. Vide ad Herac. 76.

1037. τοξήρει ψαλμῷ τοξεύσας. Vide ad Ion. 172.

1052. ὁμοσπόρων. *Fratrum* sc. *Alcmenæ,* qui a Taphiis prœlio occisi sunt. Apollod. II. 4. 6.—ἔμελλες ἐκπράξειν. *Cum ulcisci parares,* i. e. antequam Hercules genitus esset, quod factum est, expeditione in Taphios finita. Apollod. II. 4. 6. Hesiod. Scut. Herc. 15. et seq. MUSGR.

1060. κακῶν πέλαγος. Vide ad Med. 366.

1062. τόξα θ' ἡλίου τάδε. Radii solis Apollinis dicuntur *sagittæ;* radios enim sol, ut sagittas, in terras jaculatur, atque spargit ex inexhausta sua lucis pharetra, ut orbem collustret. Hinc Apollo Τοξίας colitur in Sicyone. Hesychius: Τοξίου βουνός· τοῦ Ἀπόλλωνος, τοῦ ἐν Σικυῶνι. Ideo et ἑκηβόλος, ἑκατηβόλος, ἑκατηβελέτης, ἑκάεργος, Apollo a Poëtis dicitur, ut et Diana ἰοχέαιρα, et τοξότις, et utrisque arcus et

sagittæ tribuuntur, ob hanc nimirum radiorum jaculationem. BARNES.

1068. πρόσειμι θραυστῷ κ. τ. λ. Elmsleius ad Herac. 589. πρὸς ἡμιθραυστῷ tacite citat, et locum ita emendandum hic etiam monet. In versu sequenti Musgravii conjecturam ἧμαι pro ἢ μὴν recipit V. D. nota interrogationis post ἔχων, quod pro ἔχω scribit, posita. Idem valet ἡμίθραυστος, quod διχοῤῥαγὴς, supra v. 988.

1073. Probanda videtur conjectura Piersoni in Verisim. p. 224. ἐντολαῖς pro εἰς Ἅιδου restituentis, quod tamen non, ut illi placet, v. 1074. faciendum est. HERMAN.

1090. ὑπογράφει. Vox, ut videtur, forensis. Themistius Orat. XV. τὴν ἀντωμοσίαν ὑμῖν ἀναγνωστέον, ἣν ὑπογράφονται καθ' ἡμῶν οἱ κομψοὶ κατήγοροι. Verte igitur: *Dic, an novi criminis aliquid vitæ meæ intentas.* ὑπογραφὴ habet Plato Theætet. p. 126. F. ὑπογραφαὶ Scholiastæ Aristoph. ad Nub. 37. videntur esse tabulæ eorum, quæ ærario debentur. MUSGR.

1091. Docui ad Hippolytum v. 551. legendum esse: εἰ μηκέθ' Ἅιδου βάκχος εἶ, φράσαιμεν ἄν. *Siquidem non amplius Ditis famulus es, dicam.* MUSGR.

1092. ἠνίξω. Ab Ἠνιξάμην, thema αἰνίττομαι, *tecte loquor.* Hinc ænigma, Αἴνιγμα, ab αἶνος, *parabolica locutio.* BARNES.

1098. ἀρκεῖ σιωπὴ κ. τ. λ. *Silentiumne ergo sufficit, ut discam, quæ cupio?* Idem in Andromeda, quanquam aliis verbis, dixerat: σιγᾷς; σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων. MUSGR.

1102. Legebatur ἕξεις τίνα. Primus Brodæus λέξεις pro ἕξεις; inde alii. Signum interrogationis recte omisit Wakefieldius. Ἕξεις non mutandum. Vide Orest. 248. Suppl. 1038. Ion. 1354. HERMAN.

1105. ἀπόλεμον πόλεμον. Vide Brunck. ad Æsch. Prom. 912.

1107. καὶ θεῶν ὅς αἴτιος. Junonem innuit, sed cum non ausit eam nominatim citare, ne ira magis inflammetur, εὐφημοτέρως ait: *quisquis fuit ille Deorum*, θεῶν ὅς αἴτιος. BARNES.

1114. Libri ἢ βάκχευσ' ἐμόν. Nihil afferunt critici, quod vel commemoratione dignum sit. Si quid video, scribendum est, ἣ γὰρ ξυνήραξ' οἶκον ἐκβάκχευμ' ἐμόν. Non est in lexicis ἐκβάκχευμα, sed ejus vocabuli interpretatio fuit ἡ βάκχευσις, cujus vestigia in textu habemus. HERMAN.

1120. λισσάδος. Ita bene emendat Brodæus. Vide Androm. 524. Apollon. Rhod. II. Theocrit. Idyll. XXII. 37. Ed. Ald. λυσσάδος. MUSGR.

1128. φιλτάτων. Optime Reiskius φιλτάτῳ. Nihil certe li-

bentius audituri erant Athenienses, quam Theseum sic reliquis Herculis hospitibus anteferri. MUSGR. Quomodo Theseus et Hercules consanguinitate erant inter se juncti, ostendimus ad Heraclid. 216. et supra v. 37. Quod autem Theseus amicus erat Herculis, æque ac Pirithoi, utpote ab eo magnis beneficiis constrictus, ut etiam illius gestorum æmulus, testatur Plutarchus in Vita Thesei. BARNES.

1131. Solebant Veteres semper in gravissimo luctu caput tegere peplo. BECK.

1133. Vulgo αἷμα προσλαβών. Recte Canterus προσβαλών. Sed neque sic persanatur ulcus. Legendum: προστρόπαιον ὄμμα προσβαλών. Quippe inquinari credebant Veteres, quoscunque adspexisset tantum homo magno aliquo scelere implicatus. Vide Hippol. 943. Confer etiam huj. Fab. 1204, 5. Convenit προστρόπαιον αἷμα προσλαβὼν Herculis conditioni, sed ita convenit, ut hic saltem otiosum sit. MUSGR. Schol. προστρόπαιον· μυσαρόν.

1135. ἥκω σὺν ἄλλοις κ. τ. λ. Vide ad Phœn. 1628.

1141. ὑπῆρξεν. Hoc in loco pro ὕπαρχος ἐγίνετο. Sic Rhes. 629. Οὐκοῦν ὑπάρχειν τόνδε κατθανόντα χρή. Androm. 274. Ἦ μεγάλων ἀχέων ἄρ' ὑπῆρξεν. Herculis autem priora beneficia, quibus ille Theseum affecerat, Apollodorus agnoscit, Biblioth. II. 5. BARNES.

1145. Libri οὔπω τι λέλειμμαι. Male Musgravius Barnesii conjecturam ἤπου probat. Istud τι nihil aliud est quam τοι pro correctione ad πω adscriptum. HERMAN.

1150. ἐλαιοφόρον ὄχθον. *Collem oleis consitum*, i. e. *Arcem Athenarum*, in qua primum oliva visa est. Ælianus: ἐν Ἀθήναις εὑρεθῆναι λέγουσι πρῶτον τὴν ἐλαίαν. Herodotus in Terpsichore: λέγεται δὲ καὶ, ὡς ἐλαῖαι ἔσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἢ Ἀθήνῃσι. BROD. Excidit fortasse ἄναξ in fine versus. Ita Creüsa in Ion. 1480. ἃ σκοπέλοις ἐπ' ἐμοῖς τὸν ἐλαιοφυῆ πάγον θάσσει. HERMAN. Vide etiam ad Ion. 1434.

1157. βουλομένοισιν ἐπαγγέλλει. *Bene*, scil. *ominantia verba nos sane valde optaremus proferre, si res pateretur; at nullo nunc modo possumus.* BARNES.

1159. οἰχόμεσθα πτανοί. Ita Supplic. 1149. Ποτανοὶ δ' ἤνυσαν τὸν ἀΐδαν. i. e. ταχέως, διὰ τὸ ταχὺ τῶν ἐπτερωμένων οἰωνῶν. BARNES.

1161. πλαγχθείς. Id est, παραφρονῶν. Ex Homero autem hanc phrasin sumsit, qui dixit, Odyss. Υ. 346. παρέπλαγξεν δὲ νόημα. In eundem sensum dixit idem Odyss. Σ. 326. Ξεῖνε τάλαν, σύ

γε τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσι. Theocr. Idyll. II. 19. Πῆ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι; BARNES. De voce πίτυλος vide ad Supp. 296.

1162. ἑκατογκεφάλου. Vel est numerus certus pro incerto, ut sit pro πολυκεφάλου, vel quod in eum numerum tandem per excisionem multiplicabantur: novem enim tantum capita primo habuit Hydra; vel quod ex Typhone genita erat, qui et ipse ἑκατογκέφαλος dicitur Aristophani aliisque. BARNES.

1163. τίς δ' ὅδ' οὖν νεκροῖς. Sic Reiskius. Libri vett. τίς δόλου νεκροῖς. HERMAN.

1174. ἦλθον. Accipio tertia persona plurali. Est ἦλθον εἰς συναλγοῦντα pro ἔτυχον συναλγοῦντος, *nacti sunt, qui simul doleat.* MUSGR. Wakefieldius conjecit, ἀλλ' ὡς συναλγῶν γ' ἦλθον. Mihi satius videbatur ἦλθον in ἦλθεν mutare. HERMAN.

1176. ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον. Quod ῥέθος communiter τὸ μέλος, quodvis membrum sonat, Æolice autem τὸ πρόσωπον, *vultum*, ut hoc in loco, Eustathius nos docet, pp. 1090, 27. 1257, 21. Apollonius Argon. II. Αὐτίκ' ἀνασχόμενοι ῥεθέων προπάροιθε βαρείας Χεῖρας. Sic Moschus Megar. v. 2. τὸ πρὶν δέ τοι οὐκ ἔτ' ἔρευθος Σώζετ' ἐνὶ ῥεθέεσσι. Sophocl. Antigon. Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν ῥέθος αἰσχύνει. Ubi pro *vultu* et *genis* τὸ ῥέθος usurpatur. BARNES.

1177. βάρος ἀντίπαλον δακρύοις συναμιλλᾶται. Sensus est: *certat cum lacrimis tuis pondus non minus grave*: i. e. si dolor facit, ut nolis conspici; at amicitia in te Thesei postulat, ut retegas faciem. HERMAN.

1183. Vulgo βρόμον. Bene Reiskius δρόμον. Eadem allusio est in βαλβίδων ἄπο v. 847. MUSGR.

1189. φόνον. Reiskius ingeniose, sed imperite φυγὰν vel φυγεῖν scribendum putabat. Mihi satius visum est comma in signum interrogationis mutare. HERMAN. Cf. v. 1201.

1196. συμπλεῖν. Id est, συμπονεῖν, συνδυστυχεῖν, καὶ συγκινδυνεύειν. Ita Cicero in Epistolis Familiaribus, *in eadem esse navi*, pro *in communi esse periculo*, usurpavit. BROD.

1209. Non intellexerunt hunc versum interpretes. Ἕτεραι συμφοραὶ sunt, quod alibi ἕτερος δαίμων. Vide Valcken. Diatr. p. 112. Lennep. ad Phalar. p. 112. HERMAN.

1211. ἅπτει κάτωθεν ο. δ. Non erat, quod Canterus adeo fastuose rejiceret priorem interpretationem; *Læderis invecta cælitus calamitate.* BARNES.

1213. δοκεῖς ἀπειλῶν σῶν κ. τ. λ. Simile illud Virgil. Æneid. IV. 34. *Id cinerem aut manes credis curare sepultos?* BARNES.

1219. Est ἐπιτυχὼν hoc in loco pro ὅστις ἔτυχε, i. e. *quivis, quilibet, plebeius;* aliquis ex plebe, nulla philosophia instructus, nulla animi magnanimitate supra vulgarem sortem evectus. Hic poëta desperationem vulgaribus animis dignam docet, magnis viris tolerantiam proponit. BARNES.

1220. σὺ δ', ἐκτὸς ὢν γε κ. τ. λ. Huc spectat, quod Æschylus in Prom. 263. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν, νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς Πράσσοντας. Dio Cass. XXXVIII. Ῥᾷον παραινέσαι ἑτέρους ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι. Quod ex illo Euripidis mutuatus est, Alcest. 1088. Ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν. Huc refer Erasmi Adag. Chiliad. 1. Centur. 6. Adag. 68. *Facile, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.* Terent. Andr. *Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.* Ovid. Eleg. Drusi: *Hei mihi! Quam facile est, quamvis hoc contigit omnes, Alterius luctu fortia verba loqui?* BARNES.

1222. οὔκουν τοσαῦτά γ', κ. τ. λ. Heathius reddit: *Non sane tam multa pertulissem, si mala ultra certum terminum, aut supra modum, ferre non oporteat.* BECK.

1223. εὐεργέτης βροτοῖσι. Vide supra ad v. 856. BARNES.

1229. κτανὼν Μητρὸς πατέρα. Electryonem invitus occidit Amphitryon. Vide supra ad v. 17. BARNES.

1232. ὅταν δὲ κρηπὶς κ. τ. λ. Hanc sententiam Plutarchus usurpat in libello, *de Educat.* p. 1. Est autem metaphora: κρηπὶς, *basis, fundamentum,* pro *origo, initium.* BROD.

1234. ὅστις ὁ Ζεύς. Vide ad Orest. 408.

1237. ἔτ' ἐν γάλακτί τ' ὄντι κ. τ. λ. Huc refer illud Idyllium Theocriti elegantissimum, quod Ἡρακλίσκος inscribitur, ubi omnis hæc fabula graphice describitur. Ex ejus autem initio hic locus lucem mutuatur: Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ' ἁ Μιδεᾶτις Ἀλκμήνα, καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα, Ἀμφοτέρους λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος, Χαλκείαν κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα, κ. τ. λ. BARNES.

1238. ἐπεισέφρησε. Verbum φρέω, φρῶ, unde ἐκφρῶ, εἰσφρῶ et ἐπεισφρῶ, per transpositionem ἀπὸ τοῦ φέρω natum videtur, vel potius per syncopen a φορέω. Certe φρέω vox Attica est, et ubi occurrit, semper significationem habet τοῦ φέρω, φορέω et φόρημι. Alii autem dicunt φρῶ et φρημὶ pro προέω et προίημι. Hinc προιῶ, ὅθεν γενέσθαι φασὶ πρῶ κατὰ συγκοπὴν, καὶ τροπῇ τοῦ π' εἰς τὸ φ' φρῶ, ὅθεν φρημὶ καὶ φρὲς, καὶ εἴσφρες, ut θὲς, κ. τ. λ. De qua re videsis Budæi Comment. Græcæ Linguæ, p. 350. Aristophanis Vesp. Ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν, οὐκ εἰσφρήσομεν. Demosthenes in Leptin. Εἰσέφρουν τὸ στράτευμα. Euripidi frequens est, ut

Alcest. 1066. Καὶ πῶς ἐπεισφρῶ τήνδε τῷ κείνης λέχει. Electr. 1037. Λέκτροις ἐπεισέφρηκε. BARNES.

1241. μόχθους, οὓς ἔτλην. De Herculis laboribus vide supra ad v. 356. BARNES.

1243. Vulgo τετρασκελεῖς. Non invenuste Reiskius τετρασκελῆ. Et hoc et vulgata defendi potest e v. 178. HERMAN. Reiskii conjecturam præfert Elmsleius.

1245. τόν τ' ἀμφίκρανον κ. τ. λ. *Novem habentem capita*, quatuor ex utraque parte mortalia, unum in medio immortale. Quare Hydra dicta sit canis, diximus supra ad v. 416. Dicitur autem παλιμβλαστὴς, ob capita: ubi enim aliquod eorum exscindebatur, duo continuo succrescebant. De qua fabula vide Erasm. in Adagio, *Hydram secas:* et Apollod. Biblioth. II. 5. 2. BARNES.

1250. Pro vulgato φόνον Lennep. ad Phalar. Ep. 102. p. 295, 1. legi vult πόνον, quod frequenter dicatur τλῆναι vel ἀνατλῆναι πόνους. BECK. Ita etiam Reiskius, probante Elmsleio.

1251. θριγκῶσαι κακοῖς. *Ut domum meam malis circumvallarem et undique sepirem.* Planius Euripides in Oreste: Κύκλῳ γὰρ εἱλιχθεῖσαν ἀθλίοις κακοῖς Οὐ πώποτ' εἶδον μᾶλλον ἄλλην ἑστίαν. BROD. Aliud autem quid elegantius hæc vox notat: significat enim *consummatum quid facere*, ut sit ex hoc ultimo facinore omnium Herculis malorum consummatio. Sic supra dixit ad Troades, v. 493. Τὸ λοίσθιον δὲ θριγκὸς ἀθλίων κακῶν. BARNES.

1254. εἰς ποῖον ἱερὸν, κ. τ. λ. E templis enim arcebantur parricidæ, athei, sacrilegi, quique se immanibus sceleribus adstrinxissent; etiam amicorum proditores, juxta illud oraculi, quo talis vir e templo exire jubebatur, apud Simplicium in Epictetum, c. 39. Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐπαμύνας, Ἤλυθες οὐ καθαρός· περικαλλέος ἔξιθι σηκῶ. Æschylus Eumen. Ποίοισι βωμοῖς χρώμενος τοῖς δημίοις; Ποία δὲ χέρνιψ φρατόρων προσδέξεται; Theon Sophista: Διὰ τοῦτο χερνίβων εἰργέσθω, (ἀνδροφόνος δηλονότι) σπονδῶν, κρατήρων, ἀγορᾶς, ἱερῶν. Abunde hæc res patet ex Eurip. Oreste et Æschyli Eumenidd. BROD.

1255. Constructio est: ἔχω γὰρ ἄτας οὐκ εὐπροσηγόρους, *calamitates enim sustineo, in quibus nullum compellare me licet.* Contagio utique sceleris contrahi etiam colloquio credebatur. Vide supra v. 1190. Orest. 75. Nec aliter Brodæus. MUSGR.

1259. Injuria verbum κληδουχεῖν suspectum est Marklando ad Iph. Taur. 1429. Sed hic quidem quomodo illud defendi possit non video. Reiskii λοιδορούμενοι, quod etiam Musgravio

in mentem venit, nimis vulgare est, quam ut ita corrumpi potuerit. Alteram Musgravii conjecturam, κληρουχούμενοι, quod interpretatur *obnoxii calumniæ, tamquam* κληρουχίᾳ, non intelligo. Scribendum videtur κηλιδούμενοι, quo verbo paullo post usus est, v. 1299. Et ut Græci poëtæ sæpissime verba in eodem loco iterant, ita nonnumquam etiam rariora vocabula intra breve spatium repetunt: cujus rei multa possent exempla congeri. Quare conjectura nostra tantum abest, ut ob v. 1299. excusatione indigeat, ut inde aliquid etiam confirmationis nanciscatur. Herman.

1264. Ald. Brub. Herv. Brod. συγγενῶν. Canterus et reliqui συγγενῶς, quod Musgravius non dixisset nullo auctore receptum esse, si Brodæum consuluisset, qui sic apud Stobæum tit. 104. περὶ κακοδαιμονίας, legi adnotavit. Accipit hinc lucem redditque Sophocles in Œd. T. 1082. Herman.

1268. Vulgo ἁρματηλάτην. Omnino legendum ἁρματήλατον. Rotæ perpetuo circumactæ alligatum tradunt, κατ' ἄντυγα δρομάδα δέσμιον, ut verbis Sophoclis utar: Philoctet. 696. Musgr. De Ixione, et ejus apud inferos supplicio, quomodo rotæ fuerit ferreæ alligatus, videsis Natal. Com. Mytholog. VI. 16. Eustathium in Homer. p. 102, 20. Apollodorum, aliosque Mythologos et Scholiastas. Barnes.

1275. πόδα. Emendat Brodæus πέδον, assentiente Cantero. Locus sic constitutus Junonem fingit sandalio Jovis indutam, et choreas agentem. Mihi non deterior videtur vulgata, ut constructio sit: κρούουσα ἀρβύλῃ πόδα Ὀλυμπίου Ζηνός. Græci enim, ne alios nominem, pro *contumeliose tractare* libenter dicunt *inambulare* τῷ δεῖνι, vel *insultare*. Plutarchus: ἐμπεριπατῶν τῷ Βίαντι καὶ κατορχούμενος, Op. Mor. p. 98. Ed. Steph. Musgr. Servavi veterum librorum lectionem, quamvis vitiosam. Sed πόδα sanum esse intelligitur ex Iphig. Aul. 1031. Electr. 180. Quare, nisi gravior hic corruptela latet, fortasse scribendum est, κρούουσ' Ὀλύμπῳ Ζηνὸς ἀρβύλῃ πόδα, ut Juno Ζηνὸς ἀρβύλῃ *saltare*, i. e. *pro Jove se gerere dicatur.* Herm.

1284. Vere statuit Scaliger, ante hunc versum aliquid deesse; nec audienda, quæ opponit Barnesius. Musgr.

1286. ἀψευδεῖς. Ita etiam Elmsleius; qui solœcum esse monet vulgatum εἴπερ οὐ ψευδεῖς.

1292. ὑπέρφευ. De hoc adverbio vide ad Phœniss. 550. Barnes.

1297. σώσας κόρους Δὶς ἑπτὰ, κ. τ. λ. De Minotauro, et Androgeo cæso ab Atheniensibus, deque septem pueris, totidemque puellis quotannis ab Atheniensibus Minotauro in cibum

missis, donec a Theseo ille cæderetur Ariadnæ ope, videndi Plutarchus in Theseo: Isocrates in Helena; Apollodorus Bibliothec. III. 14. 8. Natal. Com. Mytholog. VI. 5. VII. 9. Catullus Ariadnæ Historiam complexus est, Ovidius attingit Metamorph. VII. Fab. 23. Virgilius quoque et Propertius, &c. BARNES.

1317. δύστηνοι. Non assentiendum Ruhnkenio meo legenti δύσφημοι, Ep. Crit. II. p. 21. Sonat δύστηνος, si Polluci fides, V. 163. *hominem nihili*, i. e. *odio et contemtu dignissimum*. Pariterque Sophocles Electr. 120. Clytæmnestram δυστανοτάτην vocat, quod recte Scholiastes per ἐξωλεστάτην exponit. Euripidi Suppl. 360. δύστηνος dicitur, qui se parentibus non morigerum præstat, i. e. *turpis, vilis, abominandus*, non, ut male Interpres, *infelix*. Hinc δύστηνοι λόγοι, *detestandi sermones*: δύστηνα ῥημάτια, (apud Lucianum Symposio, et Socratem Histor. Ecclesiast. p. 171, 2. Ed. Rob. Steph.) *detestanda verbula*. MUSGR.

1324. Wakefieldii conjectura μυρίαν si cui blandiatur, monendus est, ut recte hunc locum consideret. HERMAN.

1335. κοινωνίαν. Vide Pors. ad Phœn. 16. HERMAN.

1339. ὁ φύσας χὠ τεκών. Talem pleonasmum Tragicis fuisse in deliciis, neque adeo a Musgravio sollicitandum, observat Brunck. ad Or. 544. BECK.

1358. Piersoni emendationem in Veris. p. 228. recepi. Vulgo ἀθλίου κυνὸς, Wakefieldius ἀγρίου. HERMAN.

1359. κόμιστρ'. *Præmia adducendi*, eadem analogia, qua θρέπτρα, σῶστρα, μήνυτρα, a θρεπτὸς, σωστὸς, μηνυτός. Nec aliter Pollux VII. 133. et IX. 159. Intelligo autem patrimonium Herculis, quod ei promissum erat, hoc ultimo labore exantlato. Vide supra v. 19. ad v. 22. MUSGR.

1363. Scripsi ἅπαντας. Legebatur ἅπαντες. HERMAN.

1385. Scribendum puto: ζῶ σοι ταπεινός; ἀλλὰ πρόσθεν οὔ, δοκῶ. Eamdem viam, sed non sine piaculo, ingressum esse Jacobsium in Additam. Animadv. ad Athen. p. 90. postea vidi. HERMAN.

1386. Nulla erat distinctio post ἄγαν γ', et male ante ποῦ distinguebatur. Ἄγαν γε spectat ad verba ζῶ σοι ταπεινός. HERMAN.

1391. θάπθ', ὥσπερ εἶπον, παῖδας. Interpres: *Sepelito, ut dixi, liberos*. Annon melius foret: *Liberos sepeli, eo, quo dixi, modo*. Vide supra v. 1334. MUSGR.

1396. Vide de voce ἐφολκίδες, et de hac metaphora, supra ad v. 625. BARNES.

1400. τὰ μέγιστα φίλων ὀλέσαντες. Hæc Chorus Thebanorum senum de Hercule, amicissimo principe, et duce calamitatibus jam oppresso, et modo abeunte, scenam claudens loquitur. Τὰ μέγιστα φίλων pro μέγιστον τῶν φίλων dicitur, ut Hecub. 777. πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων. ubi πρῶτα pro πρῶτος. Sic Lucretius, I. *Ductores Danaum delecti* prima *virorum*, pro *primi*. De qua re videsis Turnebi Adversar. XXV. 29. Ita Euripides τὸ ὑπεῖκον pro οἱ ὑπείκοντες dixit, Iphigen. Taur. 317. In quem locum vide quæ nos. BARNES.

FINIS NOTARUM IN HERCULEM FURENTEM.

NOTÆ

IN

ELECTRAM.

NOTÆ IN ELECTRAM.

1. ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος. Idem fere significare videtur, ac si dicas ὦ Ἄργος, παλαιὰ τῆσδε τῆς γῆς πόλις, sive ὦ κτῆμα τῆσδε τῆς γῆς, παλαιὸν Ἄργος. Ex parte similia sunt Phœniss. 1058. ἑπτάπυργα κλεῖθρα γᾶς. Soph. Œd. Col. 297. πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει. Musgravius pro Ἄργος conjicit εὖχος, Reiskius τρισπάλαιον pro γῆς παλαιόν. Notandum autem est hoc genus compellationis per vocativum, ad quam in sequentibus non amplius respicitur. Exclamationem verius dixeris quam compellationem. Pari modo noster in Andromachæ initio: Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις, Ὅθεν ποθ' ἕδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ Πριάμου τύραννον ἑστίαν ἀφικόμην. Fallitur Brunckius, qui σχῆμα et πόλις nominativos putat, omisso ἐστί. Nam Alcestidis quoque initium non multum differt: ὦ δώματ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν. Ζεὺς γὰρ, κ. τ. λ. Cf. etiam nostræ fabulæ, vv. 54. 430. Seidl.

2. Ἄρην. Editur vulgo Ἄρη. Illud dedi, Porsonum secutus ad Phœniss. 134. 936. 1006. Seidl. ναυσὶ χιλίαις. Vide ad Androm. 106.

6. ἀφίκετ'. Verbo ἀφικνεῖσθαι similiter *de redeuntibus* utitur Noster Hec. 943. Æschyl. Pers. 15. Agam. 515. Idem usus est verbi μολεῖν, ut infra v. 48. aliorumque verborum ejusdem significationis. Vide Heindorf. ad Platon. Protag. 4. p. 462. Seidl.

7. ναῶν. Intellige cum Barnesio *templorum*, non *navium*. Vide infra v. 1004. Æschyl. Agam. 588. Musgr.

9. γυναικὸς πρὸς Κλυταιμνήστρας. Quomodo Agamemnon, Troja reversus, domi fuerit cæsus uxoris et Ægisthi insidiis, vide Homer. Odyss. Λ. 408. et Scholiast. Æschyli argumentum ad fabulam *Agamemnon* dictam. Barnes. Præpositionem πρὸς in ἐκ mutat Porsonus.

14. οὓς δ' ἐν δόμοις ἔλιπεν, ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει. Elegantiores numeros restitue ad exemplum Orest. 63. ἣν γὰρ κατ' οἴκους ἔλιφ', ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει. Seidl.

19. ἡ δ'. Vulgo legunt ἡ δ', et punctum ponunt post πατρός. Sed conf. Orest. 63. seq. quem modo citavimus. Neque enim illud potissimum narraturus est, domi eam remansisse, sed qualem ibi sortem habuerit. SEIDL.

22. παῖδας Ἀργείων. Corrige παῖδ' ἀριστέων, et, in v. sequenti, ποινάτορ'. Vide ad Med. 5.

27. Hunc versum ita emendavimus, κτανεῖν σφε βουλεύσαντος ὠμόφρων ὅμως, librorum vestigia secuti. Ed. Victorii: κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως. Virorum doctorum conjecturas, quæ ad unam omnes a librorum lectione magnopere recedunt, nihil attinet referre. Ceterum cf. Androm. 790. Ἀνδρομάχην κτανεῖν καὶ παῖδα βουλεύσασα. SEIDL. Cujus emendatio illi, quam dedit Matthiæ, præstare videtur.

29. εἰς μὲν γὰρ ἄνδρα κ. τ. λ. Causam habuit et prætextum, quare se defenderet Clytæmnestra; quod nempe Agamemnon filiam ejus, Iphigeniam, mactasset, et hoc prætextu se armat impudica viricida apud Æsch. Agamemn. 1421. sqq. et infra hujus fabulæ v. 1015. sqq. Et Sophocles eodem modo se excusantem Clytæmnestram inducit, Electr. 526. BARNES.

30. Ad φθονηθείη Victorius adscripsit μεμφθείη ex glossa, ut videtur. SEIDL.

33. εἶφ'. Male vulgo εἶπεν. Χρυσὸν εἶφ' bene versum *aurum promisit*. Sæpius enim Græci verba *dicendi* usurpant de *pollicitationibus*. Lucianus Reviv. c. 3. T. I. p. 573. Homerica parodia: Μὴ δή μοι φύξιν γε, κακηγόρε, βάλλεο θυμῷ, Χρυσόν περ λέξας, ἐπεὶ ἵκεο χεῖρας ἐς ἁμάς. Herodot. VI. 23. μισθὸς δέ οἱ ἦν εἰρημένος ὅδε, *merces autem ei promissa erat hæc*. Sic dicitur inprimis verbum ὀνομάζειν. Homerus Il. I. 511. εἰ μὲν γὰρ μὴ δῶρα φέροι, τὰ δ' ὄπισθ' ὀνομάζοι. Pro quo mox v. 519. νῦν δ' ἅμα τ' αὐτίκα πολλὰ διδοῖ, τὰ δ' ὄπισθεν ὑπέστη. Longus p. 87. sq. ed. Villois. μείζονα γὰρ ἡ κατὰ ποιμαίνουσαν κόρην δῶρα ὠνομάζετο παρ' ἑκάστου. Apud Hesychium ὀνομῆναι et ὀνομάσαι explicantur ἐπαγγείλασθαι; nempe Hesychius, quod a nemine huc usque animadversum est, respexit Od. Ω. 340.: ὄρχους δέ μοι ὧδ' ὀνόμηνας Δώσειν πεντήκοντα. Et Il. I. 121. Ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω. Hoc sensu et τὸ ὀνομάζειν dicitur in Il. Σ. 449. καὶ πολλὰ περικλυτὰ δῶρ' ὀνομάζων. Ubi vides ὀνομάζεσθαι δῶρα hic esse, *promittere dona*. SCHÆFER. Ceterum ad εἶφ' intellige ἐκείνῳ, et ad κτάνῃ αὐτὸν, scil. ὅς γῆς ἀπηλλάχθη. Musgravius mavult κτάνοι. Male. Ὃς ἂν κτάνῃ valet ἐάν τις κτάνῃ, *si quis illum occidisset*. SEIDL.

37. Ad λαμπροὶ et πένητες intellige ἐσμέν. Rarior est hæc ellipsis primæ personæ. Sophocl. Antig. 634. ἡ σοὶ μὲν ἡμεῖς παν-

ταχῆ δρῶντες φίλοι; Vide Schæf. Melet. Crit. p. 114. Nostri Cycl. 500. πλέως μὲν οἴνου, γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης. Soph. Œd. Col. 207. ὦ ξένοι, ἀπόπτολις. Nostri Hercul. Fur. 622. οὐ γὰρ πτερωτός. Differunt ab his exemplis illa, in quibus ad ἕτοιμος sive πρόθυμος intelligitur εἰμί. Vide Schæf. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 696. Seidl. Cf. Juv. Sat. III. 164. *Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat Res angusta domi.*

39. ὡς ἀσθενεῖ, κ. τ. λ. Spectat ad v. 34. ἡμῖν δίδωσιν δάμαρτα. Sensus est, *ut, humili viro eam collocans, metum sibi minueret.* De hoc optativo λάβοι vide Matth. Gramm. Græc. §. 518. 6. Seidl.

41. ἐξήγειρε. Sic recte editiones antiquæ. Barnesius ἐξέγειρε. Seidl.

43. ἀνὴρ ὅδε. *Ego*, ut recte Barnesius, citans Soph. Œd. Col. 1323. 1467. Trachin. 308. Musgr. Vide ad Alcest. 343.

51. μὴ θιγγάνω. Terent. *Nocte illa prima virginem non attigit.* MS. Not. ed. Victor. Seidl.

52. γνώμης πονηροῖς κανόσιν. Πονηροῖς in πονηρᾶς mutavit Musgravius, quem sequitur Porsonus ad Hec. 597. (ubi memoriæ lapsu citat ἴστω τὸ σῶφρον.) Sed non assequor, cur damnanda sit librorum lectio, quæ mihi quidem etiam magis poëtica videtur. Sensus est: *is sciat, se prava mentis,* (statuendi, judicandi) *regula metiri sive æstimare continentiam*, i. e. se perperam judicare de continentiæ laude. Noster δικαίους κανόνας dixit Fragm. Belleroph. VI. 5. Seidl. De constructione vide ad Hipp. 303.

53. καὐτὸς αὖ. Reiskius proponit οὐ pro αὖ. Sed sana vulgata. Verte: *ipsumque contra talem esse*, scil. qualem me dicat, μῶρον. Μῶρον etiam supplet Heathius. Seidl.

54. ἄστρων τροφέ. Tibullus Eleg. II. 1. 87. *Ludite, jam Nox jungit equos, currumque sequuntur Matris lascivo sidera fulva choro.* Musgr.

58. δείξωμεν θεοῖς. Docet Grævius ad Hesiod. Op. D. 730. Antiquorum sententiam fuisse, noctu deos versari in terra et hoc orbe nostro inter homines, interdiu sedes superas colere. Stat. Sylv. I. 1. *Huc sub nocte silenti, Cum superis terrena placent, tua turba relicto Labetur cœlo.* Quintilian. Declamat. X. *Omnis religio templorum, omnis religio lucorum, cum tacuere mortalia et profani procul, errare sedibus totis, solitudine frui, et de suis dicitur exire simulacris.* Hinc intelligendus Euripides. Musgr.

59. Vulgo ἀφίην. Reiskium corrigentem ἀφίημ' secutus est Musgravius, qui duos antecedentes versus uncinis inclusit.

Sed vereor, ut aptus hic sit parentheseos locus. Idem sensisse videtur Heathius, qui corrigit ἀφίω γ', et Schæferus, qui ἀφῶμεν edidit. Sed nimis tamen Schæferi lectio a libris recedit. Quid si scripserit Euripides, quod Portus voluit, ἀφείην, ad Homeri exemplum conjunctivum cum optativo copulans. Sensus tamen utriusque paululum erit diversus. Verte: *ut Ægisthi injurias diis ostendam, et ut querelas fundere possim (non* fundam) *in magnum æthera.* Vide Matth. Gramm. Græc. §. 519. SEIDL.

62. Αἰγίσθῳ πάρα. Ita libri. Schæferus edidit Αἰγίσθου πάρα. Sed nihil magnopere differt, utrum dicas, genuit liberos *ex Ægistho* an *apud Ægisthum, in Ægisthi domo,* i. e. conjuncta cum illo. Plane sic Plutarch. Pericl. p. 165. c. ἔτεκε δὲ καὶ παρὰ τῷ Περικλεῖ Ξάνθιππον καὶ Πάραλον. SEIDL.

63. πάρεργα δόμων. Id est, νόθους. Vide Hesych. v. πάρεργον. SEIDL.

66. καὶ ταῦτ'—ἀφίστασαι; Construe καὶ οὐκ ἀφίστασαι, ἐμοῦ λέγοντος ταῦτα, sive καίπερ ἐγὼ λέγω ταῦτα, scil. δεῖν σε ἀφίστασθαι. SEIDL.

69. μεγάλη μοῖρα. *Magna felicitas.* Est μοῖρα vocabulum μέσον; loci igitur nexus significationem regit. Nam μεγάλη μοῖρα eodem jure de magno infortunio dici possit, ut οἰωνὸς μέγας, Orest. 776. pro οἰωνὸς κακὸς, et Iph. Aul. 443. τὰς μεγίστας συμφορὰς pro τὰς κακίστας. SEIDL.

73. συνεκκομίζειν. Id est, συμπονεῖν, συμβαστάζειν, ut explicant Scholiastæ ad Orest. 674. et Hippol. 465. Videtur hoc verbum Nostro proprium esse. Idem Euripidi significant συνεκπονεῖν et συνεκφέρειν. SEIDL.

74. Quod τὰ ἐν δόμοις mulieri affinxit Euripides, hoc est, muliebria officia tractare, id explicatur a Xenophonte in Œconom. Παρεσκεύασεν ὁ θεὸς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ μὲν τῆς γυναικὸς ἐπὶ τὰ ἔνδον ἔργα καὶ ἐπιμελήματα· ῥίγη μὲν γὰρ καὶ θάλπη, καὶ ὁδοιπορείας, καὶ στρατείας τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν μᾶλλον δύνασθαι καρτερεῖν κατεσκεύασεν, ὥστε τὰ ἔξω ἐπέταξεν αὐτῷ ἔργα. STIBLINUS.

79. εἰσβάλλειν. Nostro est aut *introire* aut *agere in locum,* ut hic et Iph. Taur. 251. SEIDL.

80. θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα. Id est, *quantumvis deos habeat in ore.* Proxime βίον intellige *victum.* SEIDL. Quoad sententiam confer Hor. Sat. I. 9. 59. *Nil sine magno Vita labore dedit mortalibus.*

82. Πυλάδη. Hinc patet, Pyladem adesse, ut mutam personam; nihil enim hic vicissim loquitur. BARNES.

84. 'Ορέστην τόνδ'. Addidisse τόνδε videtur poëta, ne auditor

forte nomen loquentis ignoraret. MUSGR. Est θαυμάζειν *colere, amare*, ut sæpe. Conf. Musgravium infra ad v. 515. et quem ille citat Markland. ad Hippol. 105. Addit Beckius Valckenaerium ad eundem Hippol. locum. SEIDL.

87. ἐκ θεοῦ μυστηρίων. Videntur hæc referenda ad sequentia οὐδενὸς ξυνειδότος, *nemine sciente secundum arcanum dei præceptum;* quare comma post οὐδας dele. Etymol. M. p. 595. 48. μυστήρια· μυθήρια· μῦθος γὰρ ὁ λόγος. Clemens Alex. Cohort. ad g. p. 12, 12. Pott. πάρεστι δὲ καὶ ἄλλως μυθήριά σοι νοεῖν ἀντιστοιχεύντων τῶν γραμμάτων, τὰ μυστήρια, ubi, ut ex Etym. patet, recte fictam vocem μυθήρια Sylburgius defendit. Confer etiam Zonaram, p. 1378. SEIDL.

89. ἀλλάξων. Id est, ἀμείψων, *ut rependam*. SEIDL.

91. κόμης ἀπηρξάμην. Sectionem intelligit capillorum. Nam solenne fuit, sectos crines mortuis inferri a proximis. Ovid. Metamorph. III. 6. *planxere sorores Naiades, et sectos fratri imposuere capillos.* Hujus rei crebra est mentio apud Æschylum, Sophoclem et Euripidem. Vide Joh. Kirchman. de Funerib. Rom. II. 15. BARNES.

92. ἐπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου. Id est, ἔθυσα. Infra v. 279. μητρὸς αἷμ' ἐπισφάξασ' ἐμῆς. Pro φόνου Musgravius conjicit γόνου sive βοτοῦ. Male. Vulgata genuina. Αἷμα μηλείου φόνου est αἷμα ἐκ μηλείου φόνου. Τ' κύρειον φόνον apud Euripidem legimus Hel. 1591. coll. v. 1582. et Æschyl. Theb. 44. SEIDL.

94. βαίνω πόδα. Citat Musgravius Orest. 1411. ad quem locum vide Porsonum, qui ex ipsa nostra fabula addit v. 1177. βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα. Confer etiam Lobeck. ad Ajac. p. 225. seq. SEIDL.

95. δυεῖν δ' ἅμιλλαν. Victorius ἁμίλλαιν. Plerique interpretes legendum esse viderunt δυοῖν sive δυεῖν δ' ἅμιλλαν ξυντιθεὶς, *duarum rerum certamen*, i. e. studium *componens.* Atticum δυεῖν hauddubie præstat, frequentissimum illud in Græca Tragœdia, et fortasse ubique reponendum. SEIDL.

97. σκοπῶν. *Speculatorum;* ut recte Piersonus, genitivo plurali a σκοπός. MUSGR.

98. ζητοῦντ'. Piersonus emendabat ζητῶν τ', vertens: *ob has autem binas præcipuas causas veni ad terminos hujus terræ, et ut facile evadere possim, si quis speculatorum me cognoverit, et sororem quærens, quam dicunt nuptam hic habitare.* Callide vertit *hic habitare:* nam illud *hic*, quod ejus emendatio necessarium facit, in Græcis non inest. Approbavit tamen hanc emendationem plerisque. Quod si tali correctione locus indigeret, legerim potius ζητεῖν τ', i. e. ἵνα ζητῶ,

mutata constructione, ut sæpe, vel ἧ συγγένωμαι pro ὡς συγγένωμαι. Sed ne litterula quidem mutanda est. Fraudi fuerunt viris doctis (etiam Lobeckio de Usu Apostr. p. 21.) verba illa δυεῖν δ' ἅμιλλαν ξυντιθεὶς, quæ perperam interpretati sunt. Illud δυεῖν spectat non magis ad sequentia quam ad præcedentia. Nam quo potissimum studio in patriam redierit, paulo ante Orestes dixit, v. 89. φόνον φονεῦσι πατρὸς ἀλλάξων. Jam pergit sic: *Recessi autem ad fines hujus terræ, duarum rerum studium componens,* (i. e. studium meum ex simplici faciens duplex, sive, primario meo studio aliud studium adjungens, hoc scilicet,) *ut facile in aliam terram elabi possim, si quis speculatorum me cognoverit quærentem sororem (dicunt enim eam cum viro habitare neque virginem adhuc esse) ut conveniam,* &c. Ita optime cohærent omnia. Investigare autem sororis sedem etiam in finibus regni poterat, quod regis filiæ sors etiam hic vix ignorari poterat; sed petere fines regni ad eam investigandam non poterat, nisi ante comperisset, eam *hic* habitare. Ceterum ἅμιλλαν dicit, (*periculum* vertit Reiskius,) quod in utraque re reluctantes habebat inimicos. Similiter Sophocles Electr. 493. γάμων ἁμιλλήματα. Seidl.

99. ἐν γάμοις ζευχθεῖσαν οἰκεῖν. Ita v. 209. μάτηρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις ἄλλῳ σύγγαμος οἰκεῖ. Hel. 295. μετ' ἀνδρὸς οἰκεῖν βαρβάρου. Seidl.

108. Cave corrigas, verbi ἅπαξ λεγομένου ἐγκείρειν insolentia forte offensus, ἐν κεκαρμένῳ κάρᾳ: ne cavillator feminam te hydropicam facere criminetur. Etenim πηγαῖον ἄχθος κάρᾳ φέρουσαν dicitur, ut in Sophoclis cognomine fabula, v. 326. sq. ἐντάφια χεροῖν φέρουσαν: in ejusdem Philoct. v. 655. ἃ βαστάζω χεροῖν. Ælian. de Nat. Anim. VII. 12. τῇ μὲν κεφαλῇ φέρουσιν ὑδρίαν μεστὴν ὕδατος. Schæfer. Sed quam ibidem conjecturam proponit ἄνθος pro ἄχθος, eam vir doctissimus dudum ipse improbavit. Nam πηγαῖον ἄχθος recte vertunt *aquæ fontanæ onus*. Seidl.

112. σύντειν', ὥρα, κ. τ. λ. Alloquitur in hoc carmine Electra semet ipsam. Seidl.

113. ἔμβα. *Ingredere.* Vox est incitantis aliquem ad viam vel choream auspicandam. Confer Aristoph. Ran. 380. Ecclesiaz. 476. Musgr.

119. πολιῆται. Epica forma uti poëta eo magis poterat, quod numeri sunt ex genere dactylico. Etiam in Æschyl. Pers. 554. hanc formam legimus in eodem versu eodemque versus loco. Seidl.

122. Male post ὦ πάτερ ponunt punctum. De particula δὲ sic posita multa disputat Porsonus ad Orest. 611. Seidl.

123. σᾶς ἀλόχου σφαγείς. Subaudi ὑπό. Barnes. Citat hunc locum Porsonus ad Orest. 487. πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ κάρα. Hermannus tamen de Ellips. et Pleonasm. p. 143. qui præpositionem tali modo omitti posse negat, in Oreste corrigit ὑπαὶ pro ὑπὲρ, et nostro loco σφαγαῖς pro σφαγείς. Sed vide, ne in his genitivus eodem modo ponatur, quo ponitur in τεκὼν ἐκείνου et similibus, quæ non semper articulum adjunctum habent. Seidl.

130. οἶκον λατρεύεις. Cum accusativo hoc verbum itidem junxit Noster Iphig. Taur. 1084. Videtur quidem constructio verbi ejusdem significationis θεραπεύειν hunc usum invexisse. Seidl.

133. πατρῴοις, ἐπί. Victorius annotavit πατρῴαις ἐπί. Quam lectionem qui probabit, conjunget οἰκτρὰν ἐπὶ πατρῴαις συμφοραῖς. Sed major vis in vulgata. *Tu me reliquisti in paterna domo ad acerbissimam fortunam*, i. e. in qua acerbissimam fortunam eram passura. Confirmant hanc explicationem proxima τῶνδε πόνων. Seidl.

134. ἀδελφεάν. Eadem forma utitur Sophocles Œd. Tyr. 160. Œd. Col. 535. Æschyl. Theb. 578. ἀδελφεόν. coll. v. 976. Seidl.

142. ἐπορθοβοάσω. Non ausus sum hanc lectionem mutare. Ἐπορθοβοᾶν idem significare videtur, quod ἐπορθιάζειν. Confer Æschyl. Pers. 684. 1043. Agam. 29. 1128. Seidl. Reiskius ἐπορθροβοάσω conjicit; i. e. *lamenta per diluculum edam:* quod Veteres libentius fecisse notum est. Cf. infra v. 913. Soph. Elect. 91. Sed neque hoc verbum, magis quam alterum, in Lexicis continetur.

148. Legitur vulgo χέρα τε κρᾶτ' ἀποκούριμον. Heathius legit χερί. Sed jam detonso capite Electra erat: vide supra v. 108. Prior ratio κρᾶτ' ἐπὶ κουρίμῳ, quam Musgravius probat, admitti non potest propter abjectum ι dativi. Sed vera est altera. Noster Hec. 643. πολιὸν ἐπὶ κρᾶτα τίθεται χέρα. coll. Troad. 282. ἄρασσε κρᾶτα κούριμον. De confusione præpositionum ἀπὸ et ἐπὶ vide Schæf. Melet. Crit. p. 93. Seidl.

149. θανάτῳ σῷ. Similiter Æschyl. Choëph. 51. δεσποτῶν θανάτοισιν. Seidl.

151. ἀχέτας. Disputat de hac voce Abresch. Miscell. Observ. v. 111. sq. Ut hic οἷα—ὡς, sic ὥστε—ὡς Bacch. 1019. sqq. citante Barnesio. Adde Sophocl. Œd. Col. 1240. ὡς τις ἀκτὰ κλονεῖται, ὣς καὶ τόνδε ἆται κλονέουσιν. Seidl.

157. λουτρά. Agamemnonem, quo tempore balneum egrediebatur, occisum esse docet Æschyl. Eumen. 636. Musgr.

160. Post πικρᾶς vulgo inseritur μὲν, quod metri causa delevi. Similiter omissum est Hel. 660. πικρὰς ἐς ἀρχὰς βαίνεις, πικρὰν δ' ἐρευνᾷς φάτιν. Seidl.

161. Pro βουλᾶς legendum puto ἀβουλίας, *nefandi consilii*, ut verba ἐκ Τροίας ὁδοῦ explicentur *post Trojanam expeditionem*. Sic ἄστεως ὁδὸς, Phœniss. 842. πατρῴας γῆς νόστος, Iphig. Taur. 1035. Seidl.

162. μίτραις—στεφάνοις. Qualia in victores conjici a consanguineis solebant. Vide Pindar. Pyth. IX. in fine huj. fab. v. 891. Musgr. Hesychius, Photius et Suidas: μίτρα· διάδημα. Seidl.

165. Ad λώβαν ex antecedentibus intelligo σέ. Sic Orest. 1036. Σὺ νῦν μ', ἀδελφὲ, μή τις Ἀργείων κτάνῃ, Ὕβρισμα θέμενος τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον. *Postquam te bipenni Ægisthi contumeliam fecerat, duxit illum, quem furtivum maritum habuerat.* Interpretes locum non intellexerunt. Sensus est: *sed postquam te occisum Ægisthi contumeliæ obtulit, nacta est illum, quem clam mariti loco habuerat.* Seidl.

168. ἀγροτέραν. Plutarchus in Lysandro, hunc locum citans, ἀγρότειραν legit p. 807. Ed. H. Steph. metrum postulat ἀγρότερον. Musgr. Immo et numeris aptior est lectio Plutarchi, et exquisitior, quam ut mutari debeat. Masculinum ἀγροτὴρ infra habebimus, v. 461. Quam autem hic dicit ἀγρότειραν αὐλὰν, infra v. 340. vocat ἀγραύλους πύλας. Ac si quis putet, feminina in ειρα desinentia nonnisi de personis, aut qui personarum loco haberi possint, usurpari, ei in mentem revocare licet vocem πίειρα. Conferri etiam potest Hippol. 67. εὐπατέρειαν αὐλὰν, quæ lectio tentari non debebat. Seidl.

173. παρ' Ἥραν. Id est, πρὸς Ἥρας ναόν. Seidl.

174. παρθενικαί. Id est, παρθένοι. Ita Theocritus Idyll. XVIII. 2. Hom. Il. Σ. 567. Od. Λ. 39. Hymn. XXX. 14. Seidl.

177. ἐκπεπόταμαι. Hesych. ἐκπεπότημαι· ἐκπέπληγμαι. Quam glossam huc refert Abresch. Miscell. Observ. VI. 272. Sed Hesychii explicatio non satis videtur huic loco convenire. Namque ἐκπέπληγμαι de *timore* potius accipias, ut Noster Suppl. 88. φόβος μ' ἀναπτεροῖ, quam de gaudio, ut nostro loco, cui conferri potest Æschyl. Choëph. 224. Ἰχνοσκοποῦσά τ' ἐν στίβοισι τοῖς ἐμοῖς Ἀνεπτερώθης, κἀδόκεις ὁρᾶν ἐμέ. Soph. Aj. 693. ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν. Victorius tamen in

margine δρμοισι πεπόταμαι, suprascripta littera M, ex quo conjicias, Euripidem scripsisse ὄρμοισιν πεπόταμαι. Verbum enim simplex eodem modo ponitur, ut Aristoph. Nub. 318. ἡ ψυχή μου πεπότηται, ad quem locum Schol. et Suidas ἀνέπτη· ἀνεκουφίσθη. Av. 1445. ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας. SEIDL.

178. οὐδὲ στᾶσα χοροῖς. Ita dedimus pro οὐδ' ἱστᾶσα χοροὺς, quam lectionem si quis defendere conetur, aptioribus id faciat exemplis, quam fecit Musgravius. Nostræ lectioni favet Iphig. Taur. 1111. χοροῖς δὲ σταίην. SEIDL.

180. πόδ' ἐμόν. Librorum lectionem πόλεμον emendavit Canterus, quam pessimam lectionem admodum miror Musgravium revocavisse. Aliena sunt, quibus eam conatur vindicare. SEIDL.

185. εἰ πρέποντ'. Ita optime Reiskius. Vulgo εἴπερ ποτ'. SEIDL.

186. Editio Victorii: κούρας, τὰ βασιλεία, Τὰ Τροία θ'· ἄμου, κ. τ. λ. Κούρᾳ jam Reiskius voluit, qui tamen proxima male et legit et explicat. Τῇ utrobique in margine adscriptum est a Victorio. Ultima idem valent, ac si dixisset τῇ Τροίας ἁλώσει, ἣν πατὴρ ἐμὸς εἷλεν. SEIDL.

189. μεγάλα θεός. Intelligo Junonem, non, ut Barnesius, Fortunam. Quasi diceret: *magna est Dea, quam non tutum fuerit negligere.* MUSGR.

190. χρῆσαι. Recte Reiskius *accipe mutuo.* In eundem modum vertitur in edit. Stiblini: *pallia utenda accipe, quæ induas.* Χρῆσον est *da mutuo,* χρῆσαι *mutuo accipe.* Aristoph. Thesmoph. 250. ἀλλ' ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμῖν τουτοῒ Καὶ στρόφιον· οὐ γὰρ ταῦτά γ' ὡς οὐκ ἔστ' ἐρεῖς. ΑΓ. λαμβάνετε, καὶ χρῆσθ'· οὐ φθονῶ. Cf. ejusd. fabulæ, v. 219. Male quædam χρῆσαι, quod Barnesius derivat a χρήζω. Antiquæ editiones omnes cum Victoriana χρῆσαι. Notandum autem est simplex δῦναι de *veste,* pro ἐνδῦναι. Hom. Il. Ψ. 739. δύσαντο χιτῶνας. Errat igitur Schneiderus, qui simplex δύειν et δύεσθαι Homerum de vestibus dixisse negat. SEIDL. Mutuo sumere vestes ad festa celebranda non inusitatum erat. Aristides, p. 693. Tom. III. οὔκουν εἴς τε τὰς πομπὰς τὰ χείριστα ἔχοντες βαδίζομεν· ἀλλ' εἰ καὶ μήπω εἴη οἴκοθεν, αἰτούμεθα, ἵν' ὡς κάλλιστα ἔχοντες ἱμάτια, τὰ σκεύη, τοὺς ἵππους, πᾶν, ὅ, τι περ ἂν ἡ πομπὴ δέηται. Vide et Theocrit. II. 74. MUSGR.

191. Vulgo χάρισαι. Si lectio genuina est, nihil aliud significare potest, quam *obsequere nobis.* Qua ratione hoc verbum interpunctione a ceteris disjungendum erit. SEIDL. Lego

χάρισι, et χάρισι προσθήματ' interpretor *gratiarum adjumenta.* MUSGR.

198. οὐ. Id est, οὔτε. Vide ad Troad. 928. Παλαιῶν πατρὸς σφαγιασμῶν bene Heathius explicat *sacrificiorum olim a patre oblatorum.* SEIDL.

203. θῆσσαν ἑστίαν. Vide ad Alcest. 2. 6.

212. Conjici potest, Chorum plura dicere voluisse, quæ ad præsentem Electræ statum pertinerent, dum interrumpitur. Forte vero etiam de industria mulieres illæ accusationem Clytæmnestræ in Helenam converterant, quia ipsæ suberant Clytæmnestræ imperio. BECK.

214. ἐφεστίους. Bene Æmil. Portus πρὸς τῇ ἡμῶν ἑστίᾳ εὐνὰς ἔχοντας. SEIDL.

224. καὶ τάχ' οὐκ ἄλλως ἐρεῖς. Scil. ἢ ἐγὼ, *et statim mecum consenties.* Respicit ad ea, quæ modo dixerat, οὐκ ἔσθ' ὅτου θίγοιμ' ἂν ἐνδικώτερον. SEIDL.

229. εὐδαιμονοίης μισθὸν, κ. τ. λ. Explica εὐδαιμονοίης sive potius ἔχοις εὐδαιμονίαν, μισθόν σοι ἐσομένην ἡδίστων λόγων. Similiter Noster Hel. 774. ἄλιον ἐφθείρου πλάνον. SEIDL.

231. ἔχων. Referri potest participium ad verbum ζῇ, v. 228. nisi præstat ad ποῦ γῆς supplere ἐστί. SEIDL.

232. νομίζων νόμον. *Usurpans non unam unius urbis legem, sed plurium.* Henr. Steph. in Lexic. Tom. II. p. 1030. G. ex Luciano affert κἀ νόμους νομίζω τοὺς ἐμούς. Cf. Nostri Fragm. Alcmæon. XIII. 2. ubi νομίζειν τέχνην est *artem usurpare* seu *profiteri.* Φθείρεται autem est *conflictatur,* de qua verbi potestate disputat vir doctus in Miscell. Obs. IV. 451. sq. SEIDL.

238. Vulgo: λύπαις τε συντέτηκας. Sed Reiskius eleganter συντετηκὸς, et Heathius γε pro τε. Utrumque conjunxit Schæferus. Noster Med. 684. τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε. SEIDL.

239. ἐσκυθισμένον. Hesychius: ἐσκυθισμένης· κεκαρμένης. ubi vide Interpretes, et Kusterum ad Suidam v. περισκυθίσαι. MUSGR. Conf. Troad. 1021. SEIDL.

242. τί δαὶ σὺ σῷ κασιγνήτῳ δοκεῖς; Si genuina lectio est, intellige sic: τί δαὶ σὺ δοκεῖς εἶναι σῷ ἀδελφῷ; ἢ οὐ φίλη; Fortasse tamen poëta scripsit σοῦ pro σύ: *quid vero te fratri putas esse carius?* Quod ad particulam δαὶ attinet, ea ex Brunckii quidem sententia, quam Porsonus sequitur ad Med. 1001. e Tragicis est eliminanda. Cui opinioni etsi neutiquam accedam, nostro tamen loco malim legere δ' αὖ. Est enim manifesta sententiarum oppositio. SEIDL.

244. ἐκ τοῦ. *Quare.* SEIDL.

249. MSS. omnes τηλορὸς, quam vocem distraxi in duas τῆλ' ὅρος. Ad τῆλε intellige, si placet, ἄστεως, collat. supra v. 244. ἐκ τοῦ δὲ ναίεις ἐνθάδ' ἄστεως ἑκάς. Arist. Nub. 138. τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν. Ὅρος ναίω, ut supra v. 208. οὐρείας ναίουσ' ἐρίπνας. Piersonus Veris. p. 258. legi vult τῆδ' ὅρους, quod infirmo argumento Musgravius impugnat. SEIDL.

250. Post δόμων bene Schæferus interrogandi signum delevit, ut jam voluit Reiskius, qui bene explicat: *quantum conjicere licet ex ædium specie, necesse est, ut eas incolat agri fossor aut bubulcus.* SEIDL.

254. Lectionem ἀναξιῶν Schæferus mutavit in ἀπαξιῶν, cujus mutationis in Præfatione ad Anacreontem, p. viii. hanc reddit rationem: "Hinc, inquit, verbum ἀναξιοῦν ceteris Lexicographis omissum Schneiderus ascivit. Sed ego hoc verbum Græcum esse nego. Itaque dedi ἀπαξιῶν. Sic confusa in Diogene Laërtio, VII. 105. ἀναξίαν et ἀπαξίαν. Vide Addenda ad Gregor. Corinth. p. 922." SEIDL.

257. οὐ κύριον κ. τ. λ. Id est, Non putat ei, qui me dedit, jus fuisse hoc faciendi. Iphig. Aul. 693. Ζεὺς ἠγγύησε, καὶ δίδωσ' ὁ κύριος. SEIDL.

260. εὖ τε δραστέον. Subaudi αὐτῷ. BARNES.

262. σ' ἡ τεκοῦσα. Nota pronominis collocationem minus usitatam. Plane sic Soph. Œd. Col. 994. πατήρ σ' ὁ καίνων. SEIDL.

270. Ad φίλαι σοι intellige οὖσαι. SEIDL. Orestes, de rebus arduis verba facturus, de Choro Electram rogat, an fidæ sint et amicæ illi. BARNES.

272. τί δῆτ' Ὀρέστης, κ. τ. λ. Sensus est: *quid vero faciet, quomodo se gerere debebit, si Orestes huc ad Argos redierit?* SEIDL.

273. Post ἀκμή cum Heathio interrogationis notam posui. Locum autem, secus atque ille, interpretor sic: *Hoccine tu interrogabas? Turpis profecto est talis interrogatio. Nonne summum jam res nacta est fastigium,* i. e. nonne tanta jam sunt matris meæ et Ægisthi flagitia, ut ultra progredi non possint? Quis igitur quæret, quid Orestem in patriam reversum facere deceat, quum apertum sit, illos mortem commeruisse? Intelligit sororis mentem Orestes respondens, sed *quomodo* fieri poterit cædes? SEIDL.

275. ὑπ' ἐχθρῶν οἷ' ἐτολμήθη πατήρ. Interpres Latinus: *quæ pater meus ab inimicorum audacia passus est.* SEIDL.

278. λέγω τάδ' αὐτῷ, κ. τ. λ. Recte Schæferus in fine hujus versus interrogationis notam posuit. SEIDL.

285. ἀρχαῖος γέρων. Eodem modo infra 857. ἀρχαίου γέροντος. Seidl.

287. ἔκυρσεν, ὡς ἔκυρσεν. Vide ad Iph. T. 561. et cf. infra v. 1126.

292. ἔνεστι δ' οἶκτος, κ. τ. λ. Hunc locum emendavit Musgravius ex Stobæo Floril. Tit. III. p. 22. ubi tanquam ex Antiopa petiti leguntur. Nec tamen omnia ille tetigit. Nam proximo versu in Stobæo pro οὐ γὰρ οὐδ' legitur καὶ γὰρ οὐδ', et v. 296. σοφὸν pro σοφήν. Vertit Grotius ad Stobæum: *Non vilis animi motus est, miserescere, Sed mentis altum providæ. Noxa imminet, Cum sapere sese qui putant, sapiunt nimis.* Postrema melius in Excerptt. p. 356. sq. *solet Non absque damno sapere qui nimium sapit.* Seidl.

302. αὐλίζομαι. Mutavit hanc lectionem Schæferus meus in στολίζομαι, citans (in Præf. ad Anacreont. p. viii.) Anacreont. XXVIII. 29. Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν Ὑποπορφύροισι πέπλοις. ipsumque Euripidem voce στολμὸς de πέπλοις aliquoties usum esse admonens. Sed Hesychius αὐλίζομαι explicat per μένω, ἐνδιατρίβω, et ἐναυλίζομαι eodem modo vertit ἐνδιατρίβω. Idem οἰκεῖ interpretatur μένει. Vide igitur, ne poëta h. l. verbo αὐλίζεσθαι eodem significatu usus sit, quo alias occurrit οἰκεῖν et ναίειν, ut denotet simpliciter *agere, vitam agere, versari.* Conf. Schol. ad Soph. Œd. Col. 118. et Trach. 99. coll. supra ad nostræ fabulæ v. 99. Seidl.

306. Pro ἢ legendum suspiceris μή. Sed post ἤ, ut post Latinorum *quam,* interdum constructio mutatur. Ad στερήσομαι intellige αὐτῶν, scil. πέπλων, *iisque carebo.* Seidl.

308. ἀνέορτος ἱερῶν. Dictum est ut ἄχαλκος ἀσπίδων, ἄπαις τέκνων, et sexcenta similia apud Tragicos. Seidl.

309. Recte Barnesius ejecit δὲ, quod libri inserunt post ἀναίνομαι. Locus tamen est e difficilioribus. Sensum opinor esse hunc: *In tantam iniquitatem et contemtum dejectæ nihil mihi consortii est cum mulieribus, quamquam sum virgo, nihil* (similitudinis) *cum Castore, cui quondam desponsata fui,* i. e. nemo, qui me intuetur, conjicere poterit, me quondam tali viro, qualis Castor est jam inter deos relatus, fuisse desponsatam. Difficultatem facit hoc, quod ἀναίνομαι secundo loco paululum diversa significatione accipi debet. Alteri sententiæ ἀναίνομαι δὲ Κάστορ', κ. τ. λ. simile est illud, quod supra legimus v. 186. εἰ πρέποντα—τᾷ Τροίᾳ, ἅ μου πατέρος μέμναταί ποθ' ἁλοῦσα. Male autem Scaliger, qui Κάστορ' pro Κάστορε, i. e. Διοσκούρω, accipit, legi vult ᾧ, quod μνηστεύειν non *desponsare* significet, sed *nuptias alicujus ambire.* Verum eodem modo

apud Nostrum Iphig. Aul. 836. Clytæmnestra de se filiæ nuptias conciliante dicit μνηστεύω γάμους οὐκ ὄντας. Apollon. Rhod. II. 511. τῷ κ' ἀεξηθέντι θεαὶ γάμον ἐμνήστευσαν Μοῦσαι. SEIDL.

312. Φρυγίοισιν ἐν σκυλεύμασιν. Phryges erant optimi textores, unde tapetes Phrygii et Phrygiæ texturæ notabiles præ reliquis: quanquam autem et alia innumera omne genus spolia Agamemnon ex Troja reportasse putatur, hoc in loco Φρύγια σκυλεύματα pro tapetibus ponitur. Phrygia denique indumenta, quæ et infra v. 317. Ἰδαῖα φάρη dicuntur, erant polymita, multa arte elaborata, et variis formis bestiarumque et avium, aliorumque animalium figuris variegata et picta. BARNES.

313. πρὸς δ' ἕδρας. Etiam mihi placet Scaligeri ἕδραις, *prope eam in sellis stationem habent*, si quidem huc pertinet Hesychii glossa στατίζουσι· στάσιν ἔχουσι. quam ad h. l. refert Heinsius. Sed fortasse hæc glossa alio spectat. Bonus certe erit sensus, si στατίζουσι active accipiamus, prope eam *sistunt* sive *collocant* sellas suas, i. e. prope eam capiunt sedes. SEIDL.

314. ἃς ἔπερσ' ἐμὸς πατήρ. Hic iterum πέρθω de personis dicitur, et *vinco*, vel *in servitutem redigo*, sonat. Sic Rhes. 450. πέρσας Ἀχαιούς. Vide ad Herc. Fur. 688. BARNES.

316. αἷμα σέσηπεν. Vide Schütz. ad Æschyl. Choëph. 65. SEIDL.

318. ἅρματ'. Loquitur, puto, de curru regibus proprio. Synesius Ep. 57. ἀπὸ θυνοσκοπείου ἐπὶ τὴν ἡγεμονικὴν ἀπήνην ἁλάμενος. Confer Virg. Æneid. XII. 162. MUSGR.

322. κλῶνα μυρσίνης. Myrtos arbor mortuis sacra, de qua re Cœlius Rhodiginus Antiq. Lection. XXVII. 26. BARNES. Conf. v. 508. MUSGR. Legitur οὐ πώποτ' οὐ χοάς. Emendatio Heathii et Piersoni Veris. p. 240. οὐ πώποτε χοὰς numeros præbet non admodum elegantes. Elegantius Thierschius οὔπω χοάς ποτ', quod recepimus. Certe contractionem vocis χοὰς in unam syllabam exempla a Musgravio allata non probant. SEIDL. Ita etiam Porsonus in Adversariis.

323. χέρσοι. Adjective, ut Soph. Œd. Tyr. 1501. MUSGR.

324. μέθῃ βρεχθείς. Intelligo temulentiam ex vino: mire enim interpretatur Muretus Var. Lect. V. 16. quasi constructio esset βρεχθεὶς μέθῃ τῆς ἐμῆς μητρός. MUSGR.

326. πέτροις λεύει. Hunc odii explendi morem tangit Argentarius in Brunck. Analect. II. p. 274. ἀλλὰ λίθους ἐπὶ τύμβον, ὁδοιπόρε, μήτε σὺ βάλλε. MUSGR. SEIDL.

329. ἀπών. Scil. Orestes. SEIDL.

333. ἐκείνου. Id est, Ὀρέστου. SEIDL.

347. ἀνὴϱ. Ita Schæferus. Vulgo ἀνὴρ hic et v. 364. Ἔστι accentu notavi, quod hic valet ζῇ. SEIDL. Vide ad Hipp. 356. et de phrasi λεύσσειν φάος, ad Suppl. 77.

350. ἀσθενὴς φεύγων ἀνὴϱ. Vide similem locum supra ad v. 234. BARNES.

358. ὀπαδοί. Pertinet ad servos, qui Orestem atque Pyladem sequuntur. BECK. τῶνδ'. Scil. ἀνδρῶν. SEIDL. τεύχη. Modernis τοῦλδον sonat, i. e. *Tuldum;* de qua voce Cuiac. Meursium et Rigaltium in Glossariis. Anglice: *a portmanteau.* BARNES.

359. ἀντείπητε. Scil. ὦ ξένοι. SEIDL.

369. Jure Musgravius rejicit Scaligeri conjecturam λοιμὸν pro λιμὸν, citans Menandri fragmentum (Trincavellus Alexidi tribuit) ex Stobæo Floril. XCIII. p. 377. Ψυχὴν ἔχειν δεῖ πλουσίαν. Adde Nostri Suppl. 908. ibique Markland. Idem usus est verbi ἀφνειός. Conf. Fragm. Archel. XXIII. πλουτεῖς; ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία, δειλόν θ' ἅμα. Phœniss. 597. δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος κ φιλόψυχον κακόν. SEIDL.

371. αὐτά. Id est, ταῦτα. Vide ad Troad. 365. SEIDL.

373. τοῖς ἔχουσι μηδέν. Concretum posuit poëta pro abstracto, non admodum opportuno loco. SEIDL.

374. διδάσκει ἄνδρα κακόν. Idem valet, quod διδάσκει ἄνδϱα κακὸν εἶναι. Formulam illustrat Toupius ad Suidam v. χρεία, (T. III. p. 320.) et ante eum Bentleius, Epist. ad Millium, p. 18. Vide etiam ad Heraclid. 573. Pro ἄνδϱα τῇ χρείᾳ corrigit Toupius ἄνδρα χ' ἡ χρεία. Mihi satisfacit vulgata. MUSGR.

377. κράτιστον εἰκῇ κ. τ. λ. Ex Diogene Laërt. II. 33. discimus *Socratem, cum hæc fabula publice recitabatur, in theatro adfuisse, et hoc versu audito surrexisse et e theatro fuisse egressum, dicentem, ridiculum esse, mancipium, si non inveniatur, dignum inquisitione judicare, virtutem autem ita subtrahi permittere.* In hodiernis quidem Laërtii exemplaribus hic versus ex Euripidis Auge citatur; sed hanc ipsam fabulam designari manifestum, opinor, erit versus proxime præcedentes expendenti. HEATH. Pro εἰκῇ Toupius ad Long. p. 242. mavult εἴη, quod deterius est. Pertinet εἰκῇ non ad ἐᾷν, sed ad ἀφειμένα. Bene Grotius: *Hæc melius ergo sinere sic ferri, ut cadunt.* SEIDL. De adverbio εἰκῇ vide Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 459.

379. δοκήσει. Id est, δόξῃ, ut Androm. 687. Herc. Fur. 285. Fragm. Ixion. I. Pro ὠγκωμένος Musgravius verum putat ὀγκούμενος. Minime omnium. Hoc esset, *non superbe*

se gerens propter gentis suæ gloriam, quasi vere ex generosa stirpe esset oriundus. Sensus est: *non gentis nobilitate clarus factus*. Eodem modo hoc participio Noster utitur Fragm. Phryx. XIV. et Fragm. Inc. XVII. SEIDL. Adde Androm. 694.

381. οἱ κενῶν δοξασμάτων πλανᾶσθε. Id est, *Qui, majoris scilicet, quam par est, divitias et generis nobilitatem æstimantes, falsarum opinionum pleni a vera via aberratis*. Similiter Isocrates Epist. ad liberos Jasonis, p. 1006. Bas. ὑμᾶς ταῖς διανοίαις πλανᾶσθαι καὶ πολλῶν διαμαρτάνειν πραγμάτων. SEIDL.

382. τῇ δ' ὁμιλίᾳ κ. τ. λ. Id est, *Et potius ex vita et moribus de mortalium nobilitate judicabitis?* SEIDL.

384. οἱ τοιοῦτοι. Scil. εὐγενεῖς τοῖς ἤθεσιν. SEIDL.

386. ἀγάλματ' ἀγορᾶς. Comparat Gatakerus Nostri Fragm. Autolyc. III. 10. ex Athen. Deipnos. X. 2. καὶ πόλεως ἀγάλματα φοιτῶσι.—δόρυ. Ita Stobæus. Idem optime conjecerat Reiskius. Sic Noster Heracl. 739. κακὸς μένειν δόρυ. Vertit Grotius: *Nec securius Robusta teneris brachia hastam acceperint*. Vulgo legitur δορί. SEIDL.

387. μένει. Corrigendum opinor θένει. Sic Cyclop. 7. Ἐγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορί. TYRWHITT. Immo, qui robusto est corpore, is majori vi poterit θένειν, sed non ideo etiam μένειν, i. e. *hostes fortiter excipere, neque cedere loco*. Similiter Sophocl. Antig. 671. Δορός τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον Μένειν δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην. SEIDL.

389. ἀλλ', ἄξιος γὰρ κ. τ. λ. Ænigmatice loquitur Orestes de seipso, qui cum revera præsens esset, absens putabatur, utpote qui Nuntius Orestæ habitus est, ipse Orestes existens. BARNES.

392. ὡς ἐμοὶ πενὴς κ. τ. λ. Videtur hoc dicere: *Diviti hospiti præfero pauperem, qui propenso sit animo*. SEIDL.

395. ἐβουλόμην δ' ἄν. Id est, μᾶλλον ἐβουλόμην ἄν. Vide ad Lamb. Bos. Ellips. p. 769. Schæf. SEIDL.

405. ἔν τε μή. Subaudi ὑπάρχουσι, et verte: *nonne et victum tenuem et deficientem etiam offendentes, in eo tamen acquiescent*. HEATHIUS. Male. Negligentius locutus est poëta, qui hoc vult: στέρξουσι ἐν μικροῖς οὐχ ἧττον, ἢ ἐν μὴ μικροῖς. SEIDL.

406. ἐπεί νυν ἐξήμαρτες κ. τ. λ. Continuat Electra suam orationem non attendens ad mariti objectionem. Sensus est: *Quandoquidem in eo peccasti, quod hospites hosce recepisti, quum sis in re tenui*, &c. SEIDL.

407. ὡς. Pro εἰς. Vide ad Phœn. 1400.

411. εἰς δόμους ἀφιγμένον. Id est, domum suam reversum e pascuis. Cf. ad v. 6. Respicitur ad verba ποίμναις ὁμαρτεῖ, v. antecedente. Bene enim Heathius monet, domum suam ipsi proficiscendum fuisse, ut inde dapes hospitibus peteret. SEIDL.

414. ἐκσώζει. Præsens pro præterito, ut sæpe apud tragicos. Similiter post relativum Soph. Trach. 20. Philoct. 261. SEIDL.

417. αἴσθοιτο. Id est, παρ' ἡμῶν ἀκούσειε. SEIDL.

421. προσφορήματα. Schneiderus in Lexico explicat per προσφορὰν, eo significatu, quo προσφορὰ dicitur de dapibus. SEIDL.

424. Legitur vulgo: ἐν τοῖς τοιούτοις δ' ἡνίκ' ἂν γνώμη πέσοι. Schæferus πέσοι mutavit in πέσῃ. Sed Stobæus Floril. XCI. p. 367. pro γνώμη πέσοι habet γνώμης πέσω, quam lectionem Heathius mire construit et explicat. Legendum γνώμῃ πέσω, qua ratione variæ istæ lectiones conciliantur. De subscripto ι a librariis passim in ς mutato vide Schæf. Melet. Crit. p. 112. sq. Πίπτειν γνώμῃ idem est quod πίπτειν εἰς γνώμην, *incidere in cogitationem.* Sic Orest. 88. δεμνίοις πέπτωχ' ὅδε. Sensus est: *Quando, ubi tale quid accidit, in meditationem incidero, intelligo, &c.* Ceterum in Soph. Trach. 705. legimus ποῖ γνώμης πέσω, unde si quis putet Stobæi lectioni auctoritatis aliquid accedere, ei demonstrandum est, non modo dici posse ἡνίκα γνώμης pro ὅποι γνώμης, sed etiam, quomodo talem explicationem loci nexus ferat. SEIDL.

427. ἐφ' ἡμέραν. Supra v. 233. τοῦ καθ' ἡμέραν βίου. Cf. Alcest. 805. Cycl. 336. πιεῖν κ̀ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν. Phœniss. 401. ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν. Quamquam significatione differunt καθ' ἡμέραν et ἐφ' ἡμέραν. Illud est *per diem, quotidie,* hoc *in diem.* Herodot. I. 32. οὐ γάρ τοι ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ' ἡμέρην ἔχοντος ὀλβιώτερός ἐστι, εἰ μή οἱ τύχη ἐπίσποιτο, πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον. SEIDL.

430. κλειναὶ νᾶες. Similem locum vide Troad. a v. 122. De hoc alloquii genere supra diximus ad v. 1. SEIDL.

432. πέμπουσαι χορούς. Id est, *ducentes choreas.* Ita dicitur πομπὴν πέμπειν. Vide Henr. Steph. Thes. III. p. 197. A. Quid velit poëta, ipse optime explicat Hel. 1451. Φοίνισσα Σιδωνιὰς ὦ ταχεῖα κώπα—χοραγὲ τῶν καλλιχόρων δελφίνων. Cf. etiam Soph. Œd. Col. 717. πλάτα Θρώσκει, τῶν ἑκατομπόδων Νηρήδων ἀκόλουθος. Nostri Iphig. Taur. 413. SEIDL.

433. ἔπαλλε. Id est, ἐπάλλετο. Vide Porson. ad Orest.

312. qui tamen ibi male corrigit ἀμπάλλεθ', metro non intellecto. Eodem modo paulo post v. 474. habebimus ἔπαλλον pro ἐπάλλοντο. –ἶν'. Cave de tempore intelligas. In prægressa sententia latet *in mari*. Noster Iph. Taur. 412. ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ δραμόντες· Ὅπου πεντήκοντα κορᾶν Τῶν Νηρῄδων χοροί. Seidl. φίλαυλος. Plinius Hist. Nat. IX. 8. *Delphinus mulcetur symphoniæ cantu, et præcipue hydrauli sono.* De choreis Delphinum vide Oppian. Halieut. I. 670. Musgr.

435. εἱλισσόμενος. Hoc verbum dativo jungitur in Orest. 880.

436. πορεύων. Soph. Œd. Col. 1475. ἀλλ' ὡς τάχιστά μοι μολὼν Ἄνακτα χώρας τῆσδέ τις πορευσάτω. Pro quo, quod diligenter notes, paulo ante v. 1457. πῶς ἄν, εἴ τις ἔντοπος, Τὸν πάντ' ἄριστον δεῦρο Θησέα πόροι; Seidl.

441. Ad χρυσέων ἀκμόνων Barnesius intelligi vult ἀπὸ, referens hæc verba ad ἔφερον. Sed fallitur. Bene Reiskius: *Nereides ferebant labores aurearum Vulcani incudum;* i. e. *instrumenta, parata super incude Vulcani.* In genitivorum concursu noli offendere. Ceterum hæc Achillis arma audacter poëta dixit μόχθους ἀσπιστὰς τευχέων, *labores armorum scutatos*, partem potiorem, scutum, commemorans. Seidl.

443. πρύμνας. Barnesius πρυμνᾶς. Musgravius de radicibus montis intelligit. Sed explicandum puto de ἐξοχαῖς τοῦ ὄρους. Hesych. πρυμνόν· τὸ ἔσχατον, τὸ ἄκρον (coll. Suida sub eadem voce) et πρύμναι· αἱ ἄκραι. Vide etiam Etym. M. p. 693. 36. Seidl.

445. Νυμφαίας σκοπιάς. *Nympharum speculas.* Sic ἰδαίαν νυμφᾶν σκοπιὰς, Helen. 1324. οὔρειαι σκοπιαὶ θεῶν, Phœn. 233. Musgr.

446. κόρας μάτευσ'. Ita legi in ed. Victor. affirmat Musgravius, idemque habent Brubach. Hervag. Stibl. Thierschius tamen ex editione Princ. enotavit κόραι μάτευσ'. Barnesius edidit κόραι ματεύουσ', quod metro non minus adversum est, atque alterum, quod proponit, κόραις ματεύουσ', *oculis quærunt*. Idem valet de Musgravii conjectura κόρας δατεῦσ', quæ alias etiam offensiones habet. Nec melior est altera Musgravii emendatio κόραις ζατεῦσ', quo Dorismi genere tragici abstinuerunt. Melius de hoc loco meruissent interpretes, si, quid velit poëta, explicuissent, qui in eo videntur consentire, Nereidas in Pelio et Ossa quæsivisse Achillem. Sed, quæso, cur? Nimirum ut arma Vulcani ei traderent. At tum temporis Achilles erat ad Trojam. An intellexerunt illa arma, quæ prius habuit Achilles, quibus Patroclum Hector exuit?

Sed etiam de his diversa tradit Homerus Il. Σ. 82. sqq. Nihil superest, quam ut dicas, diversam ab Homerica Euripidem secutum esse fabulam, id quod hac in re mihi quidem parum probabile fit. Nam quod Nereidas, non Thetin, quemadmodum Homerus narrat et ipse Noster Iphig. Aul. 1063. arma Achilli attulisse tradit, id nihil momenti facit, quum Nereides perpetuæ sint Thetidis comites. Minus etiam probat illud, quod in armorum descriptione non singula quæque ex Homero transtulit, ut potius, si hoc fecisset, mirandum ducerem. Hinc adducor, ut longe aliud quid, quam quod interpretes opinantur, in corrupta ista lectione κόρας μάτευσ' latere putem, quod tamen quale sit, equidem non potui reperire. Seidl.

449. ταχύπορον πόδ'. Id est, ταχύπορον πόδας, ut supra v. 437. dicitur κοῦφος ἅλμα ποδῶν. Iphig. Aul. 204. ἰσάνεμος ποδοῖν. Androm. 1212. ταχὺς πόδας. Commemoro hæc, ne quis nimis audaci metaphora ταχύπορον tanquam epitheton referat ad πόδα. Seidl.

451. Ναυπλίοισι. Intelligendus Argis vicinus λιμὴν Ναυπλίειος, de quo Orest. 54. Strabo: ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον, p. 368. Musgr.

458. ποτανοῖσι πεδίλοισι. *Alatis pedibus* erat Perseus, ut et capite. Talaria enim et Petasum Mercurii habuit. Historiam Persei tradit Hyginus Astron. Poët. in tit. *Perseus;* Ovid. Metam. IV. V. Apoll. Bibl. II. 4. N. Comes Mythol. VII. 11. 18. Barnes. Ad ὑπὲρ ἁλὸς intellige ἀερθέντα, vel simile quid, et conf. ad Troad. 1315. Seidl.

459. ἴσχειν. Pendet infinitivus ab ἔκλυον, v. 450. Seidl.

460. Διὸς ἀγγέλῳ σὺν Ἑρμᾷ. Recte Mercurium, Jovis et Maiæ filium, Perseo comitem facit, utpote ex quo falcem et talaria mutuatus est Perseus. Ita enim Hyginus de eo: *Missus a Polydecte, Magnetis filio, ad Gorgonas, a Mercurio, qui eum dilexisse existimatur, talaria et Petasum accepit; præterea Galeam, qua indutus ex adverso non poterat videri.* Barnes.

461. ἀγροτῆρι. Ideo, ut puto, *agrestis* dictus Mercurius, quia in Arcadia natus et educatus, et ejus regionis præcipue patronus. Hom. Hymn. ad Mercur. 2. Κυλλήνης μεδέοντα καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου. Heath. Commemorat Pausanias IX. 34. 3. aram Mercurii Ἐπιμηλίου. Conferre operæ pretium est Epigramm. Adesp. CCXXXVI. Brunck. Anal. III. p. 198. ubi pene contrarium de Mercurio prædicatur: οὐ γὰρ ὀρειοχαρὴς ὥ'ρμᾶς, οὐδ' ἀκρολοφίτας. Seidl.

464. πτεροέσσαις. Emendat Barnesius πυρόεσσαις. Sed bene vulgata defenditur ex Ovid. Metam. II. 48. Sic πτεροφόρων ὀχημάτων in fragmentis Phaëthontis. Conf. Observ. Misc. T. II. p. 98. MUSGR. ἄν. Id est, ἀνά. Sic Æschyl. Suppl. 362. ἀμπέτραις ἠλιβάτοισιν, ad quod exemplum nostro loco scribendum foret ἀμπτεροέσσαις. De vi autem hujus præpositionis cum dativo junctæ conf. Matthiæ Græc. Gramm. §. 579. 1. SEIDL.

465. ἄστρων τ' αἰθέριοι χοροὶ, κ. τ. λ. Ad Homerum respicit, qui de eodem clypeo loquens, Iliad. Σ. 486. Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται, Πληϊάδας θ', Ὑάδας τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος. Vide Eustathium in locum, et A. Gellii Noct. Att. XIII. 9. BARNES.

467. τροπαῖοι. Id est, ἃς οὐκ ἄν τλαίη ἀντίον ἰδεῖν. Quod Homerus etiam de Myrmidonibus, Achillis amicis, ait, Iliad. T. 14. Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἕλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη Ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν. Euripides diceret: Τὰ δὲ τεύχεα Μυρμιδόνων ὄμμασιν ἦσαν τροπαῖα. BARNES.

469. ἀοίδιμον. Interpretandum fortasse *prædam cantu comparatam:* quemadmodum ipsa Sphinx ἀοιδὸς dicitur Soph. Œd. Tyr. 36. Vel legendum ἀοίδιμοι, *celebres.* MUSGR. Quidni simpliciter cum Barnesio *celebrem prædam,* i. e. de qua poëtæ canunt? SEIDL.

470. περιπλεύρῳ κύτει. Indicatur *lorica.* HEATH.

472. λέαινα. Recte interpretantur de Chimæra, de qua Homerus Il. Z. 181. recte etiam paulo post Πειρηναῖον πῶλον de Pegaso. SEIDL.

473. θορῶσα. Pro corrupta hac voce reponi vult Canterus ἀροῦσα, Heathius θοροῦσα. Multo melius Miltonus θηρῶσα, quæ lectio metro neutiquam obest. Neque tamen ab omni parte mihi satisfacit. Bothius proponit ὁρῶσα. SEIDL. Melius fortasse Jacobsius φοβῶσα, *perterrefaciens.*

474. δόρει. Vulgo δορί. Vide Herm. ad Soph. Ajac. ed. Erfurdt. maj. v. 1109. p. 628. Ad vocem ἔπαλλον cf. paulo ante v. 433. SEIDL.

476. δοριπόνων. *Armis exercitorum.* Non enim idem denotant δορίπονος et δορύξενος, quod affirmat Barnesius, nec δορύξενος significat *confœderatam,* sed generaliter *hospitem.* HEATH.

477. ἔκανεν. Dedi ἔκανες, quod in proximis allocutio est, et quod similiter in fine carminis fit infra v. 748. ὧν οὐ μνασθεῖσα πόσιν κτείνεις. Paulo post pro Τυνδαρὶς ἀλέχεα scripsi Τυνδαρὶ, σὰ λέχεα, i. e. *tuum maritum.* Æschyl. Agam. 1115. τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν λουτροῖσι φαιδρύνασα. Nostræ fabulæ infra v. 1160. ἃ πόσιν κατέκαν' αὐτόχειρ. Pluralem autem λέχεα de persona

posuit Noster etiam Hel. 784. 974. et λέκτρα, Androm. 917. Hinc malui scribere σὰ λέχεα quam cum Schæfero meo ἀλεχέα, i. e. κακολεχέα, de qua emendatione vide de Verss. Dochm. p. 24. not. coll. Schol. ad Soph. Electr. 429. Etiam Portus voluerat ἀλεχέα, sed male explicat. Unum adjicio, si quis retineri malit ἔκανεν, is pro ἀλέχεα poterit legere ἃ λέχεα, *suum maritum*, ut Soph. Trach. 525. τὸν ὃν προσμένουσ' ἀκοίταν. Seidl. Eodem modo *thalamos* de *marito* dixit Ovidius; Met. VII. 22.

480. θανάτοισι. Pluralem θάνατοι sæpius Noster usurpat, ubi de *violenta*, sive, quod fere eodem redit, de *præmatura morte*, sermo est. Eodem modo Æschylus et Sophocles: ut Æschyl. Choëph. 51. Soph. Elect. 206. Seidl.

482. κἂν ὄψομαι. Conf. Matthiæ Grammat. Græc. §. 598. d. Seidl.

484. ἥν ποτ'. Piersonus Veris. p. 242. emendandum esse monet ὅν ποτ', quod non Electram senex, sed Agamemnonem educasset, comparans vv. 407. 502. Sed non video, quare non idem ille senex, qui infra v. 550. παλαιὸν λείψανον φίλων vocatur, Electram quoque et Orestem educare potuerit. Seidl.

485. Scaliger legi vult πρόσβασις et ὀρθίως. Sed recte Barnesius ad ἔχει intelligit Electra. Nec video, quid lucremur cum Musgravio legentes τήνδ' pro τῶνδ'. Seidl.

486. τῷδε. Pertinet ad γέροντι, et valet ἐμοί. Pendet infinitivus προσβῆναι ab ὀρθίαν v. præcedente, in quo latet οὐ ῥᾳδία, sive potius a tota sententia prægressa. Vide Matthiæ Gramm. Græc. §. 534. a. Seidl.

488. διπλῆν ἄκανθαν. Recte explicant *curvam* (senio) *dorsi spinam*. Musgravius confert Virgil. Æneid. XII. 927. et Plutarch. Camill. p. 274. Addo Virgil. Æneid. XI. 645. *duplicatque virum* (hasta) *transfixa dolore*. Valer. Maxim. V. 1. extern. 1. *duplicatum frigore corpus*. Seidl.

492. πελάνους. Vulgo στεφάνους, quod Heathius accipit de *coronis*, quibus hospites convivantes caput cingebant. Vide Alcest. 776. Beck. Jacobsius etiam legit πελάνους. Sed forte recte se habet vulgata.

493. παλαιόν. Reliqui hanc lectionem, quamvis ita poëtam scripsisse persuadere mihi non possim. Nam quod quidam putant, anapæstum efficere hanc vocem, id ut in senario ferri possit, magnopere vereor. Exempla a Musgravio comparata aut corrupta sunt, aut aliena. Neque pertinent huc correptiones diphthongi in οἷος, τοιοῦτος, ποιεῖν, κ. τ. λ. Scaliger conjecit πολιὸν, probante Piersono ad Mœrin. p. 353. qui tamen male præfert πολιοῦ τε. Vera fortasse Scaligeri conjectura

est. Sed potuit etiam aliud vocabulum ejusdem significationis, v. c. γέρον, olim adfuisse, in cujus locum glossa παλαιὸν successerit. Thierschius conjicit γεραῖον. Seidl.

494. δσμῇ κατῆρες. Recte videtur explicare Marklandus ad Supp. 109. *odore instructum*. Hesychii glossam κατῆρες, κατηρτισμένοι ἐν ἐρήμῳ, bene Schæferus emendat κατηρτισμένον ἐρετμῷ, nisi verius fortasse est κατηρτισμένον, εὐήρετμον. Ceterum de vini ἀνθοσμίᾳ, vide Athen. Deipn. p. 32. a. ibique Schweigh. In Brub. legitur κρατῆρες. Seidl.

495. τοῦδ'. Ita Heathius et Schæferus (cf. Cycl. 256.) præeunte Reiskio, qui explicat: *dulce est hujus vetusti vini scyphum potui debiliori admiscere*. Vulgo legitur τῷδ'. Musgravius proponit τόδ', quasi σκύφον neutrius generis esset. Dicitur quidem ὁ σκύφος et τὸ σκύφος, (vide Athenæum XI. p. 498. d.) sed non τὸ σκύφον. Seidl.

501. τλήμονας. Noli corrigere τλήμονος. Vide Pors. ad Phœniss. 378. 1710. Seidl.

504. τοῦτό γ' οὐκ ἠνεσχόμην. Id est, *verum ab hoc mihi non potui temperare*, scil. ne sepulcrum Agamemnonis adirem et honorarem. Spectat enim ad proxime sequentia. Seidl.

505. πάρεργ' ὁδοῦ. Id est, *quum huc me conferrem, in via simul illuc deflexi*. Seidl.

515. ἐθαύμασ'. Canterus ἐτίμησ'. Sed θαυμάζειν colendi sensu a Veteribus adhibitum recte monet Marklandus ad Hippol. 105. Strepsiades apud Aristoph. Nub. 1116. farinæ saccum præceptori afferens hanc rationem addit: Χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον. Aristides: οὔτε γὰρ τῆς ἀξίας τῆς ὑμετέρας τοὺς ἔξω θαυμάζειν. Tom. II. 227. Idem: πῶς ἄξια ταῦτα τοῦ Διονύσου καὶ τοῦ Ἡρακλέους, οἱ παρ' ὑμῖν (Thebanis) φύντες, παρ' ὑμῶν πρῶτον ἐθαυμάσθησαν, Tom. II. 270. In ultimo certe exemplo θαυμάζειν est *divinis honoribus colere*. Confer Med. 1134. Androm. 557. Schol. Pindari in Nem. V. Stroph. 2. et Epod. 3. denique in Nem. IX. Divis. 1. Musgr. Vide supra ad v. 84. Æschylus de eadem re adhibuit πρεσβεύειν, Choëph. 485. Seidl.

516. σκέψαι δὲ χαίτην, κ. τ. λ. Recte monuerunt interpretes, Euripidem h. l. irridere Æschylum Choëph. 164—230. Nec tamen jure hoc fecit Euripides. Bene enim senserat Æschylus, animum anxium curisque depressum etiam ex vanis rebus sæpe spem captare. Seidl.

521. εἰ κρυπτὸν κ. τ. λ. Sensus est: *si putas, fratrem meum, qui forti animo est, Ægisthi metu clam in hanc terram rediturum esse*. Seidl.

524. Construe: ὁ μὲν ἀνδρὸς εὐγενοῦς, τραφεὶς παλαίστραις. Interpres Latinus: *Ille quidem, utpote viri nobilis, in palæstris nutritus.* Vocem κτενισμὸς desidero in Lexicis. SEIDL.

526. ὁμοπτέρους. Beckius monet, respicere huc Pollucem Onom. VI. 156. ὁμοπτέρους δὲ τοὺς ὁμοτρίχους εἰπόντος Εὐριπίδου. Cf. Hesych. v. ὁμόπτεροι. SEIDL.

530. κραταιλέῳ. Hesychius: κραταίλεον ἔδαφος, ἐκ σκληροῦ γεγονός. MUSGR.

532. δυεῖν ἀδελφοῖν. Male Musgravius: *Orestis et Electræ.* In universum dicit *fratris et sororis.* SEIDL.

534. μολών. Ita Victorius, quam lectionem mutare non sum ausus, quamvis exemplum non habeam, ubi simili modo εἰ cum participio ponatur, omisso ἐστί. Sed nihil in tali constructione absoni video. Cf. infra ad v. 867. Musgravius conjicit μόλοι, quod edidit Schæferus. Canterus emendabat εἰ παρῆν pro εἰ καὶ γῆν, Scaliger εἰ καὶ νῦν—μόλῃ. Μόλῃ etiam probat Heathius, quod ab usitato loquendi more recedit. De potestate particularum εἰ καὶ disputat Herm. ad Vig. p. 792. SEIDL.

542. ἢ τῆσδε σκότος λαβὼν χθονός. Ad τῆσδε χθονὸς intellige τις ex vers. præc. Impressi omnes σκοποὺς λαθών, quæ lectio defendi quidem potest, sed nostra et exquisitior est, et constructionem minus facit impeditam. Concinnavi illam ex discrepantia Musgravii librorum. MS. enim β. habet σκότους λαβών, et in λαβὼν consentiunt etiam MSS. α. et γ. Emendationem nostram tuebitur Iphig. Taur. 994. ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν; Conf. supra v. 506. ἐρημίας τυχών. Orest. 57. φυλάξας νύκτα. SEIDL.

549. ποῦ ποτ', Ἠλέκτρα, κ. τ. λ. Verte: *ad quem amicorum tuorum, Electra, pertinent veteres hæ hominis reliquiæ;* id est, quisnam est hic e tuis antiquis amicis. HEATH. Locum facilius intelliges, si φίλων explices per φίλου. SEIDL.

552. ἐξέκλεψε. Sophocl. Electr. 11—14. Æschyl. Choëph. 747. Vulgo ἐξέθρεψε, quam lectionem non tam propter locos istos damnandam puto, quam propter Electræ responsum, et quod senex ille Orestem potuit quidem τρέφειν, sed non ἐκτρέφειν. SEIDL.

561. λαβεῖν. Offendit hæc vox Musgravium, qui nihil causæ esse ait, cur Electra accipere oraret, quem jam acceperat, thesaurum. Conjicit igitur λαύειν et, hoc jure postea repudiato, aliquanto melius κρατεῖν, conferens Aristoph. Av. 1752. Sed vera vulgata. Senex, quod satis demonstrat verbum φαίνει, initio incertus animi est, utrum verum Orestem videat, an vana ejus imagine ludatur. Jubet igitur Electram preces

mittere ad deos, ut vero sibi dent eum, cujus imaginem ipsi conspiciant. Ac, si vel displiceat hæc explicatio, recte tamen se habet λαβεῖν. Nondum enim acceperat, quippe quæ fratrem nondum agnovisset. SEIDL.

567. ὁρᾷν. Ita MS. β. ut jam Brubach. et Hervag. qui infinitivus pendet a suppresso εἶπον. Vulgo ὁρῶν, quod etiam defendi potest. SEIDL.

569. οὐλήν. Confert Barnesius Hom. Odyss. T. 392. MUSGR.

576. οὐδέποτε δόξασ'. Ita Schæferus ex Musgravii conjectura. Libri οὐδέποτ' ἐδόξασ'. Vulgatam fortasse præferat aliquis ob proximum ἤλπισα in Orestis responsione. SEIDL.

577. ἐκεῖνος εἶ σύ; Soph. Electr. 1222. ἦ γὰρ σὺ κεῖνος; In universum moneo, hanc utramque fabulam in singulis locis haud parum inter se similitudinis habere. SEIDL.

579. ἡγεῖσθαι θεούς. Vide Porson. ad Hec. 783. Mihi hæc unice Oresti videntur convenire. Nam si Oresti tribuuntur, fortem ejus animum apte depingunt: si a prægressa oratione separantur, timidus magis et a spe alienus apparet. SEIDL. Vulgo Electræ tribuuntur.

582. κατέλαμψας. Eadem neutrali significatione hoc verbum supra habuimus, v. 462. SEIDL.

583. ὅς. Id est, *Orestes*, qui latet in voce πυρσόν. Liberius etiam Sophocles Œd. Col. 729. εἰληφότας Φόβον νεωρῆ τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου, Ὃν μήτ' ὀκνεῖτε. ubi ὃν pertinet ad ἐγώ, quod latet in τῆς ἐμῆς. Hic πυρσὸν dixit Noster, quod alibi dicit φῶς. SEIDL.

585. ἔβα. Vulgo ἔβασε. Separandas esse voces vidit Reiskius, qui tamen male explicat. Refert enim et σὲ et proximum ὦ φίλα ad prægressum ἁμέρα. Equidem σὲ intelligo de Oreste, et, puncto posito post νίκαν, a vocibus ὦ φίλα orationem ad Electram dirigi arbitror. Illud σὲ de Oreste accipiendum esse suadet etiam vox αὖ. Nam αὖ ἄγει est *reducit*. Confer Soph. Electr. 1267. εἴ σε θεὸς ἐπῶρσεν ἁμέτερα πρὸς μέλαθρα, κ. τ. λ. SEIDL. Pronomen ejecit Matthiæ, quod sensus plane non requirit.

599. Vulgo post θεοὺς plene interpungitur, legiturque τύχα σοι τύχα nominativo. Sic ed. Vict. Secuti sumus emendationem Tyrwhitti, ut ante nos Schæferus. Τύχη de *prospera fortuna* non rarum est apud Tragicos, maxime in formula illa σὺν τύχῃ τινί. SEIDL.

600. ἐμβατεῦσαι πόλιν. Infra v. 1252. ἐμβατεύειν πόλιν. SEIDL.

601. Cf. Soph. Electr. a v. 1288. SEIDL.

603. ἤλυθες. Hac forma Noster in iambico trimetro utitur etiam Troad. 378. et auctor Rhesi 656. SEIDL.

604. φονέα. De correpta vocis ultima vide Porson. ad Hec. 865. Addo Soph. Œd. Col. 1055. Θησέα καὶ τὰς διστόλους. Seidl.

606. τὶ φίλων. *Amicorum aliquid;* plures enim intelliguntur. Heath.

607. ἀνεσκευάσμεθ'. *Destruimur, evertimur.* In hoc enim composito præpositio ἀνὰ eandem vim habet, quam in ἀναστῆσαι et ἀνάστατος. Confer Suidam in voce. Musgr.

611. εὕρημα γὰρ κ. τ. λ. Sensus est: *Illud rarissimum est, ut aliquis et lætæ et adversæ fortunæ socium habeat.* Ceterum pro τὸ reponendum puto τοι ex noto illo particulæ usu in sententiis universis. Seidl. Vide ad Hec. 225.

613. Ista, ἐκ βάθρων—ἐλπίδ', parenthesi includi debent. Ita igitur verte: *Tu vero, (nam funditus periisti totus amicis, nec spem ullam reliquam fecisti) hæc a me audiens accipe.* Heath.

616. λαβεῖν. De hoc infinitivi usu conf. ad v. 486. Seidl.

617. τοῦδ' ἂν ἐξικοίμεθα. Est ἐξικνεῖσθαί τινος, *assequi aliquid;* ita Xen. Hellenic. VII. ὅπλῳ ἐξικνεῖσθαι ἀλλήλων. Legitur hoc verbum etiam cum accusativo post præpositiones, ἐπὶ, πρὸς et εἰς, de qua re consule Lexica. Barnes.

618. Θυέστου παῖδα. Id est, *Ægisthum.* Æschyl. Agam. 1593. Musgr.

620. τειχέων μὲν κ. τ. λ. Sensus, quem recte cepit Barnesius, est hic: τοῦτον τὸν στέφανον, τειχέων ἐντὸς ἐλθὼν, οὐδ' ἂν εἰ θέλοις λάβοις. Jacobsius Exerc. p. 197. falso prodit vulgatam ἐλθεῖν. Seidl.

627. Suidas: προσήκαντο· αἰτιατικῇ, κατεδέξαντο. Hesych. προσίεται· ἀρέσκεται, προσδέχεται, ἡδέως λαμβάνει. Seidl.

630. ἐπόρσυν' ἔροτιν. Ita MSS. duo. Tragicos non penitus voces Æolicas repudiasse patet ex Rhes. 438. Herc. Fur. 852. Soph. Antigon. 640. Agnoscit ἔροτιν, nec ut Æolicum notat, Etymologus. Vetus Oraculum apud Phlegontem Trallianum de Olympiis, p. 140. Ed. Meurs. θῆκε δ' ἔπειτ' ἔροτιν καὶ ἔπαθλα θανόντι Οἰνομάῳ· τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλῆς ἐπέλεσσ' ἔροτιν καὶ ἀγῶν' κ. τ. λ. Ed. Victor. ἐπόρσυν' ἑορτήν. Musgr.

634. χείρ. Pro φάλαγξ. Sic Virg. Æn. VI. 660. *Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi.* Barnes.

640. ὅθεν. Poëta in animo habuit στείχων ἐκεῖσε, ὅθεν ὀφθήσῃ ὑπ' ἐκείνου. Seidl.

642. δαιτὶ κοινωνὸν καλεῖ. Moris erat, ad sacrificia obvium quemque adhibere. Vide Hom. Odyss. Γ. sub initium. Hinc

Trygæus in Arist. Pac. 1115. etiam spectatores συσπλαγχνεύειν jubet. MUSGR.

643. ἣν θεὸς θέλῃ. Veteres semper Deorum veniam præfabantur, aliquod magnum opus aggressuri. Sic Virg. Æn. XI. 301. *Præfatus Divos solio rex infit ab alto.* BARNES.

646. παρέσται δ' ἐν πόσει. Legendum puto δ' ἔτι pro δ' ἐν. Particulam ἔτι eadem significatione habuimus supra v. 481. ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ. Hel. 57. εἰσήκουσα τὸ κλεινὸν ἔτι κατοικήσειν πέδον Σπάρτης. Schol. ad Med. 1004. τὸ δὲ ἔτι καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος κεῖται. Nostro loco hæc particula ad sensum maxime commoda est. Emendationis facilitatem docebit Bast. ad Gregor. Cor. p. 747. Schæferus edidit παρέσται δέ γε πόσει. Quod Barnesius non male conjicit δ' ᾧ πόσει, jam proposuerat Canterus. Reliquas Virorum doctorum conjecturas satius est omittere. SEIDL.

650. τοιαῦτα. *Ita est.* Sic etiam Hec. 759. SEIDL.

653. καὶ μὴν ἐκεῖνά γ' κ. τ. λ. Nihil hic frigidi est, ut putat Musgravius. Electræ promittenti, *matris cædem ego apparabo*, respondet Orestes, *atqui Ægisthi quidem cædem secundabit fortuna.* Dicit igitur, si illud alterum Electra possit, prospera futura esse omnia. Nam recte Heathius: ἐκεῖνά γ', i. e. *quæ ad Ægisthum attinent.* SEIDL.

654. ὅδε. Ita bene Tyrwhittus, ut ipse statim conjiciebam. Vulgo τόδε, quod intelligi quidem de fortuna possit, sed illud multo melius convenit sequentibus. SEIDL. Pædagogum indicat.

656. Porsonus legit λέγω, γεραιὲ, τάδε· κ. τ. λ. Cf. Iph. A. 1395.

659. λέγ' ἡλίους, κ. τ. λ. De diebus purificationis vide quid Moses in Levit. xii. et Interpretes in locum. Item Caroli du Fresne Glossarium; aliosque in voce *purificationes.* Vide Lycophronis Scholiast. in hunc versum: Πρὶν ἐκ λοχείας γυῖα χυτλῶσαι δρόσῳ. Vide etiam de hac re, ubi et hic ipse locus expenditur, Francisci Rossæi Archæolog. Attic. V. 6. *De Puerperarum Lustrationibus.* BARNES. Cf. Iph. T. 372.

661. Vulgo νοσήματος. Schæferus νοσήματα, ex conjectura Musgravii. Placet Musgravii conjectura. Ne tamen loco moveatur vulgata, obstat Brunckii nota ad Œd. T. 833. qui plura hujus figuræ, quam hypallagen sive antiptosin (ut Schol. ad Soph. Electr. 758.) vocant, exempla e tragicis collegit. In his Soph. Electr. 19. ἄστρων εὐφρόνη pro ἄστρα εὐφρόνης. 758. μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ pro μεγίστου σώματος δειλαίαν σπο-

δόν. Trach. 356. πόνων λατρεύματα pro λατρευμάτων πόνοι. Erfurdtius ad Œd. T. 1. genitivos istos reddendos esse monet per adjectiva, veluti εὐφρόνη ἀστερόεσσα, λατρεύματα ἐπίπονα, qua via si perges, explicandum erit σῶμα ἐσποδωμένον, et, nostro loco, λόχια νοσώδη. SEIDL.

663. δακρύσει γ' ἀξίωμ' ἐμῶν τόκων. Id est, δακρύσει, ὅτι τέκνα ἃ ἔτεκον οὐκ ἔχουσιν ἀξίωμα. *Deflebit dignitatem liberorum meorum, quæ scil. nulla est*, i. e. deflebit indignam et humilem liberorum meorum conditionem. SEIDL.

664. ἴσως· πάλιν τοι κ. τ. λ. Verte: *Forsan; iterum tibi sermonem ad metam duco;* i. e. hoc responso nondum mihi satisfecisti; iterum ergo sermo tuus ad metam quam proposui, ducendus est. Κάμπη scil. *meta* est; in certamine autem vehiculari circa metam flectebantur currus. Vide infra v. 956. HEATH. Musgravius cum Jortino mavult εἰς καμπὴν ἄγε, quod recipiendum. SEIDL.

666. Vulgo εἰσίω. Nihil nisi accentus mutandum. Εἰσιῶ conjunctivus est verbi εἰσίημι. *Atqui* (equidem non deero, sed) *in ipsas ædium portas* (illam) *immittam*, introducam. Est rarus quidem illius verbi usus, dixit tamen Xenophon Hell. I. 3. 12. εἰσέσθαι pro εἰσαγαγεῖν. Addit Schæferus Thom. M. p. 279. Æschyl. Eum. 763. Ceterum simili modo paulo post senex respondet v. 675. καὶ μὴν ἐγὼ πέμποιμ' ἂν οὐκ ἀκρουσίως. Habet autem prima singularis conjunctivi eandem vim, quam habet prima pluralis, veluti Aristoph. Ran. 291. φέρ', ἐπ' αὐτὴν ἴω. SEIDL. Post Musgravium εἰσίτω dedit Matthiæ.

667. Nemo hæc intellexit. Recte Musgravius monet, per τόδε Clytæmnestram intelligi non posse. Mea sententia ludit in verbis dicitque hoc: οὐκοῦν σμικρὸν (ἐστὶ) τραπέσθαι τόδε (δηλονότι ὃ λέγεις ΕΙΣ ΔΟΜΩΝ πύλας, ὥστε εἶναι) ΕΙΣ 'ΑιΔΟΥ. Facile igitur est, parva mutatio est, si quod dicis εἰς δόμων πύλας mutamus, ut sonet εἰς ᾄδου, scil. πύλας. Similis lusus est in Soph. Antig. 567. ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγε. SEIDL.

673. σὸν ἔργον ἤδη· κ. τ. λ. Hæc ad Orestem dici, recte monuit Barnesius. SEIDL.

676. ὦ Ζεῦ πατρῷε καὶ τρόπαι'. Vide Porsonum ad Med. 1307. SEIDL.

677. οἴκτειρέ θ' ἡμᾶς. Musgravius οἴκτειρ' ἔθ' ἡμᾶς. Sed nihil mutandum. Illud θ' spectat ad proximum Ἥρα τε, v. 679. et σύ τε, v. 682. Interrumpit enim Orestæ orationem Electra. Dixerit aliquis, particulam illam alieno loco positam videri, quam expectasses potius post ὦ Ζεῦ. Immo indicat hæc particulæ collocatio, poëtam non vocativos, sed totas sen-

tentias nexas voluisse. Novum enim in proximis verbum infertur δὸς νίκην. SEIDL.

682. κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν. Recte explicat Barnesius ἀναιρεθεὶς ἀνοσίως. SEIDL.

683. καὶ Γῆ τ' ἄνασσα. Emendat Tyrwhittus Δίκη τ' ἄνασσα, cum quo non male convenirent sequentia χεῖρας ἧ δίδωμ' ἐμάς. Præstat tamen hoc ex consuetudine quadam Veterum interpretari, qua terram manibus pulsabant, umbras mortuorum invocantes. Vide Interpretes ad Plauti Mostell. II. 2, 37. Legendum tamen sic: καὶ Γαῖ' ἄνασσα, κ. τ. λ. MUSGR. Servata antiqua lectione totum hunc versum ante præcedentem collocavimus. Proxima enim ad solos Agamemnonis manes spectant. Æschyl. Choëph. 536. Ἀλλ' εὔχομαι γῇ τῇδε καὶ πατρὸς τάφῳ, Τοὔνειρον εἶναι τοῦτ' ἐμοὶ τελεσφόρον. Cf. v. 486. Veram hanc transpositionem esse, eo minus dubitandum, quod etiam in proximis versuum confusio est. SEIDL.

687. χὤσοι στυγοῦσιν κ. τ. λ. Male hic versus vulgo collocatur post sequentem: ἤκουσας, ὦ δεῖν' κ. τ. λ. Transponendum esse viderunt Reiskius et Tyrwhittus. Musgravius et Heathius vulgatum versuum ordinem servant, quorum ille versum: ἤκουσας, ὦ δεῖν' κ. τ. λ. construendum esse διὰ μέσου putat; alter ad ὅσοι e prægresso ἤκουσας supplet ἠκούσατε. Prius parum placet; alterum si voluisset poëta, scripsisset στυγεῖτε, non στυγοῦσιν. SEIDL.

690. καὶ σοὶ κ. τ. λ. Sana sunt omnia. Verte, *Ac tibi jam edico, ut Ægisthus moriatur*, i. e. ut Ægisthum occidas. Conjicit Musgravius: θρασύτατ' Αἴγισθον θένειν. Θένειν quidem non male. Possis etiam κτανεῖν. Sed neutro opus. SEIDL.

691. παλαισθείς. Etiam hic non perspicio, cur offendant eruditi. Sensus est; *nam, si in pugna cecideris, ipsa quoque perii.* SEIDL.

694. εὐτρεπὲς ποιήσομαι. Recte Barnesius: τὸ ξίφος δηλονότι. SEIDL.

696. ὀλολύξεται. Eodem modo de clamore læto Æschylus usurpat ἐπολολύζειν, Theb. 827. Choëph. 939. ὀλολυγμὸς, Theb. 270. et Noster Orest. 1130. ubi vide Scholiast. Etiam ὀλόλυγμα sic legimus Heracl. 777. SEIDL.

699. εὖ πυρσεύετε κραυγήν. Explica Reiskium secutus: *tumultum, qui a luctantibus* (Oreste et Ægistho) *orietur, mihi indicate.* Bene ille citat v. 753. De voce πυρσεύειν confer Suidæ glossam, cujus initium hoc est: πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ ἐκφαίνω. SEIDL. Excubitores in specula collocati, si quid novi viderent, face accensa sublata indicare debebant, quod πυρσεύειν dicitur proprie. BECK.

701. ἔγχος. Idem est quod paulo ante v. 693. ξίφος. Cf. Brunck. ad Soph. Ajac. 685. SEIDL.

704. Fabula, quæ in hoc carmine narratur, pluribus exponitur a Scholiastis ad Orest. 800. et 986. seqq. Construe: κληδὼν ἐν π. φ. μένει, Πᾶνα, ἀγρῶν ταμίαν, εὐαρ. ἐν καλ. μοῦσαν ἡδ. πνέοντα πορεῦσαί ποτε χρυσέαν ἄρνα καλλ. ὑπὸ ἀταλᾶς ματέρος Ἀργείων ὀρέων. Ad ὑπὸ ἀταλᾶς ματέρος (i. e. ἀρνὸς) intellige οὖσαν. Similiter Noster de ave matre Troad. 147. μάτηρ δ' ὡς τις πτανοῖς κλαγγὰν Ὄρνισιν ὅπως ἐξάρξω 'γὼ Μολπάν. Hæc autem agna mater dicitur fuisse Ἀργείων ὀρέων, i. e. τραφεῖσα ἐν Ἀργείοις ὄρεσιν. Ita nihil video difficultatum, quas viri docti jactant. SEIDL.

706. πολιαῖσι φήμαις. Apollonides in Anthol. H. Steph. p. 11. Θρηϊκίης φάτνης πολιὸς λόγος εἰς ἐμὸν ὄμμα Ἤλυθε. MUSGR.

715. φάσματα, δείματα. Musgravius edidit φάσματ' ἀδείματα. Equidem a vulgata lectione recedere dubitavi. Tale enim portentum, ut a diis missum, sine horrore esse non poterat. Hermannus satis probabiliter δείγματα. SEIDL.

716. Ἀτρειδᾶν. Id est, *Atrei et gentis ejus.* Sic Soph. Œd. Col. 1066. Θησεῖδαι de Theseo cum militibus suis. SEIDL.

717. θυμέλαι. Quid proprie significaret θυμέλη, non videtur Polluci satis certo constitisse. Sic enim ille IV. 123. ὀρχήστρα, ἐν ᾗ καὶ ἡ θυμέλη, εἴτε βῆμά τι οὖσα, εἴτε βωμός. Collatis tamen locis tragicorum, in quibus ea vox occurrit, videor mihi statuere posse, θυμέλην primario sensu esse, *atrium amplum, et magnificum,* sive id in regum divitumque ædibus, sive in Deorum templis, esset. De postremo hoc genere adhibetur Euripid. Suppl. 63. Ion. 46. 114. 159. Pratinæ apud Athenæum, p. 617. Altera notio unice convenit Æschyl. Suppl. 682. Eurip. Iph. Aul. 151. Locus, quem tractamus, alterutram quidem admittit, sed priorem commodius. Solenne enim in magna publicaque lætitia erat templa Deorum sacrificandi causa aperire. Plutarchus Parallel. p. 422. πᾶν εὐθὺς ἱερὸν ἀνέῳγεν στεφανηφορούντων. Idem p. 496. πᾶς δὲ ναὸς ἀνέῳκτο, καὶ στεφάνων καὶ θυμιαμάτων ἦν πλήρης. Est χρυσήλατοι θυμέλαι, ut χρυσήρεις οἴκους, Ion. 155. χρυσήρεις θριγκοὺς, Iph. Taur. 129. MUSGR. ἐπίτναντο. Si vera hæc lectio est, recte Musgravius explicuit *aperiebantur.* Sed quod emendavimus de Verss. Dochm. p. 18. ἐπίπλαντο, id etiamnum verum puto; aliter tamen explico: *arcæ opplebantur* scil. sacrificiis. Simillimus est locus Æschyli Supp. 681. καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι γεμόντων Θυμέλαι, φλεγόντων Θ', ὡς πόλις εὖ νέμοιτο. In quo attende etiam ad illud φλεγόντων, quod Nostro σελαγεῖτο πῦρ respondet. Ἔπιτνον et ἔπιπλον confusa sunt Hesiod. Scut. Herc. 291. SEIDL.

723. ἀρνὸς, ὡς κ. τ. λ. Illud ὡς omissum in editionibus offerunt Musgravii libri tres. Recepi, quod alias metra sibi non respondent. Proxime lego ἐστὶ λόγος pro vulgato ἐπίλογοι. Quæ lectio si quam explicationem admittit, explicanda est ὡς ἐπιλέγεται, scil. τοῖς εἰρημένοις, *ut additur fabulæ*. Sed paucis, opinor, hæc explicatio placebit. Musgravius vocem ἐπίλογοι interpretatur *carmina*, vel *formulæ incantatoriæ*, quem significatum nec probavit, nec, si probasset, huic loco conveniret. Minus etiam ferri potest Heathii ratio, qui *electionem* vertit, de regni successione Thyestæ intelligens. SEIDL.

726. ἐκκομίζει πρὸς δώματα. Id est, ἐξ 'Ατρέως δωμάτων κομίζει πρὸς τὰ ἑαυτοῦ δώματα. SEIDL.

729. ποίμναν. Infrequens hic usus vocabuli et audax, ποίμνη pro singulari ὄϊς, ἀρνίον, ἀμνός. *Grex* pro *ovis, agnus,* quod raro alias inveneris. *Ovis* autem pro *grege* haud adeo infrequens aut ignota est figura. Notum est autem, hic non nisi singularem ovem intelligi. BARNES.

731. μετέβασ'. Vulgo μεταβάλλει, quod lectionis nostræ explicatio est. SEIDL.

733. Minus plene distinguendum post ἀοῦς; nam accusativi φέγγος et πρόσωπον reguntur a v. ἐλαύνει. HEATH.

735. θερμά. Id est, θερμὰ γενόμενα, θερμανθέντα, sive ὥστε θερμὰ γενέσθαι. SEIDL.

736. νεφέλαι δ' ἔνυδροι. Scil. εἰσί. SEIDL.

737. ξηραί τ' 'Αμμωνίδες ἕδραι. *Ammonis,* sive *Hammonis Jovis,* templum et oraculum erant in Libyæ desertis, de qua re copiose Q. Curt. IV. ubi sterilitatem loci arenosi notat, et oraculum ejusque sedem optime describit. Vide etiam lexicographos. Quod autem fontibus et aquis careant hæ sedes, testatur Euripides in Alcest. 115. Quod tamen de locis intelligendum, per quos ad hoc oraculum eundum; ipse enim locus, ubi templum erat, mirifice fontibus et arboribus et fructibus beatur; ut idem docet Curtius ibidem. BARNES.

738. ἀπειρόδροσοι. Ita bene Bothius, idemque conjecerat Hermannus. Legebatur ἄπειροι δρόσου. SEIDL.

742. ἀελίου. Etiam mihi magis placet Canteri et Scaligeri ἀέλιον, quam ad ἀλλάξαντα intelligere Δία. SEIDL.

745. ἔνεκεν δίκας. Non male Musgravius conjicit ἕνεκ' ἀδικίας, neque tamen hoc metrum postulat. Vulgatam Latinus interpres vertit: *mortalis pœnæ causa.* Immo vertendum: *mortalis judicii causa,* i. e. propter vindictam, quam illi fratres inter se exercuerunt. SEIDL.

749. συγγενέτειρα. Vox rarissima, et vix alibi, credo, occur-

rens. Vis ejus cognoscitur ex voce γενέτειρα, *matrem* significante, unde sequitur, συγγενέτειραν esse, *quæ simul procreavit,* i. e. simul cum marito. MUSGR. Κλεινοὶ ἀδελφοὶ sunt Orestes et Electra. SEIDL.

751. δοκῶ. Vox Euripidi fere propria est juxta Barnesium, qui addidisse etiam debuit, apud illum non nisi hoc tantum in loco legi. Corruptam igitur puto, et δόκη legendum. Hesych. δόκην, δόκησιν. HEATH. Non audeo mutare. Etiam δόκος valet δόκησιν. Vide Hesych. v. δοκὸς, et ejus interpp. coll. Etym. M. p. 538, 46. SEIDL.

761. σφαγὴν ἀὐτεῖς τήνδε μοι. Verte: *hanc mihi cædem peragendam esse clamore tuo* (immo voce tua) *mones; quid moramur?* De sua enim ipsius cæde loquitur Electra. Vide supra vv. 691. sqq. HEATH. Bene ille, quod cetera attinet, sed vocem τήνδε non intellexit, quæ, si sensum spectas, non pertinet ad σφαγὴν, sed ad illa, quæ dixerat Chorus, perinde ac si dixisset τάδε ἀὐτεῖς, ἐμοὶ σφαγὴν, *cum hæc mihi nuntias,* nuntias (hortaris), *ut me occidam.* SEIDL.

774. ταῦθ'. Æmilius Portus corrigit ταὖθ', probantibus plerisque interpretibus. Mihi mutatione non opus videtur. Ταῦτα intelligo ὅτι τέθνηκε. Ad proxima cf. Troad. 74. ἕτοιμ', ἃ βούλει, τἀπ' ἐμοῦ. SEIDL.

776. τίνι ῥυθμῷ. De productione brevis vocalis ante litteram ῥ, cf. Brunck. ad Comici Plut. 51. et Soph. Antig. 318. SEIDL. Vide ad Hippol. 459.

778. Musgravius πόδα jungit cum εἰσβάντες, et δίκροτον refert ad πόδα. Multo simplicior est vulgaris interpunctio, quam retinuimus. Negari quidem non potest, εἰσβαίνειν πόδα recte dici, sed quidni etiam ἀπαίρειν πόδα τινὸς, sive, quod idem est, αἴρειν πόδα ἀπὸ τινός? Noster αἴρειν πόδα dixit Hec. 944. πόδ' ἔξω δωμάτων αἴροντι. Hel. 1627. ποῖ σὸν πόδ' αἴρεις; Troad. 346. κοῦφον αἴρῃ βῆμα. SEIDL.

789. θοίνῃ γενέσθαι. Legebatur θοίνην γενέσθαι. Dawesius Miscell. Crit. p. 337. emendabat θοίνῃ 'γγενέσθαι. Musgravius mavult ὁμοῦ θοίνῃ γανοῦσθαι. Dedimus quod proximum erat. Nam quum separatim recte dicatur συνεστίους ἐμοὶ γενέσθαι et συνεστίους θοίνῃ γενέσθαι, recte etiam dicetur conjunctim συνεστίους ἐμοὶ θοίνῃ γενέσθαι. Littera ν et iota adscriptum sæpissime confusa. In versu antecedente noli tentare illa παρ' ἡμῖν et ἐμοί. Verte: *estote mihi convivæ in hac mea domo.* SEIDL.

791. εἰς ταὐτὸν ἥξετ'. *Quum mane e lecto exsurrexeritis, eodem pervenietis;* quo scilicet pervenissetis, si ad me non deflexissetis: i. e. *iter vestrum nihilominus perficere poteritis.* SEIDL.

800. ἕτοιμοι. Scil. ἐσμέν. Vide supra ad v. 37. Seidl.

804. Edd. Victor. σφάγι' ἐνέφερον, quod Scaliger recte, opinor, mutavit in σφαγεῖον ἔφερον. Schæferus σφαγεῖ' ἐνέφερον. Sed dubitare licet de hoc usu activi ἐμφέρειν pro εἰσφέρειν. Seidl.

809. πολλάκις με βουθυτεῖν. De hoc infinitivo vide Interpp. ad Nostri Suppl. 3. Victorius in margine: λείπει Ἀττικῶς τὸ δότε. Seidl.

811. τοὺς δ' ἐμοὺς ἐχθροὺς κακῶς. Scil. πράσσειν. Anacoluthon est. Latet in antecedentibus εὖ πράσσειν ἐμέ. Conferri hic potest Clytæmnestræ oratio in Soph. Electr. 850. Seidl.

813. γεγωνίσκων. Conf. Interpp. ad Hesych. v. γεγωνίσκει. Seidl.

814. ἐκ κανοῦ δ' ἑλὼν κ. τ. λ. De canistro, in quo cultellus sacrificus reponebatur, vide ad Iphig. A. 1541. Ex hoc loco autem apparet, *rectum* reponi. Barnes.

815. Recurrit vox σφαγὶς infra v. 1146. Pollux X. 97. τῶν δὲ μαγείρου σκευῶν κ̧ κοπίδες κ̧ σφαγίδες. Seidl. μοσχίαν τρίχα τεμών. Pilos ex victimæ capite ante sacrificium resecabant, quod proprie dicebatur ἀπάρχεσθαι, de qua re vide Eustathium in illud Odyss. Ξ. 422. Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν. Barnes.

817. κἄσφαξ' ἐπ' ὤμων μόσχον. Inter armos, ubi humeris cervix aptari videtur, vitulum percussit, ex more ac ritu præscripto. Barnes. Abresch. ad Æschyl. I. p. 501. intelligit de ministrorum humeris, quibus impositum vitulum jugulavit. Beck.

819. ἐκ τῶν καλῶν κ. τ. λ. Historica hæc, non a poëta ficta. Dissertatio Dorica de honesto et turpi, p. 55. Ed. Gale. Θεσσαλοῖσι δὲ καλὸν τὼς ἵππως ἐκ τᾶς ἀγέλας λαβόντι αὐτὼς δαμάσαι, κ̧ τὼς ὄρεας βῶς τε λαβόντι αὐτὼς σφᾶξαι, κ̧ ἐκδεῖραι, κ̧ κατακόψαι. Hinc si quis putet, Ægisthum rem indecoram ab Oreste petere, facile est poëtam defendere. Addi potest, homines liberales, etiam Isæi tempore, in re divina facienda propriis manibus operatos esse, habitumque arctæ necessitudinis indicium, si quis adjutor alicujus in hujusmodi re assumeretur. Isæus, p. 64. Ed. Ald. τὰ ἱερὰ συνεχειρουργοῦμεν, καὶ συνετίθεμεν. Musgr.

820. ἀρταμεῖ. Id est, κατακόπτει. Eadem significatione Noster usurpavit in Peliasin; teste Hesychio v. ἀρταμεῖν. De relativo ὅστις pro εἴ τις vide Matthiæ Gramm. Gr. §. 481. 2. Seidl.

821. ὀχμάζει. Scholiastes in Apollon. Rhod. I. 743. κυ-

ῥίως δέ ἐστιν ὀχμάσαι τὸν ἵππον ὑπὸ χαλίνον ἀγαγεῖν, ἢ ὑπὸ ὄχημα. Musgr.

823. εὐκρότητον. Id est, *bene coactum, induratum malleo*, ut recte interpretatur D'Orvillius ad Chariton. p. 86. Confer Soph. Antigon. 435. Musgr. Δωρίδ'. Paulo post v. 840. vocatur Δωρικὴ κοπίς. Memorabile est, veteres grammaticos nonnisi δορίδος mentionem facere, quod derivant a δέρειν. Hesychius et Etym. M. δορίδες· μάχαιραι μαγειρικαὶ, εἰς τὸ ἐκδεῖραι τὰ θύματα ἐπιτήδειοι. Pollux VI. 89. δορίδας, αἷς ἔδερον, (coll. X. 104.) ubi Jungermannus citat Eustath. ad Il. B. 184, 8. ἐντεῦθεν (ἀπὸ τοῦ δέρω τοῦ ξέω) καὶ δορίδες. Seidl.

826. Non opus est, ut cum Reiskio scribatur ἀπώθει. Confer Matthiæ Gramm. Gr. §. 504. I. Seidl.

829. Ed. Victor. ἱππείους. Sed legendum ἵππιος. *Est* δρομεὺς ἵππιος *cursor, qui in* δρόμῳ *non communi, sed* ἱππίῳ, *laborat;* ὁ ἵππιον δρόμον ἀγωνιζόμενος, ut ait Pollux III. 147. Pausan. p. 193. δρόμοι δέ εἰσι τοῦ ἱππίου, μῆκος μὲν δίαυλοι δύο. Musgr. Immo poëtam magis decet ἱππίους. Δίαυλοι ἵππιοι sunt δίαυλοι, qui equis percurruntur. Ita ad δρομεὺς per se intelligitur ἵππιος. Seidl.

830. κἀνεῖτο. Hesychius: ἀνιέναι· δέρειν. Homerus Odyss. II. 300. αἶγας ἀνιεμένους, σιάλους θ' εὕοντας ἐν αὐλῇ. Musgr.

831. λοβός. Pars jecinoris, quam nunc *lobulum Spigelii* dicimus. Scholiastes Æschyli: λοβός· μέρος τοῦ ἥπατος, ad Eumen. 158. Musgr. Utrum lobulum Spigelii dicat, dubitari potest. Namque lobus etiam *quadratus*, quem vocant, nonnunquam deest, ut audivi ex viro harum rerum perito. Seidl.

832. πύλαι. Pollux II. 215. Καλεῖται δὲ τοῦ ἥπατος, τὸ μὲν αὐτοῦ, πύλαι, καθ' ἃς ὑποδέχεται τὸ αἷμα, ὅπερ διὰ μιᾶς φλεβὸς εἰς πάσας τὰς φλεβὰς ἀπ' αὐτῶν ἀναπέμπεται· τὸ δὲ, λοβοὶ ἡπατίαι, καθάπερ οἱ τοῦ πνεύμονος λοβοὶ πνευμονίαι. De Hesychii loco, quem citant interpretes, paulo post. Vide, ne ad πέλας intelligendum sit οὖσαι. Erat enim hoc abnorme et insolens. Attendebatur autem in extispiciis ad tales ἐκτροπὰς, quas Hesychius vocat voce πύλαι, cujus hæc glossa est: Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν, ἐπὶ τῶν θυτῶν λέγει· ἐκεῖνοι γὰρ ἐπισκέπτονται τὰς ἐκτροπὰς τοῦ ἥπατος ϗ τὰς φλεβάς. Seidl. δοχαὶ χολῆς. *Receptaculum bilis.* Hoc enim magni in extispiciis momenti erat. Plutarch. Op. Mor. p. 2021. Ed. H. Steph. θεοῦ δὲ θυσία μὴ παρόντος, ὥσπερ ἱερὸν (l. ἱερεῖον) δοχῆς, ἄθεόν ἐστι ϗ ἀνεόρταστον, ϗ ἀνενθουσίαστον τὸ λειπόμενον, μᾶλλον δὲ ὅλον ἀτερπὲς αὐτῷ ϗ λυπηρόν. Vide Hesych. v. δέξις. Musgr.

833. *κακὰς προσβολάς.* Heathius vertit *malam aggressionem.* Rectius Latinus interpres *adversos casus.* Seidl.

839. *πευστηρίαν.* Musgravius cum Porto subaudiri putat θοίνην, vel δαῖτα. Malim θυσίαν. Erit autem θυσία πευστηρία *sacrificium exploratorium*, ad explorandos deos institutum, quemadmodum dicuntur sacrificia ἱλαστήρια, καθαρτήρια, σωτήρια, &c. Vide ad Lamb. Bos. Ellips. v. θῦμα, p. 191. coll. p. 198. Schæf. Poterat igitur etiam dicere πευστήρια. Seidl.

840. Φθιάδ'. Vafre Orestes cultrum Phthioticum poscit, utpote hoc tempore Thessali personam gerens. Musgr.

841. χέλυν. Hic loci est *pectus*, compages costarum et sterni; i. e. tota thoracis area χέλυς dicitur, a similitudine testudinis. Reisk. Henr. Steph. Thesaur. v. χελύσσομαι, citat Schol. Nicandr. Alexiph. 81. διὰ χέλυος, τουτέστι τοῦ στήθους, τὴν ἀναφορὰν τῶν ἐρυγμάτων ποιεῖται. Musgravius legi vult: ἀποῤῥῆξαι χέλυν. Sed Oresti festinanti vulgatum magis accommodatum est. Seidl. Legitur vulgo ἀποῤῥήξω, nota interrogationis post κοπίδ' posita.

842. σπλάγχνα. *Viscera thoracis;* pulmones et cor. Nam antea de visceribus abdominis dixerat. Reisk.

847. ἠλάλαζε. Ἀλαλὴ explicatur plerumque ἄναρθρος φωνὴ, et ἀλαλάζειν, ἀνάρθρως βοᾶν. Atque in usu quidem est ἀλαλὴ et ἀλαλάζειν non minus de læto clamore quam de ejulatu. At parum apte tamen dici videtur *totum corpus ejulare.* Advocari quidem possunt similis negligentiæ exempla, veluti Aristoph. Ran. 19. Ὦ τρισκακοδαίμων ἄρ' ὁ τράχηλος οὑτοσὶ, Ὅτι θλίβεται μὲν, τὸ δὲ γέλοιον οὐκ ἐρεῖ. ubi pariter cervici tribuitur, quod ipsi homini tribuendum erat. Sed vereor, ut nostro loco de tali negligentia cogitandum sit. Valckenærius igitur pro ἠλάλαζε scribi volebat ἐσφάδαζε, referente Piersono ad Mœrin, p. 356. Sed ἠλάλαζε videtur explicandum esse ἐθορυβεῖτο, scil. *manus pedesque jactans.* Cognata enim sunt ἀλαλάζω et ἀλάλημαι, quod posterius Suidas reddit per τεθορύβημαι. Nota est Homerica vox ἀλαλητὸς, i. e. θόρυβος. Immo ipsa vox ἀλαλὴ explicatur per θόρυβος ab Etym. M. et Arcadio Gramm. inedito, quem commemorat Albertius ad Hesychii glossam ἀλάλητα· τεθορυβημένα. Idem valet de formis ἀλαλαγμὸς et ἀλάλαγμα. Apud Zonaram v. ἀλαλαγμὸς hæc leguntur: ἡ ἀλαλαγμός ἐστι φωνή τις ἄναρθρος σύμφωνος, ἀλλήλοις τῶν ἐν πολέμοις συνασπιζόντων καὶ συνυπηχούντων. παρὰ τὸ τὴν ἀλαλὰν, ὃ σημαίνει τὸν θόρυβον, γίνεται ἀλαλάζω, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀλαλαγμὸς καὶ ἀλάλαγμα. De tympanorum et tibiarum sono ipse Noster voce ἀλαλαγμὸς usus est Cycl. 65. Hel. 1352. Hinc

mirum sane, si solum verbum ἀλαλάζειν, a quo ista descendunt, de nullo alio præterquam de vocis strepitu dici potuerit. SEIDL.

849. πολλοὶ μάχεσθαι πρὸς δύο. *Ad pugnam cum duobus multi*, i. e. multi erant, si comparaveris cum duobus, contra quos pugnabant. SEIDL.

851. εἶπε δ'. Scil. Orestes. SEIDL.

857. γέροντος—ἀρχαίου. Cf. supra v. 285. SEIDL.

860. κάρα 'πιδείξων. Ita Heathius. Vulgo κάρα γ' ἐπιδείξων. Propositum a Musgravio ἐπίδειξιν, *documentum*, admitti non patitur notissimus ille pleonasticus usus participii φέρων. SEIDL.

861. Αἴγισθον. Id est, Αἰγίσθου. De simili relativi vi cf. Porson. ad Eur. Orest. 1624. SEIDL.

865. κουφίζουσα. Id est, κούφως κινοῦσα sive ποιοῦσα. Cf. Nostri Suppl. 1051. δύστηνον αἰώρημα κουφίζω. SEIDL.

866. νίκας. Canterus conjecit νίκα, probante Musgravio, quod recepit Schæferus. Sed ad τελέσας intelligi posse ἐστὶ, ipse Schæferus probavit ad Lamb. Bos. Ellips. p. 608. Στεφανηφορία νίκης eodem modo dictum est, ut paulo post v. 884. sqq. νικηφόρος μάχης pro φέρων νίκην μάχης. SEIDL.

867. Illud τῆς e correctione est, quum editiones Vict. habeant τοῖς, additum illud, ut facile vides, a librario ad ῥεέθροις. Nec tamen articulum τῆς sive τᾶς lingua abesse patitur, si legatur στεφανηφορίαν. Scribo igitur στεφανηφοριᾶν et constructionem ita explico: κασίγνητος σέθεν τελέσας (ἐστὶ) κρείσσω (scil. ἔργα) τῶν νίκας στεφανηφοριᾶν παρ' Ἀλφειοῦ ῥεέθροις. SEIDL.

871. ἣν ἐδερκόμην πάρος. Optime explicat Hermannus, *quam spectabam, quam meditabar antea*, quod scil. vim sibi inferre Electra voluerat. Νύκτα Orcum nonnunquam significare notum est. Ita Orest. 1228. Ὦ δῶμα ναίων νυκτὸς ὀρφναίας πάτερ. SEIDL.

872. ἀμπτυχαί. Legendum cum Reiskio ἀμπνοαὶ, nam alterum quid sit, minime intelligo. MUSGR.

874. δὴ 'γὼ καὶ δόμοι—μου. Paulo negligentius loquitur. Explicatur illud ἐγὼ per δόμοι μου. Canterus et Scaliger conjiciunt δὴ 'χω. SEIDL.

879. χωρήσεται. Mira locutio χωρεῖν χόρευμα. Scribendum videtur χορεύσεται. Futurum medii activa significatione legitur apud Æschyl. Agam. 35. αὐτὸς δ' ἔγωγε φροίμιον χορεύσομαι. SEIDL.

881. Vulgo βασιλῆες. Scripsi βασιλῆς, non βασιλεῖς, quod illa forma in simili numero occurrit Soph. Aj. 959. ad quem locum vide Lobeck. coll. ejusdem nota ad v. 186. SEIDL.

884. νικηφόρου μάχης. Vide supra ad v. 866. SEIDL.

886. Vulgata lectio ἀναδήματα senario infert anapæstum. Bis paulo ante habuimus ἀγάλματα, quod etiam hic poëtam dedisse persuasum mihi est. Facit mecum Censor Britannus Hecubæ Porson. in *Monthly Review*, anni 1799. Jan. p. 97. Variationis causa librarius explicationem in textum sumsisse videtur. Poëta certe in talibus de variatione minime sollicitus est. SEIDL. Legitur enim βοστρύχων ἀναδήματα, quod rectius fortasse emendavit Matthiæ.

887. ἔκπλεθρον. Ita hic et in Med. 1178. emendaverunt Reiskius et Tyrwhittus. Edd. Vict. ἔκπλεθρον. Ἔκπλεθρον ἀγῶνα explicant ἀγῶνα σταδιαῖον. Πλέθρον enim est ἔκτον μέρος τοῦ σταδίου. Confert Tyrwhittus Suidam v. πλέθρον et Phrynichi ἔκπηχυς et ἔκπλευρος. Simile vitium sustulit Schæferus in Soph. Œd. T. 1135. scribens ἐκμήνους pro ἐκμήνους. SEIDL.

891. παίδευμα. Nonnunquam ponitur, ubi expectes παῖς. Noster Cyclop. 596. σύ τ', ὦ μελαίνης νυκτὸς ἐκπαίδευμ', ὕπνε. Cf. Fragm. Æol. IX. 5. SEIDL. Vide ad Hippol. 11.

900. Schæferus edidit εἴ τι χρήζεις. Sed nihil mutandum. Pro εἴτε—εἴτε haud raro Græci dicunt εἴτε—ἤ, ipso monente Schæfero Melet. Crit. p. 5. coll. Lobeck. ad Aj. 117. Plena igitur locutio esset, ὃν εἴτε χρήζεις θηρσὶν ἁρπαγὴν προθεῖναι, πρόθες, εἴτε χρήζεις σκῦλον οἰωνοῖσιν ἐρεῖσαι, ἔρεισον. SEIDL.

906. μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ. Vera videri potest Tyrwhitti emendatio, φθόνος, si compares Phœniss. 94. μή μοι ἔλθοι ψόγος. Orest. 962. φθόνος νιν εἷλε. Alcest. 1145. φθόνος μὴ γένοιτό τις θεῶν. coll. Suppl. 346. Iph. Aul. 1084. Hercul. Fur. 1190. ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων. Sed explicari tamen librorum lectio potest μή μέ τις βάλῃ εἰς φθόνον, λέγων με νεκροὺς ὑβρίζειν. Orestis responsio quodammodo indicat, τις de persona accipiendum esse. SEIDL.

909. λέγ', εἴ τι χρήζεις. Id est, *dic libere, quidquid vis;* contra Ægisthum scilicet, quem in proximis Electra alloquitur. SEIDL.

920. μητέρ'. Subauditur ἐμὴν, vel ἡμετέραν, ut supra v. 923. MUSGR.

924. ἠδίκεις. Jure Canteri conjecturam ἠδίκει improbat Heathius. Sensus est: *In te quidem putabas matrem meam justam fore, in patrem autem meum fecisti ut injusta esset.* SEIDL.

925. ἴστω δ', ὅταν τις. Id est, ἴστω ἐκεῖνος, ὅστις ἄν. SEIDL.

927. δύστηνός ἐστιν. Ex vulgari syntaxi dicendum fuisset δύστηνος ὤν, sive ὅτι δύστηνός ἐστιν. SEIDL.

932. Distinguendum est post ἀφαιρεῖσθον, non post τύχην, ut

ita hæc vertantur: *Ambo igitur cum scelerati estis, retulistis, et illa tuam fortunam, et tu illius scelus.* HEATH. De distinctione non assentior. Poëta id, quod exspectabas, καὶ σὺ τὴν ἐκείνης, paululum mutavit in τοὐκείνης κακόν. Sensus est: *Infelices eratis ambo, alter ex alterius scelere.* SEIDL.

934. ὁ τῆς γυναικὸς, κ. τ. λ. Id est, *apud Argivos audiebas mulieris vir, non: mulier est viri.* Apte Barnesius comparat Martialis illud; *uxori nubere nolo meæ.* Cf. Porson. ad Med. 265. SEIDL.

943. ηὔχεις. Frequentat Noster verbum αὐχεῖν pro Homerico εὔχεσθαι. SEIDL.

944. εἰ μὴ ὁμιλῆσαι. Notetur hæc constructio. Plena oratio est, τὰ δὲ οὐδέν ἐστι, εἰ μὴ τοιοῦτόν τι, οἵῳ sive ὥστε αὐτῷ βραχὺν χρόνον ὁμιλῆσαι. SEIDL.

946. Vulgo αἴρει κακά. Non video, quo sensu ἡ φύσις dicatur *tollere mala.* Nisi multum fallor, pro κακὰ legendum est κάρα. *Hæc enim semper perdurans tollit caput.* Sic Æschyl. Choëph. 494. ἆρ' ὀρθὸν αἴρεις φίλτατον τὸ σὸν κάρα. TYRWHITT. Eadem apud Ovidium locutio est: Trist. IV. III. 81. *caputque Conspicuum pietas qua tua tollat, habet.* MUSGR. Tyrwhitti emendationem veram non puto, partim quod participium παραμένουσα non satis aptum est, partim quod metaphora nimis quæsita videtur. Ex ipso illo participio παραμένουσα colligo, metaphoram hic quærendam esse de commilitio, ut φύσις depingatur tanquam fida hominis socia, συστρατιῶτις, ad mala arcenda. Legendum igitur opinor ἀρκεῖ pro αἴρει, *arcet mala.* Sic infra 1301. ἠρκέσατον κῆρας μελάθροις. Magis hanc emendationem firmat hoc, quod Porsonus dedit ad Phœniss. 924. Etiam Homero ἀρκεῖν est *arcere.* Ceterum confer Isocrat. in Helen. Encom. p. 508. Ed. Bas. ἠπίστατο γὰρ τὰς μὲν ἄλλας εὐτυχίας ταχέως μεταπιπτούσας, τὴν δὲ εὐγένειαν ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς παραμένουσαν. SEIDL.

947. Sextus Empiricus Adv. Mathem. XI. 54. hunc locum sic citat: Ὁ γὰρ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος, Ἐξίπτατ' οἴκων μικρὸν ἀνθήσας χρόνον. memoriæ lapsu, ut bene monet Porsonus, duos diversarum fabularum versus ob sententiæ similitudinem componens. Disputat Porsonus de prava lectione ἐξίπτατ' ad Med. 1. Similem confusionem locus noster expertus est apud Stobæum Floril. p. 381. ubi sic laudatur: Ὁ δ' ὄλβος ἀδίκως καὶ μετὰ σκαιῶν συνὼν Ἐξέπτατ' οἴκων βραχὺν ὁμιλήσας χρόνον. Ultima vides translata esse ex v. 944. εἰ μὴ βραχὺν ὁμιλῆσαι χρόνον. SEIDL.

949. Comparat hunc locum Brunck. ad Orest. 26. Ἦ πόσιν

ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι Ἔκτεινεν· ὧν δ' ἕκατι, παρθένῳ λέγειν Οὐ καλόν· ἐῶ τοῦτ' ἀσαφὲς ἐν κοινῷ σκοπεῖν. Ad ἃ δ' εἰς γυναῖκας facile intelligitur ἐποίεις. Cf. Lamb. Bos. Ellips. p. 647. Tecte significat Electra, Ægisthum cum aliis quoque mulieribus consuesse. Seidl.

952. ἀραρώς. Ita Schæferus ex Scaligeri emendatione. Musgravius male conjicit κάλλεσί τ' ἀραρὼς, *totus ex Veneribus compactus*. Edd. Vict. ἀραρὼν, in quo ipsum accentum emendationis ducem habemus. Seidl.

954. Pro ἐκκρεμάννυται Musgravius conjicit ἐκκεράννυται. Sed proba est lectio librorum. Ἐκκρεμάννυσθαι τινὸς est *adhærere alicui ita, ut totum te ei committas*, sive *arctissime se ad aliquid applicare*. Noster Suppl. 736. Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς Φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα. i. e. *tibi toti commissi sumus*. Fragm. Inc. LXXXI. 2. τυφλὸν προηγητῆρος ἐξηρτημένον. Magis apposite ad nostrum locum Plato de Legg. V. p. 732. E. ἔστι δὴ φύσει ἀνθρώπειον μάλιστα, ἡδοναὶ κ. λῦπαι κ. ἐπιθυμίαι, ἐξ ὧν ἀνάγκη τὸ θνητὸν πᾶν ζῶον ἀτεχνῶς οἷον ἐξηρτῆσθαί τε κ. ἐκκρεμάμενον εἶναι σπουδαῖς ταῖς μεγίσταις. Cf. ejusd. Ion. p. 536. A. Hugo Grotius vertit: *Maritus sit mihi Non virginali fronte, sed vi mascula. Namque apta Marti talium proles patrum: Pulchros at illos non nisi choreæ decent.* Seidl.

956. ἔῤῥ', οὐδὲν εἰδώς, ὤν, κ. τ. λ. Hic locus non unam explicationem admittit. Si post εἰδὼς colo interpungis, hic erit sensus: *Peri, qui nihil plane intellexisti*, i. e. qui de rebus humanis pessime judicavisti; *cujus rei* (i. e. cujus insipientiæ) *jam a tempore, rerum vindice, deprehensus pœnas dedisti.* Indicat hoc modo Electra, Ægisthum, si sapientius de rebus humanis statuisset, plane non facturum fuisse, quæ fecisset. Οὐδὲν εἰδὼς bene accipi potest absolute, ut εἰδώς τι nonnunquam valet *sapientem* et οἱ εἰδότες *sapientes*. Explicatio Heathii nimis remota est et a loci nexu aliena. Admitti tamen potest Heathii constructio hoc sensu: *qui perperam judicasti de factis tuis, quorum nunc pœnas dedisti, quum felicem te iis fore sperares.* Denique eadem constructio etiam in hunc modum explicari potest: ἔῤῥε, οὐδὲν εἰδώς, i. e. οὐδὲν αἰσθανόμενος τούτων, ἃ νῦν δίκην δέδωκας, *abi, nihil suspicatus harum rerum, quas nunc pœnæ loco passus es.* Sic Hec. 663. ἥδ' οὐδὲν οἶδεν, i. e. *hæc nihil animadvertit, suspicatur.* Illud certum est, post δέδωκας punctum ponendum esse. Seidl.

957. Delenda interpunctio post ὤν. Musgr. Ita etiam Seidlerus, ut τις cum δοκείτω jungatur. Recte.

958. τὸ πρῶτον βῆμα. Id est, *initium curriculi; primam cur-*

riculi partem. Seidl. βῆμα inter alia significat *certam curriculi partem,* quarum singulæ lapide, vel alia aliqua meta, signabantur. Polybius: ταῦτα γὰρ νῦν βεβηματισται καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ὀκτὼ ὑπὸ Ῥωμαίων, p. 193. A. Aliter paullo explicat Casaubonus ad Strabon. VII. p. 322. Musgr.

960. γραμμῆς. Vide Hesychium v. γραμμή. Musgr. τέλος κάμψῃ βίου. Conf. Hippol. 86. Hel. 1666. Seidl.

975. ὦ Φοῖβε, πολλήν γ' ἀμαθίαν ἐθέσπισας. Apollo jussit Orestem, Ægisthum adulterum et Clytæmnestram, matrem suam, omnino occidere, in vindictam nempe patris ab iisdem occisi. Ita itaque supra in Orest. 28. Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν; Πείθει δ' Ὀρέστην, μητέρ', ἥ σφ' ἐγείνατο, Κτεῖναι. Hujus rei pleni sunt Tragici, Æschylus et Sophocles, Seneca et Euripides. Seidl.

976. ἦ. De omisso ἂν vide Porson. ad Orest. 141. Seidl.

979. Constructio est: μητροκτόνος τότε φεύξομαι, νῦν ἁγνὸς ὤν. Musgr. Hoc nullo modo fieri potest. Νῦν est *ab hoc tempore,* et τότε *tum,* quum scilicet Apollinis responsum accipiebam. Ad φεύξομαι margo Victorii: καρηγορηθήσομαι. Immo κατηγορηθήσομαι. Seidl.

980. μή γ' ἀμύνων. Id est, εἰ μὴ ἀμύνεις. Emendatio est Reiskii. Legebatur olim καὶ μήν γ'. Vide Pors. ad Phœniss. 1622. Seidl.

982. τῷ δ' αὖ—διαμεθείς. Vulgo legitur τῷ δαὶ—διαμεθῇς. Edd. Victor. διαμεθίης. Correxit Porsonus loco paulo ante laudato. Ac διαμεθεὶς quidem hauddubie vere. Sed si vulgatam lectionem τῷ δαὶ et signum interrogationis retineas, vide, ne sic possit explicari: *cuinam vero pœnas dabis omissa patris vindicta?* hoc est, nonne sic multo potentiori pœnam dabis, deo scilicet Apollini, qui patris ultionem tibi mandavit? Jam optime subjicitur Orestis dubitatio, fortasse non deum fuisse, qui illa suaserit, sed alastora. Seidl. Sed saltem legendum δή.

983. Victorius in margine αὐτὸ τὸ ἀποκτείνειν. Malim αὔτ' accipere pro αὐτά, i. e. τὰ περὶ τὴν τοῦ πατρὸς τιμωρίαν. Ceterum cf. Orest. 1663. Καίτοι μ' ἐσῄει δεῖμα, μή τινος κλύων Ἀλαστόρων δόξαιμι σὴν κλύειν ὄπα. Seidl.

985. οὐδ' ἂν πιθοίμην. Id est, *neque etiam illud credam, bene se habere hoc datum oraculum.* Seidl.

988. Delevi comma post καθεῖλες. Construendum enim: ᾧ καὶ πόσιν Αἴγισθον καθεῖλες κτανών, scil. αὐτόν. Seidl.

989. προβλήματος. Non *periculum* hic valet πρόβλημα, sed *mandatum negotium.* Seidl.

997. τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες. Bothius conjicit σωτῆρες. Idem in textu reposuit Schæferus. Sed nihil mutandum est. Τιμὴ hic valet *munus*. Noster Iphig. Taur. 759. ξενοφόνους τιμὰς ἔχω, de Iphigenia; coll. v. 53. τέχνην τήνδ', ἣν ἔχω ξενοκτόνον. Æschyl. Eum. 416. τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσει τάχα. et passim in ista fabula. In Comici Ecclesiaz. 5. ubi de lampade dicitur λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς ἔχεις, non satis accurate vertunt *splendidos solis honores habes:* dilucidius, *splendidum solis munus.* De generis enallage in τιμὰς σωτῆρας vide Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 270. sqq. Seidl.

998. Intellige sic: σεβίζω σε ἕνεκα πλούτου μεγάλης τ' εὐδαιμονίας. Seidl.

1001. Post καιρὸς vocabulum excidisse, metrum docet. Musgravius inserit νῦν, Heathius γ' ἐμοὶ, pro quo melius esset ἐμοίγ'. Sed laborare mihi videtur hæc tota postrema sententia, quare aliud quiddam excidisse arbitror. Seidl.

1006. ἐξαίρετ'. Intellige, si opus est, δῶρα. Vide Lamb. Bos. Ellips. p. 125. sqq. Versu præcedente recte post τάσδε Schæferus posuit comma. Seidl.

1012. τί δ'; αἰχμάλωτον κ. τ. λ. Interrogationis signum, quod vulgo in versus fine ponitur, bene inseruit Heathius. Sensus est: *cur ita vis, cur me minus quam hasce famulam tibi vis adesse?* Seidl.

1013. Nescio, quo errore in Musgrav. Ed. excusum sit ἠρημένων μέν. Vertit Reiskius: *Ademtis enim ædibus nos quoque capti velut et perditi sumus non secus atque hæ.* Seidl.

1014. λελειμμέναι. Non pertinet ad ἠρήμεθα, sed ad αἵδε. Alias scripsisset λελειμμένοι ex canone Dawesiano, cui calculum suum adjicit Porsonus ad Hec. 506. et alibi. Seidl.

1018. Corruptum hunc versum putat Porsonus ad Hec. 295. ob correptam vocalem ante γλ. Sed bene defendit Erfurdtius meus ad Soph. Ajac. 1066. p. 619. not. citans Æschyli Fragm. apud Phot. v. ὀκτώπουν: κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω. Quid faciet Porsonus huic versui Soph. Trach. 615. σφραγῖδι θέμενος τῇδ' ἔπ' ὄμμα, γνώσεται. Seidl.

1019. ὡς μὲν παρ' ἡμῖν, οὐ καλῶς, κ. τ. λ. Hunc locum nemo intellexit. Alii aliter vertunt, sed inepte omnes. Musgravium non satis intelligo. Mutandum autem nihil puto præter interpunctionem. Vulgo enim plene distinguitur post τις versu antecedente, et post ἡμῖν nulla est interpunctio. Loci sensus hic est: *Rem dicam, quamquam, ubi malam famam mulier nacta est, orationi ejus invisi quid inest,* (i. e. ejus orationem inviti audiunt, neque æqua lance pendunt,) *injuria, ut mihi*

quidem videtur, sed rem ipsam (nulla personæ ratione habita) *decet cognoscere, et, si hac cognita aliquis odio dignus videatur, tum demum æquum est, eum odisse, sin minus, odio abstinere.* Πικρότης igitur est idem quod πικρόν τι, *invisi, molesti quid*, qua significatione sæpissime adjectivum illud apud Nostrum occurrit, ut Med. 227. πικρὸς πολίταις ἐστὶν ἀμαθίας ὕπο. Cf. Hel. 296. In ipsa nostra fabula supra legimus v. 416. πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἄν. Quod attinet ad verba παρ' ἡμῖν, conf. Nostri Heracl. 876. παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ οὐ σοφὸν τόδε, Ἐχθροὺς λαβόντα μὴ 'ποτίσασθαι δίκην, i. e. *nobis hoc non videtur sapiens.* SEIDL.

1020. Vulgo μαθόντα σ'—ἔχεις. Reiskium secutus sum, nisi quod scripsi ἔχῃ, quum illi satisfaceret indicativus ἔχει. Ultima littera in ἔχεις videtur nata e prima vocabuli sequentis, nisi potius secundam personam librarius fecit ob prægressum scilicet σέ. SEIDL.

1023. ἃ γειναίμην ἐγώ. Certissima hæc est Reiskii et Dawesii Miscell. Crit. p. 337. emendatio, quum olim legeretur ἃ 'γεινάμην ἐγώ. Barnesius ἃ γεινάμην omisso augmento, quod hic locum non habet. Ceterum confer Troad. 749. SEIDL.

1024. Ἀχιλλέως Λέκτροισι πείσας. Quomodo Agamemnon, prætextu Achillis nuptiarum, Iphigeniam ad Aulidem traxerit, ubi illam immolarit, supra ostenditur in fabula sub eo nomine venditata. BARNES.

1026. πυρᾶς. Ita Tyrwhittus feliciter, ut solet, correxit vulgatum πύλας, quod infirmius Heathius defendit. Comparat Tyrwhittus Iphig. Taur. 26. SEIDL.

1027. Ἰφιγόνης. Brubach. Ἰφιγένης. De rariore ista forma disputat Barnesius, eamque originariam putat, alteram vero Ἰφιγένεια ex illa formatam per dilatationem poëticam. Quod verum videtur de iis nominibus, quæ in exemplum Barnesius affert, Εὐρώπεια, Πηνελόπεια, Εἰδοθέεια, Ἱπποδάμεια, Περσεφόνεια, Εὐρυδίκεια, Καλλιόπεια, quamquam etiam horum quædam diversitas est. De Ἰφιγένεια non assentior. Hoc enim descendit ab Ἰφιγενής (quod nomen commemorat Etym. M. 480. 15.), Ἰφιγόνη vero ab Ἰφιγόνος. Plane similes sunt formæ Ἠριγένεια et Ἠριγόνη. SEIDL.

1028. Nota diversi temporis participia ἐξιώμενος—ὀνήσων—ἐκσώζων. SEIDL.

1030. ἔκτεινε πολλῶν μίαν ὕπερ. Ad μίαν intellige παρθένον, videl. Iphigeniam. Ita Virgil. Æn. V. 816. *Unum pro multis dabitur caput.* BARNES.

1031. οὕνεχ' Ἑλένη. Sic scripsi cum Heathio et Tyrwhitto.

Legitur οὕνεχ' Ἑλένης. Vertit Heathius: *Nunc vero, quia Helena libidine æstuabat, et ille vicissim qui eam in uxorem acceperat, quomodo proditrix cohibenda erat, non intelligebat, horum causa filiam meam perdidit.* Schol. ad Androm. 931. μαργότητι· πορνείᾳ. SEIDL.

1036. Μαινάδ' ἔνθεον κόρην. Cassandram notat. De qua re Homerus Odyss. Λ. 420. Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα Πριάμοιο θυγατρὸς, Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις Ἀμφ' ἐμοί. Item Æschylus et Seneca in Agamemnone, et Euripides in Troad. BARNES.

1037. Nescio, qua incogitantia composita verbi φρεῖν Tragicis ignota dixerim ad Troad. 656. Ἐπεισφρεῖν occurrit etiam Alcest. 1061. SEIDL. Vide ad Herc. F. 1238.

1038. Vulgo κατείχομεν. Probabiliter R. Dawesius, κατεῖχ' ὁμοῦ, Miscell. Crit. p. 348. Ne tamen nimium huic emendationi fidamus, faciunt loca aliqua, in quibus parem fere potestatem obtinet κατέχω. Sic ἐν ᾗ Ἀμόργης κατεῖχε, Thucyd. VIII. 28. vide et 100. MUSGR. Musgravii loci nihil probant. Nam de navibus quidem et equis verbum illud in usu est, sed nostri loci alia ratio est. Quare Dawesii emendationem probandam puto. SEIDL.

1040. ὑπόντος. Male Musgravius conjicit ἀπόντος. Sensus: *Jam temeritatem mulieribus inesse concedo. Quando itaque, quum hoc vitium mulieribus subsit, maritus peccat,* &c. Hugo Grotius: *Sumus, fatebor, feminæ stultum genus. Quod cum se ita habeat, cum vir externo vagus Amore thalamum spernit, imitari hoc sibi Permittit uxor, quærit et Venerem novam. Quæ culpa cum nos maxima invidia premat, Duces malorum rumor absolvit viros.* SEIDL.

1043. λαμπρύνεται. *Fortiter se gerit,* vel *se ostentat.* Vide ad Heraclid. 280. Potest etiam metaphora esse a vento forti et secundo, qui λαμπρὸς Græcis audit. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 114. MUSGR.

1050. ἥνπερ. Accusativus ἥνπερ pendet ab ἐτρέφθην. Plene ἐτρέφθην ἐκείνην ὁδὸν, ᾗπερ ἦν πορεύσιμον, scil. πρὸς τοὺς ἐκ. πολ. SEIDL.

1058. Locus difficillimus et a nemine satis explicatus. Ἥκεις est lectio vulgata, quam primum reperio in Brubachiana. Victorius et MSS. ἥκει. Idem habet Hervag. Præterea post λόγων Brub. Hervag. Canter. ponunt punctum, quod ita tantum ferri potest, ut ante μέμνησο sumas lacunam. Sed si isto loco cum Stiblino comma ponas et ἥκεις legas, quod profecto verius videtur, difficultas maxime eo re-

dit, quid significent ista: εἰς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν λόγων ἥκεις. Vox ἀριθμὸς interdum ita occurrit, ut idem fere significare videatur, quod ἀρθμὸς sive ῥυθμός. Possis igitur explicare: *si vero tibi hæc secus videantur, neque tu in congruentiam orationis meæ venis,* i. e. si mecum non congruis, consentis, *memento,* &c. Ita dicimus εἰς ταὐτὸν ἥκειν, *consentire,* et similia. Possis etiam, *si verborum meorum rationem non habes, si ea contemnis.* Verum tali modo expectes potius μήτε pro οὐδέ. Si pro οὐδ' legas σὺ δ', sensus possit esse hic: *quodsi tibi hæc secus videantur, tu vero in censum orationis meæ venis,* i. e. tu vero cupis, ut sententiam de te meam dicam, memento. Hoc modo Electra, quæ jam matris jussu sententiam suam de factis ejus latura est, veniam rogabit, si forte judicium suum paulo gravius videatur ac durius. Ἀριθμὸν ποιεῖν certe dicitur de censu et lustratione exercitus. Verbi autem ἥκειν similis usus est in Nostri Med. 921. εἰς ἐμοὺς ἥκεις λόγους. SEIDL.

1063. οὐκ ἔστι, τῇ σῇ κ. τ. λ. Heathius vertit: *Non ita est; immo quod animo tuo gratum erit, insuper tibi retribuam.* SEIDL.

1067. Recte se habent δύο et ἄμφω. *Duæ estis sorores, demens utraque;* i. e. quarum una non minus demens est quam altera. Nullus hic est pleonasmus. SEIDL.

1069. ἀπῴχετο. Ita bene Piersonus Veris. p. 247. Vulgo ἀπώλετο, quod miror nactum esse defensores. SEIDL.

1072. Emendat Porsonus ἴσασι σ' εὖ, scil. οἱ ἄνθρωποι. Seidlerus enim ad σκῆψιν προτείνουσ' recte intelligit πρὸς τοὺς ἀνθρώπους.

1073. ἥ, τῆς θυγατρὸς κ. τ. λ. Similem orationis conversionem deprehendes Hec. 1173. ubi vide Porsonum. Quare non est, quod cum Bothio legatur ᾗ, *quomodo.* SEIDL.

1078. θύραισιν. Porsonus juvenis emendaverat θυραίοις; a qua, etsi ipsa haud vera lectio sit, veram tamen θύραιον elicuerunt Editores Adversariorum ejus; p. 273.

1081. τὰ Τρῷ' ἦν εὐτυχῆ. Ita Canterus. Edd. Victor. πατρῷ' ἦν εὐτυχῆ. Eleganter Musgravius τὰ Τρώων εὐτυχοῖ, ob sequens εἴη, quem secutus est Schæferus. Nec tamen illam lectionem, a libris minus recedentem, damnandam puto. SEIDL.

1084. παρεῖχέ σοι. Id est, *in promtu tibi erat; facile erat;* sive, ut Æm. Portus, ἐξῆν. De hoc impersonali παρέχει disputat Henr. Steph. Thes. I. p. 1350. b. SEIDL.

1089. εἴσοψιν. *Rem in quam intueantur, et inde documenta sibi utilia hauriant.* HEATH.

1093. ἀπηνέγκω. *Sed mercedem reportasti alienum torum, nuptiis pretio emtis.* HEATH. Pretio intellige *regno.* SEIDL.

1095. οὔτ' ἀντιφεύγει κ. τ. λ. Omnino hæc de Oresta dicuntur, in hunc sensum: Σὺ λέγεις, σὲ πεφονευκέναι τὸν 'Αγαμέμνονα ἀντὶ τῆς θυγατρὸς, 'Ιφιγενείας δηλονότι· Καὶ πῶς οὖν οὐκ Αἴγισθος φεύγει, ἀντὶ τοῦ παιδὸς σοῦ, 'Ορέστου, ὃς νῦν ὑπ' αὐτοῦ τῆς πατρίδος ἐξελαύνεται· ἢ μᾶλλον οὐ τέθνηκεν ἀντ' ἐμοῦ, ἢ ζῶσα οὐχ ἁπλῶς ἔθανον· Δὶς γὰρ τόσον ἐμὲ κ̀ ζῶσάν περ ἔκτεινεν Αἴγισθος, ὅσον ἀδελφὴν 'Αγαμέμνων ἔκτεινεν. Hæc autem Electra dissimulanter loquitur, ut quæ sciebat, jam rediisse Orestem, et ab eo cæsum Ægisthum, et jam nunc ipsam matrem ad cædem exspectari. BARNES.

1101. ὅστις δὲ, πλοῦτον κ. τ. λ. Hunc locum ita vertit Grotius: *Quicunque nuptam moribus ducit malis Ob genus opesve, desipit: nam maximis Conjugia præstant parva, si adsit castitas.* BARNES.

1104. τύχη γυναικῶν κ. τ. λ. Vertit Grotius: *Fortuna varia nuptiis; video cadant Quibus secundæ, video quibus imprasperæ.* SEIDL.

1106. πέφυκας στέργειν. Vide Matthiæ Gramm. Gr. §. 531. SEIDL.

1107. οἱ μὲν εἰσὶν ἀρσένων. Est εἶναί τινος *totum se tradere alicui.* Soph. Œd. Tyr. 917. ἀλλ' ἔστι τοῦ λέγοντος, ἢν φόβους λέγῃ. ubi Brunckius comparat Aristoph. 860. μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι. Hinc verbum εἰσὶ accentu donavi. SEIDL.

1111. δυσείματος. Illustrat Abresch. ad Æschyl. 1. p. 179. BECK.

1112. νεογνῶν. Piersoni emendatio νεοχμῶν, quantumvis elegans, non necessaria videtur. Protulit illam ad Mœr. p. 247. 'Εκ τόκων νεογνῶν est, *ex partu, quo recens peperisti.* SEIDL.

1121. τρόποι τοιοῦτοι. Scil. αὐτοῦ. SEIDL.

1122. ἀλγῶ γάρ. Plena oratio foret: ἔφυν αὐθάδης· ἀλγῶ γάρ. SEIDL.

1125. Edd. Victor. ὁρᾷς ἂν αὖ σὺ, quam lectionem mutare religio fuit. Vulgo legunt cum Scaligero ὁρᾷς, ἃ νῦν σύ. Bis Noster dixit οὐκ οἶδ' ἄν, Alcest. 48. Med. 930. His exemplis alia hujusmodi adjunxit Matthiæ Gramm. Græc. §. 598. c. SEIDL.

1126. Reiskius scribit: ὡς δέδοικε νώ, *ille nos ambos* (me et Orestem) *timuit.* BECK. Male Reiskius. Formula illa uberiorem rei explicationem declinamus. Fit hoc, ut sponte apparet, maxime tum, ubi de rebus injucundis loquimur, sed formulam non solis injucundis rebus propriam esse, quam Schæferi opinionem esse forte aliquis credat ex nota ad

Œd. Col. 273. ipse hic noster locus ostendit. Ænigmatice enim significat Electra, se non amplius Ægisthum metuere. SEIDL.

1129. Restitui lectionem Ed. Victorii principis τούτων ὕπερ μοι θῦσον. Vulgo ὑπὲρ μοῦ, quod qui præferat, proximo versu cum Musgravio leget δεκάτην σελήνην, ut conjungantur τούτων, scil. λοχευμάτων, δεκάτην σελήνην παιδός. Sacrificium enim ipsum vocabatur δεκάτη σελήνη, et hoc sacrificium erat puerperii, i. e. solenne in puerperiis. Accusativum δεκάτην σελήνην profecto commendat infra v. 1136. et Aristoph. Av. 922. Vide Musgravii notam. Servandam tamen putavi lectionem Edd. Principis et Hervag. δεκάτη σελήνη παιδὸς ὡς νομίζεται. Henr. Steph. Thes. II. p. 1030. a. H. ex Plutarcho affert νενόμισται δέ πως ἡ τοιαύτη τῶν ὀνομάτων ὁμιλία. Vulgo legitur δεκάτῃ σελήνῃ, quod non minus bene habet. SEIDL.

1130. δεκάτῃ σελήνῃ. Legendum δεκάτην σελήνην. Aristoph. Av. 923. οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην αὐτῆς ἐγώ. Sic δεκάτην ἑστιάσαι apud Suidam in voce, et Scholiast. Aristoph. ad Av. 494. Dicit σελήνην, quia noctu, teste Suida, ad hoc sacrificium convenire solebant. Vide locum citatum. Eubul. ap. Athen. XV. 2. Σελήνη pro *Nocte;* ut in Epigrammate Antholog. p. 310. ubi τῇ τρισελήνῳ νυκτὶ sonat *Noctem illam trinoctialem,* qua Jupiter Herculem procreavit. Morem hunc peperisse videtur opinio de Luna, lucem ejus infantibus inimicam esse, et spasmos, quibus ea ætas obnoxia est, efficere. Plutarch. Sympos. III. 10. τὰ μὲν νήπια παντάπασιν αἱ τιτθαὶ δεικνῦναι πρὸς τὴν σελήνην φυλάττονται· πλήρη γὰρ ὑγρότητος ὄντα, καθάπερ τὰ χλωρὰ τῶν ξύλων, σπᾶται ϗ διαστρέφεται. Hinc, inquam, ortum videtur sacrificium, sive id Lunæ placandæ, sive gratiis agendis destinatum erat, quod jam infans decem primos dies incolumis transegisset. Aliam interea rationem suggerit locus Porphyrii in libello *de Antro Nympharum:* σελήνην τε, οὖσαν γενέσεως προστατίδα, μέλισσαν ἐκάλουν. MUSGR.

1134. Vulgo: οὕτως ἀγείτων οἶκος ἵδρυται φίλων; Sed Musgravius e MSto legit: οὕτως ἀγείτον' οἶκον ἵδρυσαι φίλων; Bene. Sic Noster Hel. 46. τόνδ' ἐς οἶκον Πρωτέως μ' ἱδρύσατο. Cf. Alcest. 858. Hippol. 634. Fragm. Inc. CXCVI. Tertia persona ἵδρυται ferri quodammodo possit, si Clytæmnestram putes rem secum ipsam mirari, atque ita de præsente Electra tertiam personam adhibere. SEIDL.

1136. Locus sanissimus. Sacrificium, ut supra dictum est, vocabatur δεκάτη σελήνη, sive simpliciter δεκάτη. Hæc δεκάτη ipsa igitur est *numerus pueri plenus,* scil. dierum sive noctium.

Ideoque, si dici potest δεκάτην θύειν, recte etiam dicetur ἀριθμὸν τελεσφόρον θύειν. SEIDL.

1141. Conjunge θυσίας θεοῖς. Vide ad Iph. Taur. 175. SEIDL.

1145. θύσεις γὰρ, οἷα κ. τ. λ. Dum hæc loquitur Electra, Clytæmnestra domum ingreditur, ita ut postremam Electræ orationem non amplius audiat. SEIDL.

1151. Reiskius conjicit ἀμοιβὰς et δαιμόνων pro δόμων, distinctione post κακῶν deleta. Præstat multo lectio librorum. SEIDL.

1155. Ad ἐνέποντος subaudi αὐτοῦ. Vide Schæf. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 50. SEIDL.

1157. δεκέτεσιν σποραῖσιν. Id est, *decimo anno; post decimum annum.* Δεκέτη χρόνον dixit Soph. Philoct. 715. Audacius etiam Noster Hel. 629. ἐν μακρᾷ φλογὶ φαεσφόρῳ, i. e. *longo post tempore.* SEIDL.

1160. Vulgo μελέαν. Si vera lectio est, μελέαν pro disyllabo habendum est. Sed meo judicio præstat, commate posito post λέχους, legere μέλεον ἃ πόσιν. Sic πόσις μέλεος Hel. 340. Λέχος διάδρομον recte Reiskius explicat *conjugium desultorium* ab Agamemnone ad Ægisthum. Pendet autem genitivus διαδρόμου λέχους a δίκα. SEIDL.

1165. Ab initio versus deest syllaba, fortasse articulus ὁ ante πόσις hoc sensu: τλάμων ἐστὶν ὁ πόσις. Quod olim conjeceram ὅτι ποτ' ἄρα jam displicet, nec debebam in eam rem afferre Rhesi v. 135. SEIDL.

1166. κακόν. Cf. Med. 1320. Ὅτ' ἐκ δόμων σε βαρβάρου τ' ἀπὸ χθονὸς Ἕλλην' ἐς οἶκον ἠγόμην, κακὸν μέγα. Fragm. Archel. XXXII. Τὰ γὰρ οὐκ ὀρθῶς πρασσόμεν' ὀρθῶς Τοῖς πράσσουσιν κακὸν ἦλθεν. Fragm. Inc. XXVIII. ἡ δόκησις ἀνθρώποις κακόν. SEIDL.

1168. δρύοχα. Vide Miscell. Obss. V. 3. 97. SEIDL.

1172. χειρουμένης. Non pendet ab ᾤμωξα, sed absolute sumendum est omisso αὐτῆς. SEIDL.

1178. Pro ἀθλίων προσφθεγμάτων Musgravius conjicit ἀντίτων προσφαγμάτων. Προσφαγμάτων quidem non male. Vulgatum tamen explicat Hermannus: *Afferunt victricia documenta miseræ allocutionis*, i. e. sanguine victoriam præ se ferentes ostendunt veram fuisse matris vocem occidi se clamitantis. SEIDL.

1187. De locutione διὰ πυρὸς μολεῖν disputat Abresch. ad Æschyl. I. p. 20. sqq. *Igni contra aliquem grassari* nihil amplius est, quam *exitioso sive crudeli modo aliquem tractare.* SEIDL. Vide ad Androm. 482.

1189. Tollenda distinctio post μᾶτερ, et paullo plenius dis-

tinguendum post τεκοῦσ'. Constructio est: Ἰώ, μᾶτερ τεκοῦσα, σᾶς τύχας, τύχας· μέλεα παθοῦσα ἄλαστα καὶ πέρα γε ὑπὸ σῶν τέκνων. HEATH.

1195. ὤπασας. Id est, ἐδίωξας, *exterminasti*, ut recte admonet Heathius. Hom. Iliad. Θ. 341. ὡς Ἕκτωρ ὤπαζε καρηκομόωντας Ἀχαιούς. Cf. Iliad. E. 334. P. 462. Cum Eustathio, qui explicat κατόπιν διώκω, faciunt veteres enarratores omnes, Hesychius, Suidas, Zonaras, Photius, Etym. M. SEIDL.

1205. φρονοῦσά γ' εὖ. Conf. Orest. 99. ὀψέ γε φρονεῖς εὖ, τότε λιποῦσ' αἰσχρῶς δόμους. SEIDL.

1208. ἑῶν πέπλων. Subaudi ἐξ, vel διά, vel tale quid. BARNES. Vide Herm. de Ellips. et Pleonasmo, p. 142. Pro ἑῶν in mentem venerat legendum ἔξω aut saltem ἑόν; nam languere certe videtur ἑῶν. SEIDL.

1211. μέλεα; τακόμαν. Emendavimus hunc locum in Epist. ad Lobeck. p. 438. Vulgo inepte μέλεα τὰν κόμαν. SEIDL.

1215. ἔλασκε. Vox Euripidea λάσκω pro λακέω, *dico*. Ita Andromach. 662. Τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Rhes. 720. Τί λάσκων; Æschyl. Theb. 192. pro eodem λακάζειν habet, et λακίζειν idem sonat. De fonte autem horum omnium, λακέω, quod et ληκέω scribitur, notandum, illud potius de incondito aliquo sono a Veteribus usurpari, et de crepitu cum collisione quadam aut conflictu facto. Homer. Iliad. N. 621. λάκε δ' ὀστέα. Ita Act. i. 18. de Juda proditore dicitur, ἐλάκησε μέσος, i. e. *Diffractus crepuit*. Et διαλακέω Aristophanes in Nubibus utitur pro *disrumpor*. Tragici sane hoc λακέω ad sonum articulatum referunt; ut et λάσκω. De qua voce Hesych. λάσκειν· λέγειν, φθέγγεσθαι. BARNES.

1216. λιταίνω. Est vox rara, ideo hic notanda. Dicitur autem λίτομαι et λίσσομαι, et λιτάζομαι, et λιταίνω, et λιτανεύω, quam tamen ultimam a λιτάνω deducit Eustathius, si vere scribitur. BARNES.

1218. ἐκρήμναθ'. Cum olim legeretur ἐκριμνᾶθ', nullo negotio nos in ἐκρήμναθ' vertimus: hæc est enim vera et authentica vox, Attica nempe et Euripidea: κρήμναμαι, pro κρέμαμαι. Sic Ion. 1613. Ἡδέως κεκρημνάμεσθα. Sic Hercul. Fur. 514. Δεῦρ', ὦ τέκν', ἐκκρήμνασθε πατρῴων πέπλων. BARNES.

1228. Orestis hæc esse, sententiæ ipsæ demonstrant. SEIDL. Qui vv. 1227—1230. Orestæ recte tribuit.

1235. φαίνουσι. Wunderlichius in Observ. Crit. in Æschyl. Trag. p. 99. ad τίνες δαίμονες supplet ὄντες. Mihi φαίνουσι cum Æm. Porto dictum videtur pro φαίνονται. Ita supra bis ha-

buimus καταλάμπειν, vv. 462. 582. Conf. Brunck. ad Soph. Ajac. 40. Matthiæ Gramm. Gr. §. 496. 4, 5. Apte etiam comparaveris verba contrariæ significationis κεύθειν et κρύπτειν, quorum idem usus est. SEIDL.

1252. κτείναντα. Enallage est constructionis, de qua vide ad Troad. 117. Scaligero placet κτείναντι. MUSGR.

1253. Κῆρες. Male vertunt *Parcæ*. Hic et Hercul. Fur. 850. ut Soph. Œd. T. 472. Κῆρες sunt *Furiæ*. SEIDL.

1258. γοργῶπα κύκλον. *Palladis ægidem:* quod is clypeus sit κυκλοτερὴς, et Gorgonis capite terribilis. BARNES.

1262. ἀνοσίων νυμφευμάτων. Halirrhothius Alcippen, Martis filiam, violaverat. Vide Pausan. p. 19, 19. Ed. Sylburg. Apollodor. III. 13. MUSGR. Notetur accusativus μῆνιν. Genus est appositionis, quod ita explica, ὅ, (scil. ὅτι αὐτὸν ἔκτανεν,) ἦν μῆνις, κ. τ. λ. Cf. Matthiæ Gramm. Græc. §. 426. 1. coll. §. 432. 4. Hermannus de Ellips. et Pleon. p. 174. monet, μῆνιν hic idem esse quod μήνιμα. SEIDL.

1264. ἔκ γε τοῦ. Ita optime Schæferus. Editiones omnes ἔκ τε τοῦ, ex quo Piersonus fecerat ἐκ τούτου, Veris. p. 248. Idem valet ἐκ τοῦ. SEIDL. Subauditur χρόνου.

1265. δραμεῖν. Intellige ἀγῶνα vel κίνδυνον. Vide Lamb. Bos. de Ellips. p. 222. SCHÆF.

1266. Exspectes ἐκσώσουσι. Sed vide, ne in præsenti lateat hoc, ratam jam esse apud Deos Orestis absolutionem. Sic Soph. Œd. Col. 589. κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με, i. e. *volunt perficere, ut illuc me conferam.* SEIDL. De suffragiis Areopagitorum vide ad Iph. T. 934. 1435.

1273. εὐσεβές. Musgravius cum Clarkio ad Hom. Il. Δ. 242. mavult εὐσεβέσι, numeris inconcinnis: Reiskius ἀστιβὲς pro εὐσεβές. Sed conjunge σεμνὸν χρηστήριον, βροτοῖσιν εὐσεβές. Si quid mutandum censerem, legerem σεμνὸν βροτοῖσί τ' εὐσεβὲς χρηστήριον. SEIDL.

1276. ἐπώνυμος. Cf. Orest. 1641.

1279. Ναυπλίαν. Vide ad v. 451. Ceterum noli corrigere Ναυπλίᾳ. Nam, ut dicit Noster Orest. 1298. εἰς μέσον φόνον ἥδ' Ἑρμιόνη πάρεστι, ita etiam omisso εἰς dicere potuit Ναυπλίαν παρεῖναι, i. e. venisse in portum Nauplieum. Ναυπλίᾳ παρεῖναι contra significaturum esset, esse *in portu Naupl.*, quasi jam diu ibi fuisset. SEIDL.

1284. εἴδωλον Ἑλένης. Vide ad Helenæ initium.

1285. κόρην τε καὶ δάμαρτ' ἔχων. *Virginem et uxorem.* Virgo enim adhuc erat, sed uxor putabatur. Male Musgravius pro κόρην conjicit χαίρων. SEIDL.

1287. πενθερόν. Αὐτοῦργον dicit. Vide Rhes. 256. SEIDL. Paullo insolentius est πενθερὸς de *sororis marito* dici. Sed omnino voces γαμβρὸς et πενθερὸς vagæ parumque adstrictæ significationis sunt. Vide Suidam in πενθερὸς, Polluc. III. 31. MUSGR. Vide ad Hippol. 629.

1289. Ἰσθμίας γῆς αὐχέν'. Ita periphrastice Ἰσθμὸν vocat, quia similitudinem cum collo habet Isthmus. BARNES.

1291. πεπρωμένην μοῖραν φόνου. Id est, *fata, quæ ad cædem, quam fecisti, spectant,* sive *sortem, quæ tibi fatalis est ob cædem.* Musgravius conjicit μόγου pro φόνου. Facilius certe fuerit φόβου. SEIDL. Ita sane ex historiæ veritate dicitur Orestes, postquam a matris cæde expiatus esset, felici et diuturno regno floruisse. Qui enim brevissimum illius regni spatium dicunt, viginti octo annos assignant; alii autem 50, alii denique 70 numerant, quibus summa pace honore et opulentia fruebatur. Creditur enim ad nonagesimum vitæ annum et ultra perdurasse; de cujus statura septem cubitorum et ossibus Tegeæ inventis consule Herod. I. 67, 68, 69. et Natal. Com. Mytholog. IX. 2. BARNES.

1293. θέμις εἰς φθογγὰς κ. τ. λ. Sensus est: *num fas nobis vobiscum sermones miscere.* MUSGR.

1295. οὐ μυσαροῖς. Scil. οὖσιν ὑμῖν. Ita bene hæc cum sequentibus concordant. Dicit enim: *Vobis utrum fas sit, dubitatio esse non potest, quippe quæ his cædibus non estis contaminatæ; sed etiam Oresti et Electræ fas est; culpam enim eorum transfero in Apollinem.* Musgravius mavult τοῖνδε σφαγίοιν. Ceterum σφάγια *cædem* denotat etiam Iph. Taur. 39. SEIDL.

1297. Φοίβῳ κ. τ. λ. Conf. Orest. 76. sqq. SEIDL.

1300. Legebatur καὶ καταφθιμένης metro et sententia invita. Heathii et Musgravii emendatione τῆς καταφθιμένης nihil ad metrum lucramur. Atque illud ipsum τῆς pro καὶ jam habent ed. princ. et Hervag. Optime Erfurdtius ad Ajac. 1066. p. 620. not. reponit κᾆτα φθιμένης, ut κᾆτα inferatur post participium, quemadmodum in locis ab Heindorfio ad Plat. Gorg. p. 37. excitatis. SEIDL.

1301. ἠρκέσατον. Conf. Pors. ad Phœniss. 924. et supra ad v. 946. SEIDL.

1302. Legebatur: μοίρας ἀνάγκης ἡγεῖτο χρεών, quod nec metrum fert nec lingua. Neque enim ἀνάγκης mediam corripere potest, nec ad χρεὼν abesse articulus. Facilis est emendatio: μοῖραν ἀνάγκης ἦγεν τὸ χρεών. Hec. 43. ἡ πεπρωμένη δ' ἄγει θανεῖν ἀδελφήν. SEIDL.

1304. τίς δ' ἔμ' Ἄπολλων. Ita emendavimus. Male vulgo τί δαί μ' Ἀπόλλων. Seidl.

1311. καὶ σ' ἀπολείψω σοῦ λειπόμενος. Ita non raro Tragici, ut Bacch. 1337. μήτε Κιθαιρὼν μιαρός μ' ἐσίδοι, μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγώ. Seidl.

1316. πατρῴας. Schæferus ad Porsoni regulam πατρίας, et infra v. 1324. πατρίων. Seidl. Vide ad Alcest. 257.

1325. Male hic vulgo circumflectitur penultima vocis κατάραι, cum natura brevis sit, ut et antepenultima in κατάρατος, Aristoph. Lysist. 530. Quanquam non ignoro verba ἀράομαι et ἀρὰ *supplicationis* sensu primam semper apud Homerum producere. Vide Clark. ad Odyss. X. 208. Apud Tragicos autem Atticos longe aliter res se habet. Cf. Phœn. 67. 474. Soph. Œd. Col. 1440. 1449. 1454. 1472. 1515. Heath.

1340. δέμας Ἠλέκτρας. Id est, Ἠλέκτραν. Vide ad Iphigen. Aul. 407. Barnes.

1343. βάλλουσ'. Nihil mutandum. Verbo fortiori utitur poëta de horrendo Furiarum impetu, quæ τανύποδες dicuntur a Sophocle διὰ τὸ οἷον μακροσκελὲς καὶ οὕτω πλατὺ τῆς διαβάσεως καὶ ταχὺ καὶ εὐκίνητον, ut explicat Eudocia, p. 152. citante Lobeckio ad Ajac. 834. Seidl.

1344. χειροδράκοντες. Non debet tentari. Serpentes enim Furiæ manu gestabant. Seidl.

1345. καρπὸν ἔχουσαι. Potest explicari *fructum capientes e doloribus*, sive *gaudentes doloribus*. Simili modo pinguntur Furiæ ab Æschylo, veluti Eum. 248. ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ. Ibid. v. 300. καὶ ζῶν με δαίσεις. v. 185. ἆρ' ἀκούετε, Οἵας ἑορτῆς ἔστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς Στέργηθρ' ἔχουσαι; Hanc explicationem secutus est vetus Latinus interpres, qui reddit: *diris quæ pascuntur doloribus*. Verior tamen videtur altera explicatio: *a quibus qui fructus provenit sive capitur, sunt dolores*, ἀφ' ὧν ὃ καρποῦνται οἱ ἄνθρωποι, δειναὶ ὀδύναι εἰσί. Proprium enim hoc erat Furiis, dolores excitare. Male Musgravius conjicit κέντρα νέμουσαι, *stimulos regentes*. Seidl.

1350. ὅσιον. Pro τὸ ὅσιον, quod metrum non admittebat. Seidl.

1353. μηθείς. Idem quod μηδείς. Fit autem a μήτε εἷς, μηθεὶς, ut a μηδὲ εἷς, μηδεὶς, ab οὔτε εἷς, οὐθεὶς, et ab οὔτε ἕν, οὐθέν. Quare non erat, ut Jo. Miltonus corrigeret in μηδείς. Barnes.

1354. μηδ' ἐπιόρκων κ. τ. λ. Huc refer illud Horatii Carmin. III. 2. 26. *Vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcanæ*,

sub iisdem Sit trabibus, fragilemque mecum Solvat phaselum. Barnes.

1356. χαίρετε· κ. τ. λ. Hæc verba videntur ad spectatores esse dicta. Continent enim usitatam salutandi formulam. Beck.

1358. εὐδαίμονα. Non accusativum singularis puto, intellecto βίον, sed neutrum pluralis loco adverbii εὐδαιμόνως. Seidl.

FINIS.

LONDINI:
EXCUDEBAT R. GILBERT, ST. JOHN'S SQUARE.